S



LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY
OF ILLINOIS
610
D81o

NATURAL
HISTORY

#22

CAROLI DRELINCURTII

Viri longe Celeberrimi, Regii in Galliis Medici, in Academia Batava, quæ Leidæ est, Anatomes & Medicinæ Professoris Clarissimi,

OPUSCULA MEDICA,

QUÆ REPERIRI POTUERE

OMNIA,

Nunc primo simul edita.

HAGÆ COMITUM.

Apud ALBERTS & VAN DER KLOOT, 1727.

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Illinois Urbana-Champaign

http://www.archive.org/details/opusculamedicaqu00drel

AUDITORIBUS

610
D81o

SUIS

H. BOERHAAVE.

Euge! Exſpectati tandem libelli prodeunt, quos CAROLUS DRELINCURTIUS, vir longe Clariſſimus, conſcripſit, utque Ejus erat mos mole exiguos ſingulatim edidit. Quo collecti ſimul omnes, atque in unum redacti corpusculum, veſtros in uſus hi poſſent comparari, ſedulo operam dedi, poſtquam deprehenderam, exempla deficere talium rerum ſtudioſis, intereaque pulchre ſcirem ea his contineri, & plurima quidem, quæ ad diſciplinæ medicæ commoda promovenda facerent quam plurimum. Quin & ideo potiſſimum ita facere geſtiebam, quoniam multa ex illis olim didiciſſe, grata equidem recordatione lætus ſæpenumero reminiſcor. Neque vel dubitare fas eſt, quin placitura ſint inprimis opuſcula hæc elegantibus auctorum ſpectatoribus. Quum

1124080

graviſſimarum rerum pondera pauciſſimis, iiſque lectiſſimis undique, verbis complectantur, ut & acerbam artis ſeverioris culturam amoeniſſimis interſperſis emolliant, atque mitificent. Floſculis, fabulis, fabellis, hiſtoriolis, leporibus, ſalibus, jocis, dum condiuntur faſtidioſa ex ſe, fallitur dulcedine, interim vera docetur animus legentis. Sua quippe tempeſtate alium haud temere auctor hic inveniſſet, qui de peritia Latini, Græcique, ſermonis, de rerum Medicarum cognitione, de ſcientia Antiquitatum & Hiſtoriarum, jure cum eo contendiſſet. Omnia vera hæc ſuavi adeo confuſione ſapienter Ille miſcere ſuetus, ut omne tuliſſe punctum videretur, utile ſcilicet & dulce plena manu offerens. Neque tamen mirum videri queat, emicuiſſe adeo inter alios Medicos DRELINCURTIUM. Patre namque erat creatus CAROLO DRELINCURTIO, inſigni illo, & Chriſtiano vere, Theologo. Lutetiæ Pariſiorum primo Februarii anno milleſimo, ſexcenteſimo, trigeſimo & tertio naſcentem excepere. Quare, ut à ſtirpe, ita & ipſo natali loco, felix. Pater enim & mente erat præditus

omn

omni doctrinæ genere inſtructiſſima, filiiſque ſuis ad optima quæque educandis aptiſſima, tum & animum gerebat hiſce negotiis curandis deditiſſimum. Sed &, eximia temporum felicitate, Pariſiis ea ætate præcipue florebat quidquid ad excolendam bonam mentem requiri poſſet. Dum itaque pronum ſponte naturæ & promptum ad pulcherrima quæque gnatum præceptis, & exemplo, urgeret Genitor, atque à teneris ita formaret unguiculis, præclaros ſimul docendi magiſtros adhibuit, quo acutiſſimam à natura aciem mentis expoliret, ornaretque omnibus rebus, quæ ingenii felicitatem perficere poſſent. Et patri quidem & filio una mens, ut ſacris dicaretur eruditum pectus. Unde paternis conſiliis, ſuopte impetu, fratrumque binorum natu majorum exemplo, mentem imbuerat iis, quæ in oratore Chriſtiano, optimus ut laudetur, neceſſaria. Quum vero omni hæc cura agitans, & proſequens, interim morbo ipſe obnoxium haberet & valetudinarium, corpus, circumſpicere incepit ad remedia huic curando apta, & de ſtudio igi-

tur medico cogitare, ea modo gratia, ſibi ut conſuleret, neque animum inducens hactenus, ut aliis medicinam faceret. Penetrabile juvenis ingenium labore improbo, praèeuntibus ipſi ſummis Viris, ocyus ſibi legit, quidquid in Grajorum monumentis, ſcriptis Romanorum, vel inter præclariſſima Recentiorum inventa, haberetur præcipui. Dumque ſummos in arte viros Lutetiis, Salmurii, & Monſpelii frequens coleret, veram animo ſuo Medicæ rei ſcientiam conciliavit. Poſtquam vero ſapiens recte viderat, corporis mala curare Medicos, hujus fabricam accuratiſſime cognitam habere præ cæteris omnium maxime neceſſarium habuit, ut quid in illo boni, mali quid, adeſſet, perſpiceretur, atque ex comparatione ſani cum ægro intelligeretur liquido, quænam foret in uno quoque morbo ægritudinis indoles; quænam, ut in integrum reſtitueretur corpus, requiſita conditio. Totum itaque magno ſub Riolano contemplationibus Anatomicis ſe dedit; evolvit ſimul Antiquos, Recenteſque; atque aſſidua ipſe exercitatione artis in cadaveribus incidendis ſemet occupavit;

vit; tripilicato dein hocce inſtrumento fretus Anatomes conſtruxit ſyntaxin, quam dum ſermone elegantiſſimo, demonſtratione exquiſitiſſima, publice poſtea, tanto cum applauſu felix oſtendebat, aures, animos, oculos, omnium in ſe convertebat. Anno igitur 1650, Septembris 24. Salmurii Magiſter Articum Liberalium, atque Philoſophiæ doctor creatus; dein 28. Auguſti anno 1654. Monſpelienſi in Academia, ſumma cum ſolemnitate Medicæ ſapientiæ titulis publice decoratus fuit. Sed vel & tum inclinabat animus ſacris docendis ſe tradere: verum ſpectata viri in arte medendi peritia, mox coëgit huic exercendæ ut ſe dederet, interim anatomicis perpetuo inhærens. Adeo itaque inclaruit viri fama, ut Celſiſſimus Turennæ Princeps Illum ſibi Medicum domeſticum legerit; quin & ſtatim excercitui ſuo in Flandria, cunctiſque noſocomiis ibidem, Rex Galliarum eundem præfecerit; quod Ille munus tanta cum Laude anno 1656, 1657, 1658, donec pax conjugio Regis ſancita, obivit, ut lautiſſima ſuper hiſce rebus præclare geſtis Principis manu teſtimonia data ipſe le-

ge-

gerim. Imo vero Nobiliſſimus Vir, D. VALLOT Archiatrorum Regiorum Comes, perfunctum feliciter hoc munere, Regiis in Gallia Medicis inſcripſit. Integro Ille decennio deinceps Pariſis egit, ſtudendo atque artem exercendo, ut aſſiduus, ita clarus. Donec Ampliſſimus Vir, CONRADUS VAN BEUNINGEN, Reip. noſtræ ad LUDOVICUM XIV. Legatus, Academiæ hujus cum cura Curator, cognitum ſibi CAROLUM DRELINCURTIUM in hanc Academiam vocandum curaret: ut Medicinam doceret publice & privatim, titulo ordinarii Profeſſoris. Biennio vero poſtea & Anatomen docendi, & præmonſtrandi munus addidere Curatores. Atque ita quidem Ille utramque hanc ornavit Illuſtri in Academia ſpartam, ut ſupra nihil vel deſiderari queat. Donec, ſeneſcentibus ipſi, atque ægris, oculis, Clariſſimus. ANTONIUS NUCQUIUS Anatomes Profeſſor adjunctus, ex votis DRELINCURTIANIS, Ipſe dein præceptis Medicis tradendis incubuit ad vitæ finem uſque. Anatomica ſic excoluit, docebat ita, ut res ipſas in corpore humano rite prius perſpectas, repetito dein ſucceſſuum concentu penitus

nitus firmatas, conferret ſemper cum iis, quæ Veteres Recentioreſve ſuper his commentati fuerant, ut & apertam rem coram oſtenderet, deſcriberetque, atque ſimul ſuam cuique Inventori laudem tribueret. Neque ullum unquam ſuper his Autorem neglexit, quin anxia cum ſollicitudine ſcripta ejuſdem conſuleret diligenter, & intenta cum cura excuteret. Incomparabili ad hæc diligentia, perſpicientia, atque candore, quam religioſiſſime, ubique utebatur, adeo ut ad expoſitionem partis cujuſque in corpore effunderet pleno pectore, quidquid unquam de illa humana induſtria repererat, conſcripſeratve. Quoties definivit partium indolem, mirareris pene nimiam vel minutiſſimorum in his annotationem, interim in tota deſcriptione vix literulam ſupervacaneam reperires. Neque, qui ſibi parcebat nunquam, aliorum ſupinam ad hæc negligentiam æquo ferre animo poterat, ſed acriter ſæpe notabat vitia auctorum, ſalſisque ſæpe deridebat jocis. hinc acerba quandoque jurgia paſſus. Quorum & exempla una cum his edenda putavi ea inprimis gratia, quod aliter

haud facile propria Viri ſcripta intelligi queant. In Medicis ſancte ſe & ſapienter geſſit, qui veram & maſculam Græcorum diſciplinam ſequutus, nil temere, nil neglectim. Id ex his perſpicere poteris. Tanta & inde Viri in Arte fama, ut Celſiſſimus Arauſionenſis Princeps Gulielmus Tertius, Magnæ Brittanniæ Rex, Hunc Sibi, Reginæ Mariæ, Medicum in difficilioribus voluerit; ipſumque, ſi ſplendidior forte Perſona graviore cum morbo conflictaretur, ſemper conſuluerit. Ita tandem immoriens ſtudiis, annis & diuturno morbo confectus, trigeſimo primo Maji anno Milleſimo, ſexcenteſimo, nonageſimo & ſeptimo mortuus, cara hæc nobis monumenta reliquit.

INDEX TRACTATUUM

in hoc

Volumine contentorum.

Quæstio Therapeuca. an omnibus putridis Febribus Venæ sectio & Purgatio? Pag. 3

Quæstiones quatuor Cardinales. 19

I. an Arthritidi Thermæ? 24

II. an Apoplexiæ Ranularum Sectio? 30

III. an in Febre bilosus humor expurgandus aliquando ante πεπασμον? 33

IV. an Affectioni Hypochondriacæ chalybis usus. 35

Quibus Quæstionibus annectuntur Assertiones, Problemata, & Paradoxa, cum carminibus in Laudem Drelincurtii Variis.

Oratio Doctoralis Monspessula. 57

Diatriba de Partu Octimestri Vivaci. 77

Quæstio Phisiologica an Partus Octimestris Vitalis. 88

La Legende du Gascon, ou la Lettre de Charles Drelincourt, à Monsieur Porreé, sur la Méthode, pretendüe nouvelle, de tailler de la pierre. 129

Deux autres Lettres sur la mesme matiere à Monsieur Vallot. 153

Oratio super civitatis & Academiæ calamitatibus & super Clarisf. Viri Joh. van Horne natalibus, vitæ instituto, & è vivis excessu habita. 165

Præludium Anatomicum. 167

Libitinæ Tropæa Pag. 201. cum Appendice ad Glaudulosos Doctores. 267

Limatulum atque Politulum *Ordinis Elephantini* de Drelincurtianis Libitinæ Trophæis Indicium. 298

ΕΥΦΗΜΙΣΜΟΙ Cardiaci contra Viperinos Calumniatorum morsus. 302

Res-

Reſponſio Lepidi Pacifici Saxoferratenſis ad Epiſtolam Bibliopolæ Leidenſis Græco-Latini de Exilio Medicorum Romanorum & de abſurdis Libellis Drelincurtianis Pag. 315
Alithophili obſervationes extemporaneæ ad Drelincurtii Libitinæ, nec non famæ ſuæ Trophæa. &c. 351
Apologia Medica, quâ depellitur illa calumnia, Medicos ſexcentis Annis Roma exulaſſe. 393
De Conceptione Adverſariâ. 427
Hypomnemata de Humani Fœtus membranis. 451
Meletemata de Tunicâ Fœtus Allantoide. 473
Animadverſiones de Tunicâ Chorio. 483
Caſtigationes de Membranâ Fœtus Agninâ. 493
Emendationes de Fœtuum Pileolo ſive Galeâ. 507
Meditationes Elenchticæ ſuper Humani Fœtus Umbilico. 516
De Conceptu, formatione, nutritione atque partione Fœtus Humani. 541
Lucubrationes Hiſtoricæ atque Phyſicæ de Fœminarum ovis. 583
Curæ ſecundæ de Fœminarum ovis. 619
Appendix de Utero. 629
Diſſertatio de Variolis atque Morbillis. 643
De Divinis apud Hippocratem dogmatis ſermo. 667
Experimenta Anatomica ex Vivorum ſectionibus petita. 677
Diſſertatio Anatomico-Practica de Lienoſis. 717

Clariſſimum

Monſpelienſis Apollinis

STADIUM,

CURRENTE

CAROLO DRELINCURTIO,

CAROLI FILIO, *Pariſino*,

ET

Liberalium Artium Magiſtro,
Doctoratum Ambiente

Anno Salutis M. D. C. LIV.

Οὕτω τρέχετε ἵνα καταλάβητε.

Ita currite ut comprehendatis.

1. Cor. IX. 24.

QUÆSTIO THERAPEUTICA

PRO

Prima Apollinari Laurea consequenda, proposita ab Illustrissimo

VIRO

D. D. LAZARO RIVERIO,

Regis Consiliario & Medico,

NEC-NON

In Alma Monspeliensium Medicorum Academia Professore dignissimo,

Sub hac verborum serie,

A N

Omnibus putridis Febribus Venæ Sectio & Purgatio?

Corollarium I.

Quamdiu Microcosmi partes solis sui benignis radiis colluſtrantur, tamdiu viget illarum εὐκρασία τε & ἐυπραγία, *laudanda temperies & actio bona*. Sed ubi primùm in illas beneficum istud vitæ sidus, de suo sinu, depascentes flammas eructat δυσκρασίαν τε καὶ κακοπραγίαν, *intemperiem*

riem & actionem tulpandam, ipsis immittit; Isthoc enim calore immoderatiorî, *ac proin extraneô*, perfusæ partes solita sibi munia ritè obire detrectant. Ignis autem ille è cordis laribus in ἑλομελίαν *universam membrorum compagem* diffusus, *febris est*, quæ Latiâ linguâ id nominis accommodatè sibi assumsit ab obsoleto verbo *Februo*, quod idem est ac *ferveo*: hinc quoque gens Græca πὺν πυρετὸν καὶ τὸ πυρέτιον ἀπὸ τῦ πυρὸς *febrem & febriculam ab igne* aptè congruentérque deflexit. Cordis ergo Febrilis æstus *igneus* est, atque adeò partibus hostilis, utpote exuberans: Incendium enim istud actualem atque vegetum, & verè spirituosum, omniúmque functionum opificem similarium partium calorem immutat & gradu intendit, atque ita naturæ tædium affert, ínque causſa est hostilitate sua, cur suas anima functiones turbulenter exerceat. Jurè igitur meritóque *Febris* describenda venit *intemperies calida universalis*, *ex naturali & præter-naturali caliditate ortum ducens*, *propter conversum nativum calorem in igneum*; primas *quidem in corde*, *in universo deinceps corpore* secundarias *sedes habens*. Tantâ profectò descriptionê cuivis obvium est Febris illam ideam maximè nobis arridêre, quæ nostræ menti febrem exhibet nomine *caloris præter naturam* in corde quidem primùm accensi, sed mediantibus sanguine atque spiritibus efferveſcentibus, ac etiam ardore deflagrantibus, per arterias atque venas in membrorum systema totale disjecti, particulísque suis æstuosis, efferis atque petulcis animalem œconomiam omnem conturbantis.

Corollarium II.

Hinc itidem cuilibet in propatulo est τὸ ἔμφυτον τὸ θερμὸν *calorem innatum* ad Febrem succendendam malè affici. Qui etenim nobis priùs inerat ex traduce calor amicus, utpote blandus, halituosus & mitis, *atque adeò partibus nativus atque socialis*, is idem, mehercle, post illud incendium efferveſcendo

vendo conceptum, nobis inimicatur; tunc quippe fit mordax, fumosus & acer, ac proinde toto cœlo alienus ab illo calore, qui nobis ἔμφυτός τε καὶ συμφυτος velut *insitus & facilè coalescens est.* Fervor autem & æstus ille, atque ita febrium integra cohors, cordi, illique annexis arteriis tunc incubat, quum sanguineæ particulæ, potissimùm bilioſæ atque sulphureæ, vel *motu*, vel *putredine*, vel *adhæsu caloris alterius*, vel *detento calido effluxu*, vel *permistione calidæ substantiæ quodam veluti ex fonte ebullientis*, ignem concipiunt; uti verax Pergamenus docet. Quinariam enim febrilem illam incensionem ἤτοι διὰ κίνησιν, ἢ διὰ σῆψιν, ἢ δι ὁμιλίαν ἑτέρας θερμότητος, ἢ δι ὑπάρχουσαν ἀπορροῆς θερμῆς, ἢ δι ὑπομιξίαν ὑσίας θερμῆς ὥσπερ γε ἐκ πηγῆς πυος ἀναζεούσης, *lib:* 1°. *de diff. Febr.* commemorat. Quintuplici siquidem illâ caussâ πὰ τῦ αἵματος μόρια *sanguinis particulæ* bulliunt atque flammescunt. Haud secus ac enim vel oleum in sartagine flamma lambente fervet atque flammat; vel rotæ celeri circum axem affrictu fervidæ fiunt; vel pyrites pyritæ commissus, aut etiam ferro illisus stricturas emittit; vel fœnum recens, sed congestum & arctiùs concluſum ardet; vel sulphur denique prunis injectum ardore deflagrat; ita profectò *quinque commemoratorum occursu* sanguinis exiles, (*præsertim bilioſæ nec-non sulphuris æmulæ*) portiunculæ efferantur primùm, ac subinde sese commovent & exagitant inconditè, atque adeo tumultuantur & πυρετωδῶς *febriliter* demum accenduntur. Tamdiu autem efferæ, tumultuariæ & accensæ febriles illas cient turbas, quamdiu tenuiores illæ sulphureæque sanguinis particulæ, *febrilis ignis fomites atque pabula*, vel concremandæ supersunt; vel jam quidem conflagrantes, sed λῆξιπυρέτοις *febrem reprimentibus* nondum restinctæ. Protinus enim atque sulphur febrile vel flammis febrilibus voratum, vel Artis Medicæ præsidiis extinctum est, sedatur spirituum turbor atque tumultus, humores defervent, & primæva partium omnium temperies blanda, pristináque pax alta membris totis insidet.

Prout autem illa τὰ τῆς Μεγάλης Ἱπποκράτες ἐνορμῶντα, ἴσχοντά τε ἃ ἐνιχόμενα σώματα *Magni Hipp.* (Epid: VI. Sect. 8.) *quæ impetu corpora moventur, quæve continent, aut continentur,* variè atque variè afficiuntur, ita etiam multæ intra viscera seditiones commoventur & ardent, quibus comprimendis atque restinguendis intenti Medici Duces atavi, multifaria nomina illis indiderunt. Ex illarum autem multiplici divisione quæ circunfertur, selectissimam illam amplectimur, qua febres partiuntur in *Ephemeras* ex spiritibus ardescentibus; *Hecticas* ex efferveſcentia partium solidarum, & *Humorales* demum, quæ si à sanguine solùm fervido & φλόγωσιν *levius incendium* patiente succenduntur, *Synochi imputres* passim vocitantur; si verò putrescente humorum illuvie microcosmici tractus conflagrant, *febres putridæ* Medicos inter infamantur. Hoc postremum febrium discrimen elucidaturi, putredinis definitionem ex *cap.* 1°. *lib:* 4. *Meteorologicor.* huc transferendam esse censemus, σῆψίς ἐστι φθορὰ τῆς ἐν ἑκάστῳ ὑγρῷ οἰκείας καὶ καλὰ φύσιν θερμότητος, ὑπ' ἀλλοτρίας θερμότητος· αὕτη δ' ἐστὶν ἡ τῶ περιέχοντος, *putredo est corruptio caloris domestici & naturalis in unoquoque humido, à calore extrario: hic autem ambientis est.*

Corollarium III.

Quoniam autem putrentis humoris lacuna varia atque varia est, ideo & multiplices febrium putridarum emergunt differentiæ, quas omnes & singulas *continuarum* & *intermittentium* ambitu concludunt.

Continuæ porrò, vel sunt Σωόχοι, vel Συνεχεῖς: & primùm quidem Σύνοχοι *Continentes* dicuntur, & suam à sanguine intra majora vasa computrescente repetunt originem, atque ideo jugem in cor mephitin exhalant, atque etiam important, qua lacessitum assiduè, quos arteriarum modulos moderatur, vel præcipitanter accelerat, & febres nobis renuntiat ἐπακμαστικὰς; vel eâdem propemodum instantia illarum

rum motus urget, atque ſic ὁμοτόνως nobis diſcriminat à ἀδιαλειπτικαῖς, quæ vel grallatorio veluti paſſu ſuum ſtadium emetiuntur, vel à prima ſua, *ut ita dicam*, infantia καὶ ἀπὸ πρώτης τῆς εἰσβολῆς, *& à primo ſui ortu atque primo ſui inſultu* ſuum ad occaſum ſtatim perveniunt; vel ut aliter id proteram, a carceribus emiſſas illas eſſe vix dixeris, quin concitatiori ſuo curſu metas protinus contigerint. Συνεχεῖς autem, ſive *Continuæ periodicæ*, indeſinenter quidem affligunt, ſed impetu diſſimili; prout quippe ſtatis periodis incandeſcunt & majoribus flammis exardent, diebus ſcilicet vel ſingulis, vel alternis, vel quarto quoque die, inde etiam varia nomina ſortiuntur, atque vel *quotidianæ*, vel *tertianæ*, vel *quartanæ continuæ* nominantur. Singulæ autem in Eſſe ſuo pendent ab efferveſcentia calida, quam referunt acceptam putrentibus variæ indolis humoribus pituitoſis, bilioſis & melancholicis hoſtiliter commiſtis, è quorum lucta confeſtim ſuboritur *particularum in ſanguine motus inconditus & ebullitio inordinata*, ſive ἡ τῶν τοῦ αἵματος μορίων κίνησίς τε καὶ ζέσις ἄτακτος, à quibus vera, genuináque *febris continuæ* ὕπαρξις *eſſentia* repetenda venit. Hæc enim ſuas habet ἀναδιπλώσεις *reduplicationes*, *exacerbationes* & *excandeſcentias*, prout illa κίνησίς τε καὶ ζέσις *motio atque fermentatio* aliàs major, aliàs verò minor concietur.

Intermittentes autem ad omnimodam quidem ἀπυρεξίαν *febris abſentiam* vulgò perveniunt, ſed periodicè recurrunt, atque illius interdum ſui recurſûs ſpatia uſque eò ſtata nanciſcuntur, ut cum ipſo ſole de reverſionis temporibus decertent. Sive enim *quotidianæ*, ſive *tertianæ*, ſive demum *quartanæ* ſint, (*uti tres illæ vulgatiores perhibentur*,) ex condicto veluti revertuntur; quæque per amica paroxyſmorum ſilentia ſepultæ credebantur, poſtliminio reſurgunt, & novis ſymptomatis fæviunt majoribus, minoribuſve, prout pravi illarum ſucci in prima corporis regione congeſti atque computreſcentes, ab uligine ſua putri, vel multam & craſſam, vel parcam & tenuem evaporationem emittunt. Etenim,

pro-

protinus ac illarum fermentum atque σηπεδονώδες τὸ μίασμα *inquinamentum putre* ſuo in foco (*ubicunque Diis placuerit illum eſſe, partim intra, partim circum viſcera varia, jecur, lienem, pancreas, renes ſuccenturiatos, aliaſve glandulas, cùm meſentericas, tum epiploicas*) ἀναζυμᾶται *fermentescit* & effervet, ilico etiam per vaſa, uti etiam per cæca partium ſpiramina, in cordis thalamos ἐξαλμίζεται *vaporat*, exhalat, expirat atque fumat, ſtatim autem atque cor taliter ὑποτύφεται & tetrâ hâc atque ſævâ ἀναθυμιάσει *expiratione ſuffumigatur*, paroxyſmum febrilem, ſive prælium naturæ cum morbo ciet, eùmque *majorem*, *minorémve* ratione vel denſioris & acrioris, vel rarioris & mitioris ſuffumigationis; uti etiam ratione putridi ſegmenti, multi vel pauci, fortis vel debilis, quod ab illa febrili maſſa, tali vel tali in foco fermentante, iſthoc inteſtino fermentantium particularum tumultu deſectum compellitur, atque etiam vaſorum ductu convehitur in cordis ventriculos: & ratione demum ſolis microcoſmici, vel nebulas illas vivaciùs, languidiuſve diſcutientis; vel putridum illud τὸ ὑποπασμάτιον quod *deſectum eſt*, atque *revulſum* ſeriùs aut citiùs ſuperantis. Prout autem uſu venit febrilem illum intra focum varia atque varia congeri, computreſcere & conflagrare, ita etiam febres multiformes exardeſcunt, quas Practici *Compoſitas* nuncupant, & in quarum natales inquirere, tum inſtituti mei ratio refugit, tum unius corollarii limites anguſti detrectant. Hîc enim rerum duntaxat apices delibamus.

Corollarium IV.

Iſthæc porrò ubi dant clara incendia lucem, ſuo fulgore micanti ſeſe patefaciunt: ſicut enim flammiferæ faces nequeunt ſub modio latitare, nam *actu* ſunt *perſpicuæ*, adeoque aërem movent & colluſtrant *poteſtate perſpicuum*; ita certè & Febrîs omnîs, ſed *putridæ* præſertim *continuæ incendium*

ſi oculos non ferit, ſuo tamen calore manum admotam pungit & vellicat & acrimoniæ quodam ſenſu veluti fodicat, atque eatenus ſeſe prodit; per-raræ enim ſunt Febres ὑποβρύχιοι *latentes & altum demerſæ*, quarum fulgor nec explendeſcit, nec acrem, mordacemque, *arteriâ contrectatâ*, ſenſationem creat. Febres deinde, ſed putres imprimis pulſuum rhythmos atque concentus adeò perturbant, ut *pulſus* inæqualis, diſſonus & inordinatus ſub digitorum pulpamento trepidet atque ſubſiliat. Nihiloſecius, tantus ardor, flammáque tanta coctibiles non protinus coquit *urinas*, ſed illas initio vel crudas, vel leve duntaxat coctionis rudimentum exhibentes, oculis ἱδροσκόποις *urinam inſpicientibus* ſubjicit. His accedit, *putridas continuas* à procatarticis cauſis haud immediate ſuſcitari, ſed poſt clandeſtinum apparatum, ſive materiam morbificam pedetentim atque clanculum congeſtam, confeſtim effulgeſcere, ceu fulguris more ſubitò prorumperent in actum. *Intermittentes* quod attinet, invaſiones illæ & inſultus habent, atque poſt inducias perbreves naturæ datas, in illam denuo hoſtiliter invadunt, idque impetu tanto, ut univerſam Microcoſmi machinam ſuis inſultibus illis perinde contutiant, atque Jupiter altitonans ſuis fulminibus quatit Olympum: Illinc *rigor* occupat artus, quos interdum adeò impellit atque ſuccuſſat, ut genua genibus collidantur, & dentes dentibus pugnâ conſerantur. Si porrò natura, *novercans licèt*, in ægrotantem minùs ſævit, minitatur duntaxat, ſed non ferit; tuncque ſumma corporis vel *inalgeſcunt* vel *exhorrent*. Illis quidem tribus aſperis atque nocivis febrium anteambulonibus atque renuntiis, *rigore*, *frigore & horrore* (quorum *medius* medium noxâ tenet) quamlibet Febrem, perſonatam licèt & alteri affinem internoſces; ſed non propterea vel continuarum vel intermittentium de nequitiâ certior fies, ni conſulas Oracula Coa. Medicinæ igitur orgiis ſi modò initiatus es, veridicum atque fatidicum ſanctioris Artis Medicæ ſacrarium adito, & adytis hæc triſtia dicta reportato, οἱ συνεχέες ἀφὶ τρίτης ὀξυπυρέσσουσι, ὀξυκίν-

δωσι, *quæ perseverant febres & tertio quoque die intenduntur*, ac invalescunt, *periculosæ sunt*. Adesdum rursus, & has minas intonantem Æsculapium audis, εἰσὶ δὲ ὀξύτατοι μὲν καὶ μέγιστοι καὶ χαλεπώτατοι νόσοι καὶ θανατοδέστατοι, ἐν τῷ ξυνεχεῖ πυρετῷ, *sunt enim & acutissimi, & maximi & difficillimi & maximè lethales in febribus continuis morbi*. Laboriosissimæ sunt ergo atque periculo plenissimæ vulgares continuæ: At profecto, vis & pernicies illarum oppidò major est, si sunt mali moris atque perversæ indolis & à vulgari Febrium genio degeneres, tunc quippe κακοηθεῖς καὶ φονικώτατοι, *malignæ* & *pernicioſissimæ* habentur; atque adeò dirâ symptomatum myriade furunt in ægros, κακοηθέστατοι δὲ καὶ ἀπὸ σημείων δεινοτάτων γινόμενοι, τεταρταῖοι κτείνουσιν, ἢ πρόσθεν, *malignæ enim supra modum & signis formidolosissimis stipatæ quatriduo, vel ante quatriduum, perimunt*. Sed illas tamen advertere est aperto Marte in nos non semper grassari, sed clam & veluti cuniculis actis, arcis nostræ vitalis fundamenta suffodere: Vitæ enim præsidiis dum inimicantur, custodes corporis vires furtim atque subdolè dejiciunt; vel ut aliter eloquar, personatæ sunt febres illæ truces atque mansuetarum larvâ rudiores & incautos illudunt; licet enim prima fronte videantur εὐηθέσταται καὶ ἀπὸ σημείων ἀσφαλεστάτων, *optimi moris*, *benignissimæ*, *mansuetissimæ & signis securissimæ*, clanculum tamen jugula petunt, suas quasi post siparia tragœdias agerent. Febres igitur, quæ pro auctario & veluti superpondio κακοήθειαν *malignitatem* adjunctam habent, præsagii sunt infidi: Aliàs enim φαντασίᾳ μὲν φονικώτατοι *speciè quidem truculentissimæ*, cùmque symptomatum pernicialium comitatu ingruunt, decumbentium tamen vitæ parcunt; Aliàs verò, mites quidem atque placidæ prima facie visuntur, sed reapsa feroces & implacidæ sunt, ac ægrotantes incautos & nimiùm sui securos improvisò atque veluti ex insidiis opprimunt.

Inter has porrò atque vulgares intermittentes periculo ambigunt, quæ sunt utriusque naturæ consortes & dilucida quidem habent τῆς ἀπυρεξίας *febris absentis* intervalla, sed nihi-

hiloſecius κακοηθείᾳ *nequitiê* perimunt, atque mentitâ probitate rudibus imponunt, dum paroxyſmis conflictatos improviſè jugulant. Quod enim Dictatoris Edictum profertur, οἵσιν ἂν ποτε πυρετὸς ἀφλίπῃ, ἀκίνδυνον, *quos autem febris dimiſerit, illos periculi dimittit expertes*, unicè intelligendum venit, vel de contingentibus ut plurimùm, vel de intermittentibus κακοηθείας *malignitatis* exortibus. Vulgari enim tritum eſt experientiâ, periculo vacare intermittentes & *benigniſſimas* & ἀνηθεςάτας eſſe: aliquando tamen obtingit, ut illarum curatione neglecta, niſi naturæ beneficio criticè ſolvantur, in multam provehantur ætatem, illòque ætatis ſuæ flexu multiplices accerſant affectus vel acutos vel chronicos, quibus ægrotantes vel celeri fato vivis exterminantur, vel lenta tabitudine marceſcunt. Dari autem *intermittentes malè moris*, auctoritate, ratione & experientia comprobatur. Summus quippe Hipp: *Epid.* 3. *ſect.* 3. morbos enarrans qui peſtilenti ſtatu in vulgus graſſabantur, præter ξωεχεῖς *continuas*, τριτιαίων, τεταρταίων τε καὶ πεπλανημένων *tertianarum* & *quartanarum atque errantium* conceptis verbis meminit. Rationi enim conſonum eſt, veneni vim, fermentantibus particulis febrili in foco procul à corde incubantem, ſilente paroxyſmo inertem eſſe; at verò, tunc temporis exſuſcitari & activam fieri, febriles ubi particulæ ſuo in foco tumultuant & petulanter in illos ferociunt humores, in quos fermentationis æſtu defectæ & abruptæ feruntur, vi ſua venefica turgidæ atque pollentes: tunc etiam, qui fumus, à febrili foco in cordis ſinus expirat, nequaquam profectò *ſimplex* eſt, ſed *veneno delibutus atque perfuſus*; atque adeò vitæ noſtræ principem ſuo perimit toxico. Illos igitur experientiæ ſcutica dignos reputo, qui febres *intermittentes malignas* inficiantur.

Corollarium V.

Ne igitur sinamus morbum ad superbiam, ferociamque & immodicum modum insolescere, sed ne proteriat tyrannidémque suam in nos exerceat, omnibus animi nostri contentione atque viribus curationis aciem in id dirigamus, ut primò ratione virium habitâ, intemperiem calidam contrariis oppugnemus, humores putrentes corrigamus & putrefactos foras propellamus. Hos certè salutiferos therapeiæ scopos attingemus, si correptâ præcipitis occasionis ansâ, venæ sectionem atque purgationem tempestivas instituimus. Sic enim opifer Apollo Chirurgiâ atque Pharmacia istis, prompto subsidio veniet. Isthæc quippe præsidia verè palmaria atque ἡγεμονικὰ *primaria* habentur, febriles ad humores cùm alterandos, tum præsertim educendos. Venæsectio enim, non modò plenitudinem evacuat sive ad vasa sive ad vires; sive in toto sive in aliqua parte, sed & obstruentium humorum influxum atque saburram revellit, totum corpus refrigerat & perspirabile reddit, putredinem arcet & putrescentium humorum concoctionem promovet. Purgatio autem, materiæ illius quæ partibus inculcata naturam gravabat, portione deducta, vias expedit, obsidione liberat & complanat, atque adeò, qui supersunt humores remora & obstaculis liberi, ὁδοῖς sua, seu *fluxilitate* Δι' τῶν ξυμφερόντων χωρίων *per loca convenientia* sua in emissaria confluunt, sicque naturam onere levant, quæ exinde vegetior & alacrior, suique juris aliquatenus facta, tota deinceps morbificio humori maturando atque ab aliis secernendo incumbit. Illam autem maturationem & ab aliorum implicatione liberationem promovet natura, dum humorem crassum, partibusque non duntaxat fluidis implicitum & irretitum, sed etiam solidis incussum & impactum attenuat & liquat, atque ita fluidum efficit. Illa quippe extenuatione sua nec non liquatione fluctua-

ctuationem conſequitur, quam ubi nactus eſt cœteris cum humoribus communem, naturæ haud magno deinceps molimine à reliquorum humorum conſortio atque contubernio ſegregatur. Dum enim ita extenuatur & ὑγρὸν *ad fluxilitatem pronus*, & reapſa *fluxilis* redditur, ſuis ille fibrillis, quibus, ceu retinaculis, cohæret partibus, privatur, atque ſic partes extergentur, illo priùs obductæ, ac velut impicatæ. Quem autem taliter intruſum, ac veluti cuneatum humorem natura expedit & extrahit, illum eundem ſuæ poteſtati ſubjicit. In illum quippe, tanquam in captivum, quem è cuſtodia eripuit, dominatur, eùmque, ceu putredinoſa ſtagnatione ſua febrilis ſeditionis reum plectit, inque exilium ejicit atque ſuis finibus microcoſmicis æternùm exterminat. Illius inſuper πεπασμὲ *coctionis* effectrix eſt natura, dum humorem impendiò magis bullientem, efferum, vagum, erronem, ultrò citroque deportatum & ὀργασμῷ æſtrô percitum, quique tenuitate ſua, naturæ illum expellere geſtientis & allaborantis conatus eludit, contemperat, mitigat, cogit, denſat, coërcet, ſiſtit atque in compedibus veluti tenet, inque tenebricoſum atque ſubterraneum illum ſuo putore, ſuo ve foricarum nomine notiſſimum carcerem contrudit atque compellit.

Cùm igitur *venæ ſectio* totam ventilet atque veluti flabellet ſanguinis maſſam, conſequens eſt ἡγεμονικὸν illam eſſe τὸ λιξιπύρετον, *palmare præſidium febrem reſtinguens.* Aër enim per cuncta meabilis eſt, atque adeò venæ vulnus inflictum ſubit, ſicque æſtuoſa & exæſtuantia contenta afflat & perflat, ſuoque afflatu atque perflatu refrigerat. Imò, *venæ ſectio* vaſa deplet ſpiritibus humoréque bullientibus turgida, inque cauſa eſt cur rigidæ priùs & intentæ partes, utpote plenæ, conflacceſcant, detumentibus ſcilicet humorum undis, quibus ſurgentibus aſſurgebant tumidé. At partibus ita laxatis atque depreſſis, illarum ſpiracula ſpumantium ſuccorum æſtû priùs occluſa recluduntur, atque ſic priſtina redintegratur ἀδηλὸν ἀμπνοὴ, hoc eſt, *libera toti corpori ſalubri-*

ter reſtituitur inſenſilis tranſpiratio. Secta igitur vena, refrigerio duplici natura gaudet, ex una ſiquidem parte penetralia ſubit ambiens; ex altera verò fumantium præcordiorum æſtus vaporat & ſuis ſeſe fuliginibus emungit. Accedit & tertium iſtud aperta vena juvamen, ubi nempe vel baſilica vel ſaphæna tunditur, particulæ tum putres, tum putreſcentes, quæ fermenteſcunt & cum tota ſanguinis mole confunduntur, atque ſua lucta & ſua conturbatione totam incendunt maſſam, qua data porta ruunt. Non niſi autem ſumma ferventium ſuccorum temperatione, calentes illæ atque fervidæ, imò & igneæ naturæ affines portiunculæ, ceu ſtricturæ & ſcintillæ emittuntur & evolant. At illis igneis portiunculis corpore fugientibus & avolantibus, ſpiritus ipſi petulantiores complacantur atque conquieſcunt, ſicque febrilis ardor pedetentim reſtinguitur. Illam autem reſtinctionem adjuvat etiam tempeſtivus purgationis effectus, ubi enim opportunè ſubſidio venit aliquod *minorans* dictum, fomitem illud febrilem per ἀπ'ἀεραν *partitis vicibus* igni febrili ſubducit, atque ſic iteratis vicibus & repetitis detractionibus, putridæ febris pabulum, imò & incentivum atque incitabulum *epicraticè*, uti loquuntur, atque *pedetentim* toti febrili foco ſubtrahitur: Febrem ergo alimenti atque ſuſcitabuli preſſam egeſtate, neceſſum eſt extingui. Quoniam igitur *venæ ſectio* atque *purgatio* ad ægrotantium aſſerendam ſalutem uſque-eò amicè conſpirant, mutuaſque conferunt operas tantas ut ægroto Domini deducant corpore febres, jure meritoque concludam,

ERGO FEBRIBUS PUTRIDIS OMNIBUS VENÆ SECTIO ET PURGATIO.

Hujus concluſionis veritas etſi validis rationum momentis, *veluti tot rupibus inconcuſſis*, innitatur, quò tutiùs tamen allidentibus adverſariorum fluctibus reluctetur, hoc inſuper, *harum Illuſtrium Scholarum morem ut teneam*, ratiocinii pondere ſuffulcietur.

Omne

Omne præſidium quod putrentes humores partim educit, & partim à putredine tutatur, omnibus putridis febribus competit;

Atqui in omnibus putridis febribus venæ ſectio & purgatio putrentes humores partim educunt, & partim à putredine tutantur;

Ergo venæ ſectio & purgatio febribus putridis omnibus competunt.

Has poſitiones meas Illuſtriſſimi Profeſſores Regii ſex, unà cum Aggregatis Doctoribus uno & altero Clariſſimis, *multiplici ariete evertere conati ſunt, & Diſputationis æſtus ab octava matutina in primam pomeridianam incaluit. Diſceptationis fervore & animorum incenſione ſedatis, jurejurando publico Academiæ Legibus memet obſtrinxerunt. Suggeſtum ſubinde conſcendi & allocutione ſextuplici*, ad ſingulos varia atque varia, *Deo primùm Uni-Trino Sacroſancto; Ampliſſimo deinceps Cancellario; tertiùm Decano Reverendo; quartùm Profeſſoribus cæteris Illuſtriſſ. quintùm Doctoribus Aggregatis meritiſſimis; ſextò demum toti Clariſſ. Doctorum & Illuſtrium Virûm conventui gratias ſingulares ſingulatim egi; quibus actis, meiſque probatis & moribus & doctrina, in Baccalaureorum Ordinem rite ſolennitérque* ſexto Nonas Martias 1654 *digeſtus fui.*

Præclarum porrò morem à Majoribus acceptum ut ſolveret Univerſitas, mihi Baccalaureo, cucullo ſeu quadrato galero & toga condecorato, *injunxit, ut in Medicorum Scholis à quinto Nonas Martias, ad tertium Nonas Iunii 1654, Hippocratis de Natura Humana libellum aureum, toti Studioſorum coronæ, ad campanæ pulſum congregatæ*, pro Curſibus quos vocitant, *prælegerem ac elucidarem.*

Trimeſtri iſthoc exacto, Examinibus quatuor publicis, quæ per Intentionem vocantur, *ſtatis Julii diebus me ſtiti. In Aula Regia magna, capite aperto, purpura* (olim Franciſci Rabelæſii, nunc verò Franciſci Ranchini) *togatus, de pulpito ad interrogata & objecta reſpondebam.*

Quaternis iſtis meorum in Medicina profectuum ſpeciminibus pu-

publicè datis, en quinti protinus Examinis, quod Rigoroſum habetur, *coram univerſis & ſingulis Profeſſoribus Regiis atque Doctoribus Aggregatis acumina ſenſi. Cuſpides illas*, ὑπερασπίσῃ Præſide & Clypeo *mihi Chriſto, ubi retudi, ampla mihi poteſtas eſt data Licentiæ Gradum adipiſcendi.*

Epiſcopalis itaque Capituli (Sede Epiſcopali vacante) *Vicarium Generalem adivi, ut mihi diem ad Licentiæ conſequendos honores conſtitueret. Ad præſtitutum octavum decimum Auguſti* 1654, *Reverendus Vicarius ille Generalis, Illuſtriſſimique Profeſſores Regii, MEAM LICENTIAM*, purpura ſua redimiti, *condecoratum venerunt.*

LICENTIATO mihi creato integrum fuit ad excelſiora provehi; ac proin Diſputationes, quas Triduanas dictitant, *impetravi. Ab Ampliſſimo itaque Cancellario, utì & à Reverendo Decano, litigioſum mihi thema quadruplex datum eſt*, Quæſtiones vocant quatuor Cardinales, *quas non meo quidem arbitratu ſelegi, ſed meo Marte compoſui, atque etiam ſuperiori de ſuggeſtu*, bis in die, tridui ſpatio, *togatus & galero quadrato tectus, meo periculo tuitus ſum.*

Ante ſingulos autem illos animorum conflictus non modò meorum dogmatum memorem explanatorem me gerebam, ſed & Oratiuncula incentiva & animoſa mecum conflicturos incendebam.

Theſium autem mearum univerſum textum, quod vario animi motu orſus ſum atque contexui, in adverſarios quoslibet obvios, meis de manibus in anteceſſum emiſi, ut illud per otium redordirentur atque retexerent; Illis præterea, quò uberius foret ipſis mecum diſceptandi thema, *Aſſertiones, Problemata atque Paradoxa ad Theſium calcem adjeci.*

Quòd ſi mea iſthæc Placita, quæ partim in ſyſtema coaluerunt, partim verò ſoluta ſunt, tibi moroſo Cenſori frontem caperant atque corrugant, explica & excute pectus tuum & meliora profer. Sed eſſe fugito de illorum grege, qui ad tenera germina & flores atque fructus ſtupent, nec niſi lappis & tribulis atque ſentibus tanguntur. Si enim Arcadici pecoris palatum nactus es, in Hippocratis & Galeni hæc amœniſſima vireta, cave ne divertas;

tas; tibi enim conſultius erit iſthæc inculta ſectari, ubi (haud ſecus ac in ipſis quibus grandia mandantur hordea ſulcis) *frequens naſcitur*

Carduus, & ſpinis ſurgit paliurus acutis;

Nam ſimiles habent labra lactucas, nec per me ſtabit unquam quominus tibi ſoli ſapias & Arcadicum germen *atque* corpus ſine pectore *te prodas. Bœoticæ quidem ſuis eſt*, natæ ſub aëre craſſo, *poſt Triptolemi ſerpentibus alatis factam ſementim glandibus veſci. Meæ autem mentis eſt, his paſci, quibus paſcor. Hæc me Apollinis Filium ſcripſiſſe oportuit, quæ ſcripſi* Practica *& purè* Medica, *ſed iſthæc alia, vera animi pabula, me Palladis Alumnum, florentem juvenilibus annis, haud decuiſſet omiſiſſe.* Ταῦτα ἔδει ποιῆσαι, κἀκεῖνα μὴ ἀφιέναι. Hæc oportuit feciſſe; & iſthæc omiſiſſe nuſquam. *Mihi quippe & florendum eſt, & ferendæ fruges; ſed ſi tu infelix arbos es, nec unquam efflores cis; nec profectò fructus feres ullos, nam arbor floribus ſterilis, utique eſt infructuoſa & exſcindenda atque Vulcano devovenda.* Si *etenim æternæ Veritatis eſt* παῦ τὸ δένδρον μὴ ποιοῦν καρπὸν καλὸν, ἐκκόπτεσθαι, καὶ εἰς πῦρ βάλλεσθαι, arborem omnem, quæ bonum fructum profert nullum exſcindi & in ignem conjici, *quanto potiori jure in ignem arbor illa conjicienda venit, quæ prorſus eſt infœcunda. Exſcindaris igitur tu, & flammis abſumitor*, Deo *interim* benedicente *florebo, atque lætos & huberes diuturnóſque fructus perferam.* Amen.

Ὥστε οὔτε ὁ φυτεύων ἐστί τι, οὔτε ὁ ποτίζων,
ἀλλ' ὁ αὐξάνων θεός.

Non igitur is qui plantat eſt aliquid, neque is qui rigat, ſed Deus qui dat creſcendi vim.

1. Cor. Cap. III. verſ. 7.

QUÆSTIONES QUATUOR CARDINALES PRO SUPREMA APOLLINARI DAPHNE

Conſequenda, propoſitæ

A B

Illuſtriſſ. Viris

D. D. RICHERO DE BELLEVAL,

Regis Conſiliario & Medico, nec-non in Alma Monſpelienſium Medicorum Academia Profeſſore Regio Anatomico, & Botanico, Cancellario Ampliſſimo & Judice æquiſſimo;

E T

D. D. SIMEONE CURTAUDO,

Regis Conſiliario & Medico, ejuſdemque Academiæ Decano venerando,

Quarum veritatem, feriis exactis, triduum integrum manè & veſperi (*Deo Præſide*) tueri conabitur,

CAROLUS DRELINCURTIUS,

Pariſinus, Artium Magiſter, nec non Medicinæ Licentiatus,

In inclyto Monſpelienſis Apollinis

FANO.

Ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς.

A fructibus eorum agnoſcetis eos.

Matth. VII. 16.

NOBILISSIMO,

ET

ILLUSTRISSIMO VIRO,

D. ANTONIO VALLOTIO,

DOMINO DE MAGNANT,

IN

Omnibus Regis Conſiſtoriis Secretiori Conſiliario, & Archiatrωn Comiti digniſſimo,

CAROLUS DRELINCURTIUS

S. P. D.

Auguſti Monſpelienſium Medicorum apertura Delubri (inſtar alterius Jani,) *Myſtis Apollinaribus bellum indixit. Prior ego poſitus in acie, acerrimæ pugnæ graves perpeſſurus inſultus, ad Te (fortis Archiatrωn Comes) ſupplex accedo, ut clypei tui umbone impenetrabili me tuteris. Illo quippe, ceu tutiſſima Palladis Ægide tectus, acutiora lernæóque robore à validiſſimis Agonothetis in me contorta ſpicula retundam.*

Jam olim quidem, ſinguli quibus ſanguine conjungor, arctiore Tibi obſequii nexu aſtricti, animitus exoptabant, grati in Te animi ſui ſymbola tuis appendere tholis; ſed occaſio id explendi ex animi vo-

tis, hactenus ſeſe non obtulit. Qui dies hodiernus opportunè mihi refulget, tanto gaudio pectus meum afficit, ut exultans moras omnes abrumpam, quò, (reboantis echûs adinſtar) *tuas illas ex hoc Galliarum confinio laudes reflectam, quæ ſuper Garamantas & Indos jam pridem intonuerunt. Sed illæ profectò tot & tantæ ſunt, ut à quibus exordiar hæream anceps. Qui etenim laudibus digniſſimus es, nihil minùs amas quàm laudari. En igitur tua imprimis modeſtia, tot virtutum quæ feliciter in Te concatenantur firmiſſimum vinculum: In Te quippe Uno non malè morantur, ſed amicè cohærent pietas in Deum atque parentes, morum probitas, urbanitas in omnes, & humanitas erga ſingulos: copulantur & eximius animi tui candor, mirabilis* μεγαλοψυχία, *ſolertia perſpicax, prudens* ἀγχίνοια, *judicii vis ingens, & mentis acumen nulli ſecundum. Quocunque ergo meorum oculorum obtutus converto in admirationem traducor. Sed quid plura? Fontem enim Aganippen exhauſiſti, nec ullus mihi ſupereſt dicendi lepos, quò tuas ineffabiles prædicem dotes. Etenim, dicamne balbutiens cæteros ex Philoſophiæ & Medicinæ lacunis quidpiam tantùm delibaſſe, dum Tu, animi ſublimioris impulſu ad vera ſcientiarum ſidera oculos erexiſti, & longè latéque expatiatus es in* Coorum, Stagiritarum & Pergamenorum *amœniſſima vireta, ut indè decerperes corollas, quibus caput tuum doctrina madidum redimires.*

Inter tot præclara dona, quæ ſupremus bonorum Largitor, in Te, adeò liberali profudit manu, cunctis

Ctis vividiùs micat, ſtupenda tua Artis Æſculapicæ notitia, virtutum moralium coruſcante ſatellitio ſtipata, quæ Te, ad ſupremum Apollinei Sacerdotii culmen feliciter evexit. Ex illo certè rerum apice *præ cæteris non minùs ſplendidè refulges, proprio virtutis & ſcientiæ nitore, quàm Medicæ Dignitatis excelſiſſimo Gradu, quem adeò honorificè conſequutus es, non per ambitum aut per illum Principum favorem* (qua via permulti ſcandunt ad ſupremum illud honoris faſtigium, ad quod digniſſimè graſſatus es) *ſed per illuſtria, quibus ſublimem tuam doctrinam comprobaſti teſtimonia. Ex illis innumeris, hîc unicum, ut cæterorum exemplar, apponere lubet, cujus memoriam Gallorum animis adamantino ſtylo intimiùs inſculptam, ne lethæus quidem amnis delere potis eſt.*

Dum Chriſtianiſſimus Rex noſter Lud. XIV. *truculenti morbi ſævitia verſaretur in ſummo vitæ diſcrimine, Tu vocatus in conſilium, acutiſſima tuæ mentis acie in recondita quaeque penetrans, deliteſcentem morbi cauſam oppugnaſti & animi ſagacitate cuncta inveſtigans, omnes ipſius inſidias uſque adeò ſolerter detexiſti, ut iis declinatis, longè profligaveris infeſtiſſimum hoſtem, atroci comitatum ſymptomatum cohorte, ſicque Regiam Majeſt.* (Divini Numinis afflatu) *priſtinae ſaluti reſtitueris.*

Hîc volens ſubſiſto, etſi eximiae quae te nobilitant dotes, vix craſſiori ſint adumbratae Minerva; ſatiùs enim duco manum citò de tabella referre, quàm eniti ut pateſiant, & ipſis obtendere velum: Immò ſubſiſto coactus, quia fulgidus Tuî ſplendor, oculorum meo-

rum

rum aciem ita perſtringit, ut mihi penicillum è manibus excutiat.

Iſthaec è ſincero corde ſcaturiunt, nullo prorſus adulterata fuco, nam genuinus virtutis tuae nitor non patitur fucum. Vale & laetabundus exulta in Neſtoris annos. Datum Monſpelii, Idibus Decembris, Anno χριστογονίας M. DC. LIV.

QUÆSTIO PRIMA CARDINALIS,

An Arthritidi Thermæ?

Oſſium humana compages pacis arctiſſima nectitur catena, quæ diſſolvitur inteſtino humorum diſſidio & variis dolorum morſibus, præ quibus atrociùs ſævit ἀρθρῖτις ὀδυνηρὰ, *dolor articularis* quæ multa fama promulgatur ſub idea doloris periodici, partium circa articulos, ſuborti à defluxu humoris in eas ſedes effuſi. Hæc Diſcordiæ Dea, interdum ſtrictioribus cancellis arctatur, interdum verò latiùs ſeſe diffundit & ſui imperii fines propagat, ut liberiùs ſuæ tyrannidis vexilla pandat. Poſterior, *univerſalis* nomine venit; Prior autem *particularis* indigitatur, quam ſanctioris Medicinæ Parentes tripartitò findunt, quoniam infenſa triade ποδάγρας, Ἰσχιάδος & χειράγρας articulos divulſione ſejungit. Neque nos latet perſonata reliquarum facies, quam Recentiorum Schola ficto Græcorum velavit amictu, ſimulque Medica Civitate donavit. Illarum autem primores ſunt, ῥαχισάγρα, τραχηλάγρα, σαγονάγρα, πηχυσάγρα &c. *Spinæ, cervicis, maxillæ, cubitive captura.*

Sic

Sic infausti morbi stirps nefaria variè soboleſcit, etſi ab unico caudice pullulet, utpote ab unius illuviei *fœturâ*, ex *capite* aut ex *præcordiis* in articulos illapſa, ac ſæpius in *extremos* artus irruente, ubi vix opplet oſſium aut γλήνλω aut κοτύλω *cavitates* ſcilicet vel *elatiores* vel *depreſſiores* ſed diſtendit & ferit ſua ſubſtantia ſeroſa & tenui, ſæpè tamen tartarea, ſalſa, acri & ignita, partes quæ articulos ambiunt vel nectentis faſciæ ritu, vel tuentis ſepimenti vice, aut quæ quovis arctiori ipſis adnectuntur amicitiæ nexu. Nec mirari ſubeat, ſi partes infimæ ſortis & exangues, longiúſque *ſemotæ* ab uberrimo nectaris vivifici fonte, laxiori σωαγμῷ *commiſſurâ* compactæ, ſitu declives, & motu perenni defeſſæ, frequentiùs ſuſcipiant περιτώματα *reliquias*, *inquinamenta*, *rejectanea*, *ſuperflua* ollæ coquinariæ & ipſius hepatis, aliorumve viſcerum, quæ publico officii jure, toti mancipantur, & adventitiam, vel hæreditariam arthritidis contraxere labem. His accedit peculiaris humorum ῥοπὴ *inclinatio atque propenſio* qua ſponte confluunt in *artus*, quò etiam inviti feruntur per ὠσιν *impulſionem*. Dum etenim partes ponderoſa humoris vitioſi ſarcina gravantur, vel pungente ejus acrimonia velut aculeis laceſſuntur, valido molimine nituntur ut ſerum ebulliens & *vorticoſis* fluctuans undis, in mediis vaſorum tubulis, relegent (*uti mare ſpumans aquarum ſordes ad remotiores littoris oras*) in ultima microcoſmi confinia, ubi in anguſtioribus remoratur *fretis*, & ad ſcopulos allidens, ſubſiſtit irretitum multiplicî vaſorum implexû, qui affluentem humoris turbam illaqueat atque remoratur.

Scrutemur nunc abſtruſiores Medicinæ receſſus, ut detegamus ortum iſtius furibundi *Cerberi*, qui tot homines dente rabioſo ſævè dilaniat; & ſingulis ſedula mentis indagine ad veritatis lancem exactis; non aliam inveniemus cauſam, quæ ipſi ſtrictiori vinculo copuletur, quàm unionis ſtamina ſauciata ab illo furente *Hercule*, qui id ſceleris flagitioſè patrat. Alios tamen complures, ejuſdem criminis conſcios, citabimus de Hippocrateo *Tribunali*, qui morbum remotè tantùm effi-

ciunt. Eorum alii materiæ congeriem ſtabulantem in alveolis, de ſuis ſedibus dimovent ut concitatiori curſu & rapidiùs feratur ad artus. Indè hoſtis ſilet ad tempus, velut *lethifero* telo confoſſus; ſed elapſa temporis intercapedine reſurgit è tùmulo, acerbiuſque repungit, & qui delituerat ſopitus, excuſſo veterno palàm graſſatur, novóſque ſuſcitat ἀνατροπιασμὰς *recurſus*, ob relictum *fermentum* penitiſſimè medullis infixum. Hinc Arthritis veris & autumni ſoboles eſt fœta, & aëris μεταβολαῖς τε & ἀνωμαλίαις *mutationibus & inconſtantiæ* ſuccedanea, & conſectaria vini Falerni, cibi acris & ſalſi infauſtis avibus detruſi, ac vigiliarum, laborum & graviorum animi παθημάτων *affectuum* pediſequa. Aii diſnectunt articulorum compagem, eorum v. g. humectatio, refrigeratio, fractura luxatio, labor irrequietus, & frequens coïtus. Alii ſenſim congerunt morboſum apparatum atque bellum & inſidias parant. Hujus agminis ſignifer eſt *Bacchus* lumbifragus, & ſolvilumba *Venus*, quæ tentat greſſus & vires enervat, λυσιμελὴς δὲ Βάκχος ἠδὲ λυσιμελὴς Ἀφροδίτης, γυναικῶν θυγάτηρ λυσιμελὴς ποδάγρα. Multi commilites ſeſe accingunt ad prælium ſub Imperatrice intemperantia, morborum procreatrice fœcunda.

Homo pacatioris vitæ delicias carperet, ſi *gulæ abſtinens*, ſi *abſtemius* & *caſtitatis illibatæ*; nam qui vitæ fundamentum jecerit temperantiam, nulla premetur ærumna. Nunc multi morboſi, quia pauci temperantes. Quot blandis voluptatum illecebris pellecti, dentibus, veluti cote, ancipitem gladium exacuunt, qui ipſis præcordia pungit, ilia transfigit & vitæ filum reſcindit, renuente Atropo? Complures fraudulentis palati blanditiis illaqueati, acerbæ & ærumnoſæ vitæ ſibi tramitem adornant, ut mors immatura celeriori fato ipſos ſepeliat tenebricoſo feretro, omnium ærumnarum clauſula. Tales ſunt, *Buthus*, *Annarus*, *Ariſtippus & Apicius*, *homines* ἀδηφάγοι *jugiter edentes* inſaturabilis abdominis ſervituti mancipati, qui cum inteſtinis lupi, plures habent *Briareo* ventres, & magnâ voluptate angoris poma deglutiunt, quæ-

quæ ipſos ſubindè torquent atroci cruciatu. Noti ſunt innumeri lurcones, quales ſunt *Proteas* & *Cratinus*, qui pocula exſiccant & vini amphoras abſorbent, vinòque ſepeliunt animum & corpus nimia ingluvie gravant. Nolim infamiæ notam inurere *Anacreonti*, *Attylæ*, *Heliogabalo*, *Crobylo*, *Demadi*, *Demetrio* & aliis, qui laſcivia effræni ſibi corpus exolvunt & toto vitæ decurſu in morborum incurrunt Iliada.

Nunc Arthritis, priſcis temporibus infrequens, paſſim involat in vulgus, auctis nimirum deliciis, luxuria, edacitate & crapula. Olim pepercit, *pueris*, *eunuchis & mulieribus:* ſed experientiæ fide, *puerorum* & *eunuchorum* tanta eſt inertia, tam inexplebilis edacitas, & helluatio adeò enormis, ut citra Venerem *podagra* corripiantur. Nec *mulieres* hujus ævi *capturam* illam effugiunt; non mutata natura, ſed vita, nam ut diſertè protulit Seneca, *beneficium ſexûs ſui vitiis perdiderunt, & quia fœminam exuêre, damnatæ ſunt morbis virilibus.* Hæc non veneratur viros ſenecta canos, & fatali caſu, quandoque fit *epidemia* & quibuſdam accolis eſt endemia. In eam lubricus eſt trames, arthritica ſtirpe ſatis, qui, niſi cautè ſibi proſpiciant, priùs fient, morborum quàm poſſeſſionum heredes.

Arthritis θεὰ μισόπλωχ& *Dea* eſt quæ *pauperes odit*, quæque impura ab egeſtatis ſordibus, deſpicit ſortem vel *Curii* vel *Cratetis*, inhiátque divitiis *Crœſi*, *Demadis* aut *Craſſi*. Plebeios fugit φιλοπόνες *laboris amantes* atque patientes qui inedia & pauperie ſqualent. Nobiles ſectatur φιληδόνες *voluptatibus addictos* ſomno & vino marcidos, ut lautè & opiparè vivat nulla rerum neceſſitate preſſa, ſed *ambroſia* & *nectare* ſatura. Ipſam alliciunt *Luculli* deliciæ, *Attali* vel *Canopi* luxuria; picturatæ *Stoïcorum* porticus, *Epicureorum* viridaria, hortuli *Adonidis*, *Baïarum* vel *Tempe* amœnitates. Hæc faſtu tumens ſplendida *palatia* colit, ſpernítque pauperum *tabernas* & humilia *turguria*. Principum manus & cervicem manicis & numellis preſſiùs ſtringit, & lepidos ac ſaltu veloces Aulicorum pedes compedibus vinctos, lecto affigit lâcrymis udo: immo elatiùs ſuperbiens læſæ Majeſtatis rea fit,

& Regios etiam pedes alligat ſolio triumphali. Strenui Duces & potentes Dynaſtæ ipſius tyrannidi colla ſubmittunt, *Priamus* v. g. *Bellerophon*, *Oedipus*, *Achilles*, *Pliſthenes*, *Proteſilaus* & *Ulyſſes*. Hac Antiſtitum flos purpureus emarcet, unica ſcilicet aquæ gutta, non ſtillante è palude Stygia, quæ intenſo frigore necat, ſed ab æſtuante jecore, velut ab Ætnæo monte, per venarum ναυπάωσιν *nauſeam* atque *vomitum* in artus eructata, quos diris cruciatibus torquendo, ejulatus ex intimo pectore trahit, acerbiores mugitu Phalaridis aut Perilli in æneo tauro incluſorum.

Quis peritus Apelles graphicè pinxerit tormina, quibus ſævus hic Regum ſatelles, crudelis Magnatum aſſecla, trux Principum comes, Imperatorum tortor acerbus, immane divitum ſtipendium, atrox ægrorum geenna, & horrendum ſcortatorum flagellum, membra diſcerpit. In illam rem cito quem ſenſus experientiæ pungit; quis ſenſit aſperiores dolorum morſus? Non *Calliſthenes* abſciſſis manibus, labiis & naſo, cum rabido cane in cavea concluſus ab Alexandro Macedonum Rege; nec *Anaxarchus*, à Nicocreonte, malleis ferreis in mortario ſaxeo contuſus; nec *Artayctes*, à Xanthippo Athenienſium Duce, palo trajectus; nec *Polycrates*, ab Oronte Perſarum Satrapa, crucifixus; nec *Callirrhoës* proci ſimul in pyra combuſti; nec *Catulus* Orator pruna toſtus; nec *Attalus* in ſella ferrea crematus. Mitto *Pentheum* à Mænadibus, *Pelopem* à Tantalo, aut inſontem viatorem à nefando *Cercyone* membratim diſcerptos.

Sic dum aperto Marte graſſatur, hoſtiliter in corpus invadit, ac febrem accerſit cum partis obſeſſæ rubore, calore & tumore. Medici ſagacis erit imminentes præcavere inſultus, & præſentes internoſcere à rheumatiſmo & doloribus Venereis.

Arthritis homines efficit μακροβιωτέρους *longæviores*, ſed eos iniqua penſat mercede & mille implicat ærumnis: Indè quærunt fabuloſi Poëtæ, cur ſi defunctos delictorum ſequitur ultio,

tio, hæc odiosa hominibus Ἄτη, *Cocyti* filia, ab *Alecto* nutrita in Tartari fornacibus cum *Tisiphone* & *Megæra*, Acherontis laribus non præsit, *Plutonis vice*, ut hominum nefaria scelera plectat, non *Ixionem* volubili versando rota; non *Tantalum* Eridani fluvii fugacibus aquis torquendo; non cogendo *Sisyphum*, instabile saxum ad montis evehere cacumen; non *Danaïdas* adigendo ad pertusum dolium replendum labentibus aquis, sed suæ sævitiei aculeos intimiùs defigendo in sceleratorum penitiores artus.

Hanc ferocem & fortem ac duri animi Deam, nec *Machaoniæ* tubæ clangor, nec *Podalirii* bellicæ in morbos machinæ, nec *Jupiter* altitonans fulmine perterret, nec *Æsculapius* medicamine expugnat, nec telis fugat *Apollo*. Nam firmis sedibus in præcordia semel defixis, & inquilinis intemperantiæ hostibus adjuta, cunctorum Medicinæ Atlantum conatus eludit. Remediis *mochlicis* acerbiùs incandescit, & immanes suscitat cruciatus nullius *Alexicaci paregoricis* placabiles, qui tanta tyrannide sæviunt, ut Christiani Philosophi frangant animi robur. Quis furentem valebit delinire podagram? Adamantinam habet mentem, quæ nec placatur thuris thymiamate, nec sanguine ad aras effuso. Quis feroces ipsius componere motus potis est? An *Ismenias*, *Marsyas* aut *Agatho* leni tibiarum cantu? *Orpheúsne* citharam pulsans, aut dulcisonus *Arion*, aut blandæ *Sirenes?* An ergo sinemus morbum propria insolescere protervia? Minimè, sed supplex flectendus *Apollo*, ut è penitioribus naturæ arcanis salutiferos recludat latices, scaturientes in ægrorum solamen. En Thermas detexit sulphureas, & nitrosas, quæ vota mirificè adimplebunt, modò viscera uberiori saburra non sordescant & victûs regimen servetur ad unguem. Nisi enim priùs aliqua ἐπαφαιρέσει *detractione*, *subductione*, *evacuatione* subtraxeris fœdam humorum colluviem, caveto ne blando Thermarum tepore liquata, cursum inflectat ad artus, quos Thermis dum roboras, naturæ sese depuranti ostia occludis, & materiam supprimis, quæ παλινδρομοῦσα *recurrens*, atque *refluens*, symptoma-

matum pernicie, lethale discrimen invehet: si verò tempestivè usurpantur, superstitem morbi sentinam sudoribus exhaurient, debiles artus firmabunt, & calorem depellent extraneum, atque nativum languentem erigent,

Ergo Arthritidi Thermæ.

QUÆSTIO SECUNDA CARDINALIS,

An Apoplexiæ ranularum sectio.

UNIVERSI Divinus Opifex, hominis formæ omnium præstantissimæ augustissimum domicilium erexit in sublimi & splendido partium instruxit apparatu, ut animæ functionibus expromendis idoneum foret. Verùm, proh dolor! dum hæc mentis arx, rationisque sedes, altiore situ triumphat & rutilante sensuum *satellitio* superbit, multiplici quatitur malorum insultu, quibus eousque divexatur, quousque morborum vi labascat atque corruat. Ipsi undique struuntur insidiæ. Corporis trunco arcta compage nectitur, cujus despondet injurias, nec patitur caudex, quin consortii lege condolescat. Inquilinos sinu fovet hostes, qui infensa *triade* in eam insiliunt, & acri colluctatione dimicant. Turbulenta symptomatum caterva ejus propugnacula demolitur. Immo, vel tumultuaria morborum cohors, sæviori clade, Palladis delubrum istud funditus evertit; vel furibunda ægritudinum turma commeatus saltem omnes obsidione tenet, ut artuum peramica dirimatur societas, & spirituum inopia pereat. Ultimæ aciei caput est *Apoplexia*, sive *repentina omnis functionis ani-*

animalis abolitio, propter interceptum ſpiritus animalis influxum.

De hujus exortu ſumma diſſenſione certant Artis Proceres. Ita ejus cauſa (*ſicut & epilepſiæ*) imprimis cæca & abſtruſa demerſa latet tenebris offuſa in veritatis puteo. Vulgaris & Neoterica Medicorum turba, *unius imitatione*, eadem omnes via in ſalebras incidêre, dum hanc cauſam refundunt in unicam exuperantis pituitæ colluviem, quæ qualibet vi de cerebri latibulis excuſſa, præcipiti curſu devolvitur in cerebelli ſinus, quos ſuo anguſtat influxu. Sanctior Medicorum Schola pleniùs æſtimata rei veritate & preſſis per recti tramitem Majorum veſtigiis, hanc quidem cauſam eſt amplexata, ſed complures alias ſcrutata eſt. Eorum ſententiæ ſuffragatur ratio & adſtipulatur experientia, cœteri namque humores, *cùm immoderatiùs excreſcunt*, peræque valent ſua mole cerebri ductus infercire. Hæc accuratiùs expende ad veritatis trutinam & comperies eos eſſe Apoplexiæ telis obvios, quibus venæ ſanguine opimæ plethora turgeſcunt; vel quibus φλεγμονώδης πάθεσις *inflammatoria diſpoſitio* cerebri venas diſtendit, aut calva depreſſa coarctat, vel quivis humor de ſuo loco depulſus in cerebri baſin. Hanc ſæpius inflixit vehemens capitis concuſſio, aut narcotica intulit aura. Hinc Apoplexiæ opportuna temperies pituitæ ferax, ſocordiæ crapulæque addicta; præſertim ſi ætas inclinat & in id conſpirat inconcinna figuratio partium, caput ſcilicet amplum, brevis & anguſta cervix, exiles venæ &c. Hujus πρόδρομος *præcurſor*, vel *anteambulo* eſt *incubus*, linguæ *paralyſis* & *vertigo*, quæ ingraveſcens faceſſit in Apoplexiam, qua homo, *derepentè perculſus*, ſubitò corruit attonitus & ſtipitis inſtar ſenſus expers, orbatúſque motu. Huic ſatellites aſſiſtunt ἀφωνία *vocis privatio* & anheloſa reſpiratio cum pulſu ferè nativo.

Ad hæc animum intendens, nullus Apoplexiæ finitimus affectus aliena te ſpecie deludet. Non *Comitialis morbus*, nam ejus concuſſivi motus ſatis detegent affectum: non *Carus*, nam

nam in eo nulla premit spirandi molestia, nec tantus sensuum stupor opprimit. Sed cave à *lethargo*; in illo tamen, *simul cum febre*, functiones otiantur somno sepultæ; at in Apoplexia altior veternus obrepit, qui citra febrem animales facultates arctiùs ligat. *Syncope* faciem gelidæ mortis pallore suffundit pulsumque supprimit; secùs in Apoplexia, nisi extrema ærumnarum clausula in ipsis faucibus angat &c.

Terrificus Apoplexiæ lapsus, *flagitio illustris*, metu perterret adstantes & insontes ægros miserè plectit. Quem enim Apoplexia fortis præcipiti casu non obterit? aut quem levior Paralyseos tædio non afficit.

Age itaque haud cunctanter, præceps casus urget: Truculentum hostem agnosce, ut strenuè prælieris. Is repentè emergit, sed sensim cuniculos agit, quò mentis tuæ delubrum subdola captione diruat. Exorienti viam ipsi præclude, & pullulantem morbi stirpem radicitus evelle, cacochymiæ nimirum atque plethoræ extirpando germina. Quòd si ipsius ortui nequeas obsistere & conserendæ sint manus, strenuè sustinebis insultum, si venæ sectione morbi sentinam vel exhauris, vel aliò derivas. Cæsâ igitur alterutrius humeri cephalicâ, tundito audacter deinceps venas, quæ sub lingua delitescunt immersæ: Illis enim reclusis spiraculis, partes humorum multitudine defessæ, in decliviores & vacuatione inanes, per vasorum κοινωνίας *communitates* suum onus excutient, solvéntque paroxysmum, atque sic ægrum eripient è faucibus Orci,

Ergo Apoplexiæ ranularum sectio.

QUÆ-

QUÆSTIO TERTIA CARDINALIS,

An in Febre bilioſus humor expurgandus aliquando ante πεπασμόν?

OMNIUM, *quæ mundus complexu ſuo coërcet*, Princeps homo diſcordibus unitur elementorum telis & varias ſubit mutationis vices. Tumultuariis jactatur humorum undis, quibus veluti turbulentis procellarum fluctibus aſſiduò laceſſitur: modò ſæviente immani frigore gelidus torpet; modò fervido extorretur æſtu; modò profuſiori humiditate perfuſus diffluit; modò intenſiori ſiccitate ſqualidus emarcet. In hac humanæ vitæ tragœdia (*ſæpius luctuoſa cataſtrophe terminanda*) ſinguli humores ſuam perſonam agunt; *Sanguineus* ubertate luxuriat & vitæ noſtræ ſuffocat lampada, quam *Pituitoſus* undans ſuis vorticibus abſorbet: *Melancholicus* ſpectris tenebricoſis mentem obnubilat, ipſique, *ſine nocte*, lucem eripit: *Bilioſus* tandem, ſulphureo efferveſcens æſtu membrorum compagem febrilis incendii fervore perurit. Hic ſiquidem humor, *quamvis cæterorum condimentum, ſtimulus & calcar*, nequit foveri ſemper immunis ab omni labe, ut id luculenter commonſtrat rerum eventus. Ubi quippe ſanguinis *Bilioſa* portio, anguſto nimis coërcetur conclavi, nec liberiùs ventilatur, concipit putredinem, fervidamque ἀναθυμίασιν *fuffumigationem* in cordis arcem expirat, è qua multo cum fœnore refunditur in corporis ὅλομελίαν; *univerſum ſyſtema*, ubi ſuis ſyptomatis, *quaſi fideliſſimis internuntiis*, nobis renuntiat materiæ morbificæ ſtatum. Ex iis profectò quam-

diu innoteſcet putredinem ſenſim ſerpere in humores, tamdiu arguenda materiæ cruditas; qua perſiſtente, piaculum eſt commovere humorum camarinam; nam putredine demum repreſſa, & materia ſubacta, morbiſentinam funditus exhaurire licet.

His tamen ſemper aſſentiri nefas eſt, nam ſi materia ſit in ὀργασμῷ *æſtro* veluti *veneris percita*, non eſt expectandus πεπασμὸς; dum etenim iſthæc *morbifici humoris concoctio* atque *maturatio* ſperatur, vel febrilis æſtus invaleſcit, & cuſtodes corporis vires vi morbi effœtæ fatiſcunt; vel bilis effrænis & veluti furens, *ac æſtuans ut mare*, inque vaſis oberrans & ultrò citroque impulſa, inſultu quodam in partes principes irrumpit & illas repentina clade perimit.

Ad hæc pericula non oſcitanter mentis aciem contendens, ſi bilis ferocia nequeat infrænari frequenti venæ ſectione & aliis præſidiis in id apparatis, arripe præcipitis occaſionis anſam & catharſi cum humorem (*tunc ultrò ſequacem*) delectu prolecta, & in alvum deturba. Is ſiquidem, *in eo caſu ſua inſtabilitate omnia conturbans*, naturam ſtimulat ad ſuî excretionem, & quempiam ſollicitat, qui veluti manum ipſi porrigat ut deducatur vias directas in alvum, *ex Gal. Com. 4. in Aphor. 1.* Quid igitur verebimur, *Pæoniæ familiæ columini innixi*, concludere,

Ergo in febre bilioſus humor expurgandus aliquando ante πεπασμόν.

QUÆ-

QUÆSTIO QUARTA CARDINALIS.

An affectioni hypochondriacæ chalybis usus?

ARABUM *Mirach*, sive *Abdomen* Athenienſium eſt *Prytaneum*, Hippocratis ἡμαλέον *fons gratioſi humoris*, Poetarum *Ganymedes* & *Pincerna*, ac partium *Genius* & *Promuſcondus*, qui de publico ærario caducæ vitæ primordia fovet. Sed, *luctuoſa cataſtrophe*, mutato *fonte* humoris gratioſi in *lacunam fœtentem*, fit putida morborum cloaca & infamis malorum lerna. Inter genus tam diffuſum familiam ducit, *affectio hypochondriaca*, ſeu *fœda vitioſorum humorum colluvies*, *imprimis melancholicorum in ramis venæ Portarum*, *ſplenico præſertim atque comitibus arteriis*, *propter læſum lienis munus in depuranda ſanguinis amurca vinaceæ fœcis æmula.*

Sapiens corporis Architectus, præcordia locavit ὑπὸ τῶν χόνδρων *ſubter cartilagines*, ſeu coſtas cartilagineas atque mendoſas, & velut in antrum vallo & foſſa munitum, ut firmiùs fulcirentur & deforis irruentes illiſus tutiùs arcerent; illa tamen aleam omnem extra minimè conſtituit. En quippe gentilitia labe fœdantur, turgent nimirum ſordida ſuccorum eluvie, cui ſtabulanti hoſpitium parant, ſurculi qui fruticantur à Portarum caudice, vel à propagine arteriæ cœliacæ, nec-non meſentericæ ſuperioris, quò natura propellit, quæ pedetentim congeruntur ſupervacanea ut illa tempeſtivè διὰ τῶν ξυμφερόντων χωρίων *per loca conferentia* excludat. Hujus autem voti ſi nequeat fieri compos, παλλίκρεας, ſive *pancreas*, meſaræon & omentum, *lieníſque* viſcus ἀρχαιὸν καὶ σπογγῶδες

rarum & ſpongioſum lævioris *pumicis* inſtar & excipiendis fæcibus opportunum, illa reſtagnante materia inſigniter extumeſcit.

Sic fatalis neceſſitas viſcerum puritatem commiſit *Lieni*, membro ſervili, qui ſi ſit immemor emungendi ſanguinis limoſi, fit reus *peculatûs*, partes fraudans ſuo *peculio*, ſanguine ſc. puro atque defæcato; ſuos interea proventus adauget, gracileſcente corporis mole, ſicut diteſcente fiſco, populus depauperatur, ut non minùs facetè quàm doctè *Trajanus* dixit *Imperator*. Hinc omne nutritium viſcus lutulenta colluvie ſaburratum, fit μετέωρον, κακόπεπτον, ἄπονον, *turgeſcit maleficum* & *infirmum*, undè conferta ſuccreſcit ſymptomatum farrago, quæ corpus multiplici multat ærumna. Illorum autem parens eſt vel μέλαινα χολὴ, *fæx* ſc. *ſanguinis uſta*, aut quivis humor torrefactus ab intemperie viſcerum calidiori; vel μελαγχολικὸς χυμὸς, *melancholicus humor*, iſque prognatus vel à viſcerum ἀντιπεπτώσει *actionis oppoſitione* atque *contrarietate*, vel ab intempeſtiva diæta, cibis craſſis & terrenis, ſale & fumo exſiccatis; vel ab hæmorrhoïdibus menſibùſve intempeſtivè ſuppreſſis, idque maximè, ſi vel corpus otio torpeſcit, vel animus mœrore fractus, aut jugi ſpeculatione defeſſus eſt, tunc enim ſpiritus abſumuntur, remanente craſſamento.

Ducit ſymptomatum agmen turbinoſus flatuum Preſter, ſuſcitatus à retuſo partium calore, ex infimi ventris ſpecubus, ubi congeſtæ materiæ luxuriat & ebullit apparatus. Ex illo namque, *velut è ſubterraneis antris*, ſuggeritur materia flatibus, qui quoquoverſum impulſi, vel luctantur per membranarum interſtitia, vel valvis intercluſi tumultuantur, vel inteſtinis coërciti acriter inſoleſcunt atque βορβορύζει, *murmurant* ſcilicet in Mæandris illorum, Dædali more tortuoſis; ſingulatim autem in fornicatis atque flexuoſis coli cellulis altum tonant. Quòd ſi hiſce carceribus laxantur, vel per os acidi aut nidoroſi eructantur, vel per inferiora ſilentes aut ſonori truduntur, vel ſtrictioribus ambagibus concluſi

cluſi infremunt intra clauſtra atque lumbos diſcerpunt, & immanes pariunt cruciatus nephriticorum æmulos, qui rudioribus imponunt. Infeſtant quoque nefandæ flatuum procellæ floridum hepar, hypochondria tendunt & præcordia divellunt. Ab eodem materiæ fomite volvit ſeſe fumidus vortex per vaſa pérque cæcos partium meatus, & furtim irrepens in ſecretiora adyta, illa vel copia tendit, vel qualitate lancinat. Sic profectò Thoracis alveum ingreſſus dyſpnœam invehit, qua pulmo bronchiis arctatis anhelat, nitendo compreſſas alas expandere. Ex eadem morbi cloaca effumatio nebuloſa in cordis ſinuoſos lares expirat & ſacram pyramidem illam vehementi παλμῷ *palpitatione* concutit, undè is ſaltuoſus & auritus aruſpex vitæ fatum audiens, triplicatis pulſatilis malleoli ictibus, velociùs in capſula ſalit & ſubſultat, ut ægris renuntiet mortem eſſe in procinctu & præ foribus ſtantem, ni remediorum ope repulſam patiatur.

Nondum hîc ſubſiſtit flatuum furor, illi quippe altiùs evecti expatiantur per oris cœlum & palati cameram, inibique, uti in oris toto circunjacente tractu, ſpongioſas glandulas ſalivoſo humore madidas exſiccant; undè, areſcentibus ciſternis atque fontibus ipſis qui fauces ſuo madore proluunt, *Lactantii cibaria ſyringa*, hoc eſt *œſophagus*, & ipſe *ſermonis nuntius*, qui *lingua* eſt, rigari exoptant ut ſitim ſuam compeſcant. Imò ulteriùs provehuntur & Regium conſcendunt αἰσθήσεως *ſenſationis Tribunal*, quod diris doloribus divulſione meningum excruciant. Vel etiam clanculum ſeſe ſubducunt in labyrintheos aurium fornices, & ægros deludunt ſibilo, tinnitu vel fragore, eòque vel illi finitimo qui tonante fulmine è nubis ventre prorumpit, vel illi affini qui editur à torrente dilabenti ex prærupto in declive, quaſi æger citimus eſſet Nili cataractis. Eadem νεφελώδης ἀναθυμίασις *expiratio nebuloſa* ſplendentes animi feneſtras, oculos nempe, offuſa caligine obumbrat, & ipſis adnatam fundam expandit atque ſolvendo dilacerat. Vel intimiùs ſeſe recondit in flexuoſos cerebri ſinus, ubi in turbinem acta δῖνον ἢ σκοτόδινον

vertiginem vel simplicem vel tenebricosam invehit; vel aura sua sontica Herculeum morbum accersit; vel alia infesta qualitate, ἢ κώμαῖ, ἢ παραλύσεως, ἢ σπασμοῦ, ἢ ναρκήσεως, ἢ ὑποπληξίας *vel comatis, vel paralyseos, vel convulsionis, vel torporis, vel apoplexiæ* metum incutit. Aliàs, vel turbulenta insomnia efficit & placidissimam illam animi pacem interturbat, qua corpora duris fessa ministeriis refocillantur; vel mulcibres sensuum ferias prorsus sufturatur & sensibus imperat ut excubent in sensiteriis. Immo sæviori damno mentem solio suo deturbat, & animal illud politicum, ratione duce cæteris imperaturum, spoliat suo jure, & reddit παραλόγου *rationis exors*, atque brutis ipsis animantibus compar. Hinc qui sapiebat supra *Stagiritam*, momento ducitur in *Therſitis* amentiam. Atque sic profectò vel una fuligine tetra mens *Philosophi* & *rustici* opacatur, ac variis visis mendacibus jactatur pro varia temperierum indole. Haud secus ac enim noster animus *vaporoso* vini *tumulo* sepultus, deliriis pulsatur diversis pro cujusque ἰδιοσυγκρασίᾳ; *temperamentô peculiari*; sic meherclè melancholicorum phantasia spectris variis atque variis deluditur, prout a variis vario vivitur vitæ genere. Exinde quidam μισάνθρωπῳ *hominum osor* aut horridas speluncas quæritabat, aut cum feris degebat in sylvis, aut per deserta passim oberrabat. Alius vel Tantalica siti, vel Erisichthonia fame disperiens potum atque cibos refugiebat, reputans, se, de vita migrasse. Alia vitrum & testas pretiosè concluſit in arca, aïens esse armillas, uniones & gemmas, ac aurea monilia, sibi à sponso donata. Aliæ, fanaticæ & ἐνθουσιασμῷ *furorê divinô* afflatæ, fiunt ἐγγαστρίμυθοι *ventriloquæ* aut *ventrê loquentes* & futurorum præsagæ, ut olim *Pythiæ* & *Sibyllæ* fuerunt. Alius, sceptri specie delusus, in omnes sibi arrogabat imperium, & Asiæ Hierarcham sese gloriabatur. Silentio premo πολυθρύλλητον *famigeratissimum* illud Thrasylaï, qui in omnes naves appellentes in Pyræum jus sibi vindicabat. En homo, fors tua! Cur superbis? unicus vapor te dementat; Cacodæmonem foves in præcordiis, qui tuæ dementiæ fautor est, nisi affectus

ctus *ſympathicus* jam tranſierit in *deuteropathicum*.

Nondum calles omnia ſtratagemata quibus te vafra hæc & callida vulpes illudere contendit: Pyram & rogum, ſeu φλόγωσιν *inflammationem* in tuis viſceribus accendit, ubi quaſi Sirius ardet, qui immodico æſtu ποταμὸς τῆς φύσεως ἀνθρωπίνης *humanæ naturæ naturæ flumina*, hoc eſt *venas* & *arterias*, exſiccat. Hinc pulſant arteriæ, *more fidium lyræ*, & geminato diaſtoles atque ſyſtoles ῥυθμῷ *concentû* ſuum celeri paſſu iter emetiuntur, præſertim ſi æger ὀξυθυμίᾳ *iracundia vehementi* & *acuta* incandeſcat, aut meri cyathis ſtabulans fimetum exagitet. Interdum calidior ſanguis ebullit in vaſis, velut in lebete ſuppoſitis prunis, & inibi ſeſe impenſiùs exagitat, inque parietes arterioſos eouſque impetum facit & veluti arietat, donec illos longiùs ſemoverit, atque ſic ampliores ſibi extruxerit ædes, *aneuriſmate* imis in præcordiis facto, integra quandoque pugni magnitudine. Ipſe etiam ventriculus ſucci aliàs purioris officina, nunc ſordet & conſors fit impuritatis; nam lien ipſi contiguus hoſpes, in ejus fundum eructat μοχθηρὸν ἰχῶρα *ſerum pravum* atque *laborioſum*, quod vel vomitu propulſum in gulam præ faucibus angit & ſuffocationem minitatur, atque dentibus αἰμωδίαν *hebetationem* atque *ſtuporem* infert; vel reſtagnando intra ventriculum, σφυροκαμήλιον ipſius robur atterit, & omnes naturalis œconomiæ leges infringit. Interdum verò ab eodem fonte emanant αἱματος θρόμβοι *ſanguinis grumi*, qui per inteſtina devolvuntur, aut per œſophagum viam capeſſunt. Sæpius compactior alvus naturæ negotium faceſſit, propter materiæ molem vel viſcoſam atque tenacem, vel terrenam atque ſtypticam, quæ inteſtinorum ductus vel infercit vel aſtringit. Imò, tumentia hypochondria fiſtulam illam inteſtinalem ſuo compreſſu coarctant, & alvum aſtrictiorem reddunt: Quandoque tamen acrioris humoris appulſus inteſtina ſtimulat, tuncque fæces nulla cunctatione extrudunt. Urina autem, tenuis aut craſſa profluit, prout craſſior materia vel ſubſiſtit in viarum anfractibus, vel aliò deportatur; vel prout etiam

tota,

tota, vel multa, per rivorum ductus patentes, in urinarios angiportus compellitur.

Hic affectus pervicax est atque rebellis & ægros fastidiosa diuturnitate molestissimè fatigat, donec vel sanguis erumpens per sedem, aut per uterum, cum urinis crassis & alvo liquida, mali fomitem extinguat: vel natura, arietino insultu ab imis ad verticem succussata, sese deditione reddat. Ad hujus belluæ expugnationem fortissimi quique Medicinæ Atlantes varias machinas multoties struunt incassum, nam subinde coguntur illi novercanti blandiri & fucum adhibere, ut subdola captione ipsam irretiant atque trucident. Sed sæpius Hydra est, nullâ Herculis clavâ debellanda: Uno ipsi capite exciso, duo Gorgonea renascuntur. Quis Perseus Palladis scuto & Mercurii ense falcato hanc sopitam adorietur? Remediis acerbiùs efferatur; sibi autem relicta superbiùs protervit & insolenter effertur. Proteus est multiplici larva personatus, qui summos frangit summatum Medicorum conatus, & Coam atque Mauritanam manum eludit. Sepia effuso humore atro sese abscondit, ne à piscatoribus irretiatur; ita etiam hic affectus numeroso symptomate quod invehit, perspicacioribus illudit. Uti enim Chamæleon colorem identidem commutat, ita etiam hic larvatus tragœdus personam eandem vix sustinet: Ubi enim perdiu suas sub tyranni atque tortoris persona post siparia tragœdias movit, homicidam demum sese prodit, erubescente Medicorum familia.

Nullus Averruncus hunc profligabit, nisi leonina indutus confugiat ad sacram chalybis anchoram, quæ, *supra Homericum Nepenthes*, pullulans morbi germen evellet, sulphurea portione reserando obstructa & humorum saburram eliminando; in quibus alterô atque alterô totus vertitur curationis cardo, crassis tamen priùs attenuatis, viscidis incisis, glutinosis detersis, viscerum intemperie mitificata, & eorum ἀτονίᾳ *relaxatione* & *infirmitate* propulsata, ut nativus partium calor, *jugo obstruentis materiæ de cervicibus excusso*, expeditus, blandus & vegetus suo imperio submittat hoc Dioclis φυσῶδες τὸ πάθος,

πάθος, hanc ſcilicet *affectionem flatulentam* atque *nubilam*, & ſine nube deinceps ac ſine procella toti leniter affulgeat,

Ergo Affectioni Hypochondriacæ chalybis uſus.

ASSERTIONES.

1. *Anteriores cerebri ventriculi eluendæ duntaxat pituitoſæ colluviei inſerviunt.*

2. *Cor innatat undoſo ſubſterniculo ut minùs gravitet atque liberiùs in capſula ſaliat.*

3. *Venarum cum arteriis frequentes & irruptæ dantur non ſolùm* συνάφεια ϗ συζυγία, contiguitas & combinatio, *ſed &* φιλαδελφία τε ϗ πολυγαμία fraternitas atque conjugium multiplex, *ſeu ingreſſus mutui, quos inoſculationes vocitant.*

4. *Fœtus humanus, uteri tenebricoſo carcere concluſus, urinam excludit non* ourachô *in* allantoïdem, *ſed* ourethrâ *in* amnion.

5 *Cibi uno paſtu comeſti moras eaſdem in ventriculo trahunt nequaquam; ſed liquidiores &* εὔπεπτοι facilis coctionis, *craſſioribus &* δυσπέπτοις difficilibus concoctû *in inteſtina citiùs compelluntur.*

6. *Cæcutiunt plures in lactis ſcaturigine rimanda, quam profitemur à chylo vaſis Pecquetianis ſub claves effuſo, repetendam. eſſe.*

7. *Hydrops non unius intemperiei, nec unius viſceris malè morati ſoboles eſt.*

8. *Colico Pictonum* blanda *cathartica* mochlicis *potiora sunt.*

9. *Ophthalmicis atque cephalalgicis arteriotomia temporalis.*

10. *Pulmonum vulnera, ulcerave, falsò habentur* ἀνίατα sanari nescia.

11. *Gravidis acutè decumbentibus, haud cessat venæ sectio palmare præsidium esse.*

12. *Acutó malignóque morbo Conflictatis intùs Bezoardica, extùs* ἐπισπαστικὰ vesicantia.

PROBLEMATA.

1. *An criticæ tempestates Lunaticæ?*

2. *An climactericus annus in loco & numero habendus?*

3. *An philtris propinetur amor?*

4. *An nullis in scroto pendulis testiculis, sit impotentiæ mas accusandus?*

5. *An somno citior consummatiorque chylosis?*

6. *An frigus à pasta calorem vegetum denotet, qui extima deserat, ut in intima & in ollam coquinariam sese recipiat?*

7. *An variolæ morbillique prisci sint ævi? inque unicum menstruale inquinamentum refundenda?*

8. *An paralysi, arthritidi, cataractæ, asciti, anasarcæ, ptyalismus?*

9. *An ischuriæ, ab inflammato ourethrae musculo, vesicæ in perinæo paracentesis?*

10.

10. *An renali calculo immani* νεφροτομία renum inciſio?

11. *An Dyſenteriæ purgatio frequens?*

12. *An hydropi ſudorifica?*

13. *An choleræ morbo venæ ſectio?*

14. *Ac gravidæ picanti expetita concedenda?*

15. *An Febri malignæ erumpentibus exanthematis venæ ſectio?*

16. *An hæmorrhagiæ propter ſanguinem in variolis æſtuoſum venæ ſectio? An refrigerantia & repellentia naribus, fronti, collo, nuchæ, dorſo, lumbis atque ſcroto? An intus contemperantia incraſſantiaque? An verò calefacientia & attenuantia, quæ ſale ſubtili plurimo dotata ſint?*

17. *An fluentibus menſtruis immodicis, ſeptimeſtri, octimeſtri vel nonimeſtri gravidæ, Chirurgia fœtus extrahendus?*

18. *An placenta inhærente pertinaciter in utero, fluentibus verò lochiis ſupra modum, venæ ſectio in talo? An balneum? An refrigerantia &* ἴσχαιμα ſanguinem cohibentia; *An verò ſecundinas exturbantia? An demum* τ ὑστέρων ſecundinarum *induſtria atque ſolers digitis amolitio?*

19. *An pleuriticae puerperae baſilica ſecanda:*

20. *An otalgiae, odontalgiae, ſuffuſioni & cuivis rebellanti catarrho vel ſetaceum, vel cauſticum potentiale* ἐν τῷ ἰνίῳ in nuchâ?

21. *An Epilepticis trimis, quadrimis & ſuper illam aetatem conſtitutis pyroticum* bregmati *ſive* fontanellæ?

22. *An aurae ſonticae articulari, cauſticum vel actuale vel potentiale laboranti inurendum articulo?*

23. *An vel Epilepticae, vel Dyſentericae meliùs degant menſtruis appetentibus, fluentibuſve?*

24. *An incluſis pectore flatibus, vel ſero,* παρακέντησις compunctio *vel* perterebratio? *Et rurſum, an illa ſit vel in ſterno, vel in coſtis, vel in muſculis adminiſtranda?*

PARADOXA.

1. *Ignis refrigerat.*

2. *Aqua calefacit.*

3. *Morbus eſt Sanitas.*

4. *Morbus nullus, ſymptomave nullum, affectiones ſunt praeter naturam.*

5. *Morbum non curare ſatiùs eſt quàm curare.*

6. *Falſò perhibentur eſſe morborum genera tria, unicum enim revera datur.*

7. *Dantur filii ante Parentes.*

8. *Nec ſolus oculus, nec auris ſola, vel videt vel audit.*

9. *Duplex aliud praeter linguam & linguae partes, guſtûs organum datur.*

10. *Qui multum comedere habet in optatis, parum comedat oportet.*

11. *Virgineus flos delibatus atque decerptus, poſtliminio redivivus floret.*

12. *Attenuantia incraſſant fluxioneſque cohibent.*

13. *Nec ſanguis* ἄποιος inſipidus, inſulſuſve, *nec pituita dulcis, nec ſerum ſalſum, nec bilis amara, ſunt.*

14. *Congeniti nobis inſunt humores, nullo unquam aevo ad fluendum nati aptique.*

15. *Duorum aequalium eodem minuto naſcentium, alter altero, breves intra menſes, aetate provectior evadere potis eſt.*

16. *Plures nuſquam nati, ſunt tamen* διςαφέες bis ſepulti.

17. *Prae tumore abdominis, medius homo & crepare & ſuperſtes eſſe poteſt.*

18. *Nec arthriticis articuli, nec colicoſis inteſtina, renes, ventriculus vel uterus, nec otalgicis aures, nec odontalgicis dentes, dolent.*

19. *Altero crure, alterove brachio mutili, artu deficiente, mentis licèt perbellè compotes, ſaepius dolent.*

20. *Quidam dolent & dolorem minimè ſentiunt; quidam verò non dolent & nihilo ſecius dolore tanguntur.*

21. *Laſſitudinem ſolvit labor, utì diarrhœa diarrhœam ſiſtit, atque vomitus vomitum ſedat, ambuſtioque ambuſtionem lenit atque perſanat.*

22. *Cerebrum maximam ſui partem, non* medullaris *ſed* fibroſa *congeries eſt. Fibrarum autem illarum arctior* συμπλοκὴ implicatio *Hippocrateum* τὸ ἰνίον *conſtituit; ab illa quippe fibrarum compactione filamenta nervorum* (non verò medullare corpus, utì fertur) *deducuntur & exporriguntur.*

23. *Falſo ferunt* unicum *in vitam ingreſſum, ſed e vita egreſſus* mille *dari: multifariam enim naſcimur, & bifariam duntaxat morimur. Latum naſcen-*

di genus his anguſtis ſententiis haud capitur: Unam autem & alteram è vita migrationem is tenet, qui mecum tenet nuſquam eſſe mortalibus viam lethi calcandam niſi per aquam & ignem.

24 *Non ſolus Æſculapius Hippolitum ab inferis revocare potis eſt, ſed & genuini quivis ac induſtrii* οἱ τ' Ἰατρῶν παῖδες Medicorum filii, *Arte ſua* (quæ à quo omnis medela) *quoſdam à morte vindicare queunt.*

Iſtarum Poſitionum veritatem, ſub Altiſſimi Praeſidio, propugnare contendet CAROLUS DRELINCURTIUS Medicinae Licentiatus, Diſputantibus Cancellario Ampliſſimo, Decano Venerando, Profeſſoribus Regiis Illuſtriſſimis, Doctoribus Aggregatis Solidiſſimis, Doctoribus cœteris Clariſſimis, Licentiatis Eruditiſſ. Scholarum Conſiliariis Prudentiſſ. Baccalaureis Meritiſſ. Φιλιάτροις *demum Ornatiſſimis, & quibuslibet aliis Univerſitatis Almae Spectatiſſimis Membris;*

In Illuſtri Monſpelienſium
Medicorum Athenæo:
Diebus proximis Lunae, Martis atque Mercurii; horis octava atque ſecunda, matutinis atque pomeridianis.

Ad

AD

D. CAROLUM DRELINCURTIUM

In ejus Paradoxum quartum viſceſimum.

Dum mediis mortis, revocas è faucibus ægros,
Mortalem famam, non finis eſſe Tibi.
Perge, agedum, pugna, expugna, penitúſque domandis;
Natum Te morbis, omnibus eſſe proba.
Quid tamen *edomita*, vincendum *morte* ſuperſit,
Non video; niſi *Te*, Tu *ſuperare* queas.

Hæc in amoris & obſervantiæ teſſeram appoſui CAROLUS BARBEYRAC, Gallo-Provincialis, Doctor Medicus Monſpelienſis, nec-non pro Suggeſtu Profeſſorali Medico inſcriptus Agoniſta.

AD

AD

EUNDEM.

In ejus Paradoxa.

QUid nova pervigili quæris *Paradoxa* labore?
Unum in Te, reliquis majus, ineſſe patet.
Nam tua divinum, *prudentia* mira *ſenilis*,
In *juvene* oſtendit, poſt ſua fata *ſenem*.

Hoc poſui in perpetuum
amoris monumen-
tum,

D. GALTIER, Juris
utriuſque Doctor.

AD

AD EUNDEM

In ejus Epiſtolam

NUNCUPATORIAM.

Principis à Medico, & Medicorum à Principe famam,
Jure operis captas, præſidiumque Tui.
Et meritò gaudes, illi confidere, cujus
Pendet ab Arte ſalus, Regis & Imperii.
Metiri ex clypeo vires, fas eſſe putarem,
Ni mihi nota foret, vis aliunde Tua,
Conſtat enim *nullum*, ingenii Te robore & Artis
Vincere, vix *paucos*, viribus eſſe pares.

Hoc poſui æternum amicitiæ monumentum JOHANNES GAILHARD, Fuxenſis, Doctor Medicus Monſpelienſis, nec-non pro Medico Munere Profeſſorio inſcriptus Athleta.

PRO

D. CAROLO DRELINCURTIO,

Naſcente morborum Hercule.

Sugite vivificos, Mortales, ſugite ſuccos,
Ubera dum vitæ ſtringit amica manus:
Ponite jam curas, Medici, micat alter *Apollo*
Terrigenis, leges, fata ſubire facit.
Herculeis portenta cadunt, compreſſa *lacertis*.
Quæ abſtulerant toties corpora, quaſſa ruunt.
Surgit & *optatae*, vix natus præmia *vitae*
Largitur, creſcens, munera *quanta* dabit?

Hæc petiit veritas, hæc dedit ſinceritas, NOEMUS VALLANT, Burgenſis, Monſpeſſulanus Medicinæ Doctor.

In Agonem
Pluſquàm Capitolinum, pro *Agoniſmate*
Apollineo,
Agonalibus ſubeundum,
à Clariſſimo Philoſopho ac Medico
peritiſſimo,

CAROLO DRELINCURTIO,

Pariſino,
Coryco invictiſſimo,
EPIGRAMMA ὀκτάστιχον.

CAROLO Altipotens conceſſit aurea dona,
Digna *Drelincurtio*, quicquid in Orbe micat:
In mundo mundus, quid te fœlicius unquam,
Sequana Gens genuit, publicus Orbis amor?
Juno, Minerva, Venus, Peitho, Pater, Hermes, Apollo,
Juncta manu genito? caſta Diana favet:
Læta Venus, lætum perfuſum *gaudio* vultum,
Adjecit *lepidos* mellea Suada *ſonos*.

ALIUD,

Ejuſdem in eundem, Sapphicum.

Monſpeli πόλις genitrix *medelâ*,
Virginum *formâ*; Juvenùmque *Marte*
Clara: cui *Liber* favet, & relictis
Pallas Athenis.

Ubi nunc Phœbe, Venus, & Diana
Pulchra, tu polles *Polyclete*, Μύρων,
Carolo tamen meliùs, quid unquam
Pinxit Apelles?

Tu verò ſplendes, *Pariſina* proles;
Lenis & *conſtans* animo; quod omnis,
Téque jam, totus populíque cœtus,
Æquat Olympo.

ALIUD,

ALIUD,

Ejuſdem in eundem

ΕΞΑΣΤΙΚΟΝ ANAGRAMMA.

CAROLUS DRELINCURTIUS.

DULCIS ET CARIOR NULLUS.

Cui *nitor* in vultu, geſtu *decor*, ore *venuſtas*,
Arſque manu, verbis *gratia*, mente *vigor*:
Gloria prima Patris, DULCIS NEC CARIOR ULLUS,
Nectariae Superûm, *ambroſiaeque* Deûm.
In quo reſplendent *Arabes*, *Graïique*, *Galenus*;
Hippocrates, Artem diceret eſſe brevem.
Hæc Tuis factis debuit, deditque
DUNÆUS, Scotus, GULIELMO gaudens,
Ut tuum nomen celebret per omnes
SCOTO-BRITANNOS.

CAROLI DRELINCURTII

MEDICINÆ LICENTIATI

ACTUS INAUGURALES.

Ἐὰν δὲ καὶ ἀθλῇ τις, οὐ

ΣΤΕΦΑΝΟΥ͂ΤΑΙ

ἐὰν μὴ νομίμως ἀθλήσῃ.

Quòd ſi certet etiam aliquis, non CORONATUR niſi legitimè certaverit. II. Tim. II. 5.

Triduanis Diſputationibus defunctus τὸν βραβεῖον *ſive* Lauream Apollinarem mihi donaturum Patrem *Clariſſimum Virum elegi D. D.* Simeonem Curtaudum, *Univerſitatis Decanum Reverendum, qui poſt harmonicum in Aula Regia majore fidibus præludium, magno Coronæ frequentis applauſu gravem & elaboratam Orationem habuit.*

Illo perorante, ſcienter rurſum pulſatæ fides cuncti conceſſûs animos priùs intentos laxarunt. Poſt illam præluſionem alteram, Parens meus Venerandus Doctorum inſignia in me LICENTIATUM, (qui virilem togam in Capitolini Jovis templo Baccalaureandus

dus jam olim ſumſeram) *contulit. Byrretho ſive cucullo quadrato, apice ſerico flammeo rutilante, verticem meum exornavit? Lumbos meos aurea Zona præcinxit; in Suggeſtú Doctorali me locavit; Fatidica, quæ mihi modò clauſerat Oracula Coa, Pythiis Delphicis longè potiora, mihi pandit; Dexteræ meæ Medicum, qui Medicinam ſibi deſpondebat, aureo incluſit annulo gemmato; ſolennitatem clauſerunt* PACIS OSCULUM ET BENEDICTIO PATERNA. *Plauſit Corona, & fidicines luſerunt. Fidium concentu mentibus recreatis, mihi Doctori creato, tótque inſignibus illis redimito, incubuit Orandum. Iſtam profectò meam Orationem tineis & blattis lubens devoviſſem, niſi ab Apollinari Obſervando Parente meo, nec non ab Ampliſſimo Univerſitatis Cancellario in mandatis habuiſſem, illam ut eandem,* quam ſuis elogiis palàm proſequi dignabantur, *emitterem. Fugiſſem aliàs faſtidioſo huic ſeculo rei adeò tenuis & inopis ſcriptione ac editione faſtidium vel minimum creaſſe. Ne itaque meos apud Colendiſſimos Præceptores refractarius & ἰδιογνώμων* propoſiti tenax *malè audirem, illorum judicio ſteti, ipſiſque morem geſſi. Si pagina diſplicet, injuriam Tibi factam flammis ulciſcitor.*

Oratione clauſâ, Deo primùm Ter Opt. Max. & toti deinceps Celeberrimo Virorum Conventui gratias egi quantas potui maximas, majores etiam habiturus. Coronanti Patri, Laureatóque Filio plauſus multiplex datus eſt; fides ipſæ ſuo concentu plauſerunt. Purpuratus ſurrexit Conſeſſus, méque honoriſicè, *meum inter honorandum Laurás Datorem, Ampliſſi-*

mum-

múmque Cancellarium purpurissatos, medium collocatum, *ad fidium harmoniam, Illustri subsequente Tyriis togis amictorum Professorum Collegio, frequentique Clarissimorum Togatorum, nec-non omnis generis atque ordinis Virûm comitatu; Licentiatorum denique & Baccalaureorum atque Studiosorum magnâ comitante catervâ*, domum deduxerunt. *Atque sic Doctoratûs mei gloria transiit.* Vanitas, Vanitatum, omnia Vanitas, *Ecclesiastæ c. 1. vers. 2.*

CA-

CAROLI DRELINCURTII

ORATIO

DOCTORALIS

MONSPESSULA,

QUA

Medicos, jugi Dei Operum consideratione atque contemplatione permotos, *cæteris Hominibus*

Religioni astrictiores esse demonstratur;

atque adeò,

Impietatis crimen in ipsos jactatum diluitur atque propulsatur.

Νικᾷ γὰρ ἀεὶ Διαβολὴ τὰ

κρείττονα.

Vincit enim ſemper Calumnia

præſtantiora.

MENANDER.

CAROLI DRELINCURTII

DOCTORALIS

ORATIO,

QUA

Medicis, ex quotidianis Mirabilium Dei contuitu atque ruminatione, *preßius quàm Hominibus aliis pietatis argumentum eſſe luculenter evincitur*; *ſimulque gravis Atheiſmi contumelia*, ipſis imponunt,

SUPER INFEROS RELEGATUR.

Πονηρὸν, ὦ Ἄνδρες Γενναιότατοι, πονηρὸν ὁ συκοφάντης ἀεὶ, καὶ πανταχόθεν βάσκανον καὶ φιλαίτιον, *Malum, ô Viri Præclari atque Generoſiſſimi, malum ſycophanta ſemper & undique*

invidiosum atque criminosum, inquit Demosthenes Oratione de coronâ. Illi protectò sententiæ Athenienſium Oratorum Coryphæi Lucianus adſtipulatur, dum calumniæ parentem eſſe profitetur livorem ipſum, qui maledico venenatoque dente viros inſontes & probos atque honoratos, ſibi paſſim obvios, rabioſè atque furialiter proſcindit. Nec mirum tantam eſſe livoris atque calumniæ nequitiam, ὁ φθόνος γὰρ ἐστι κάκιστον *Invidentia quippe peſſimum eſt*, inquit. Epigrammatum auctor; καὶ τῇ Διαβολῇ κακοήθερον οὐδέν ἐστι *& ipsâ calumniâ nequius eſt nihil*, ut Menander habet. Calumnia ſiquidem malignè mordet, morſuſque gladio quovis ancipiti nocentiores, *ut ait Thearidas*, ſuis invidioſis ac odioſis infert. Imò tantâ noxâ ſunt illi rabidi venenatique calumniæ dentes, ut illorum plagæ, *Ariſtophanis calculô*, cenſendæ ſint exitiales. Nec ab illa mente profana digitum tranſverſum, aut unguem latum excedit Sapientum Sapientiſſimus Sacerque Paræmiographus; Illi quippe calumnia, gladius atque jaculum eſt mortiferè fauciantia. Ne igitur plagas uſque adeò luculentas efferari ſinamus, VERITATEM candidi providique veſtros ante oculos ſtatuemus, & vulneribus illa, *Medicorum Choro graviter infictis*, tutam, citam & jucundam curationem eſt adhibitura. Etenim, ſi ſecùs nobis uſu veniret, vulnera noſtra tanta in ulcus tandem ἑρπυστικόν τε καὶ κακοήθες *ſerpens atque malignum* facilè degenerarent. Falſum enim veneficumque probrum citò diffunditur, citoque perimit, dum quippe ab alterius ore in alius ora vagatur, virus acrius atque acrius, *ac proin lethiferum*, contrahit.

Quum igitur candidi hujuſce Diei celebritas Religioſo Medicorum Corpori memet inſeverit, civili actione & honorariâ eniti atque contendere quàm maximè devincior, ut crimen illud *impietatis & Atheiſmi*, quod in Medicos intendunt elevem atque diſſolvam. Medicos igitur poſiturus ſum in medio ab illo crimine nefando tam alienos, quàm qui alieniſſimi ſunt, tantùm abeſt ut, *impietate vel Atheiſmo ſuis*, ipſo

ipso Diabolo sint nequiores τὰ γὰρ δαιμόνια πιστεύουσιν ὅτι ὁ θεὸς εἷς ἐστι, καὶ φρίσσουσι *Dæmonio siquidem Deum unum esse credunt, atque contremiscunt.* Infandum ergo crimen, quod in tenebrarum Angelos nequidem transferri potest, nequaquam profectò Medicis inferendum est; illorum enim, vel præ cœteris hominibus, *religiosus cultus est, purus & sanctus coram Deo Patre.* Illius ergo criminis, *diabolicò multùm atrocioris*, repulsorem me geram, & VERITATEM in apricum proferam, quæ execrandum probrum illud in Medicos jactatum coërceat atque reprimat: aliàs serpentinæ linguæ, *Noctis Erebique genuina soboles*, virus illud damnosius atque damnosius rabidè atque furenter in sacratum & ab ipso Deo constitutum Medicorum Ordinem jugiter effunderent. Scopum meum si attigero, oderit deinceps profanum & impium vulgus, *illius Artis*, quam Altissimus creavit, *Doctores, ceu irreligiosos & Atheos traducere.* Medicorum ergo *pietatem* sive *justitiam adversus Deum* ut sartam tectamque conservemus, quæ talo firmissimo stet apud OMNEIS. Vobis (*Auditores Clarissimi, atque rerum æstimatores æquissimi*) non projiciemus ampullas & sesquipedalia verba; nec futilem Vobis *cantionem* canemus *Agathoniam*, sed rerum ipsa graviora momenta sectabimur, ut si qua credulitas, *in Medicos injuriosa*, vestras in menteis obrepserit, illius idea vestris ab animis penitus obliteretur.

QUAMDIU hisce corporis compagibus terrenis irretiti animalem trahimus auram, tamdiu Summi rerum omnium Creatoris ESSENTIAM intueri nostræ mentis vetat densa caligo: *Deus* enim, qui *lucem omni luce clariorem incolit, ad quam nullus patet aditus*, nunquam per seipsum hominibus sese manifestat; dixit quippe Mosi Exod. 33°. *non posses videre faciem meam, propterea quòd mortalium nullus me potest contueri & vivere.* Unâ igitur revelatione exceptâ, omnis quæ de Deo habetur cognitio, non *à priori* ut loquuntur Scholæ, sed *à posteriori* sive *ab affectis* petenda venit; prout id ipsum eodem loci apud Mosem testatum reliquit Jehova, *videbis posteriora*

mea, facies autem mea videri non poteſt; hoc eſt, intueberis & contemplaberis opera mea, quibus innoteſcam tibi, nam *quod de Deo cognoſci poteſt, manifeſtum eſt in ipſis: Deus enim illis manifeſtum fecit: nam inviſibilia Dei jam indè à jactis mundi fundamentis, ex iis quæ fecit mente perpenſa videntur, æterna videlicet ejus tum potentia tum Divinitas.* Hinc Tullius Divino quaſi ſpiritu afflatus verè ſcripſit, *Deum etſi non videmus, tamen agnoſcimus ex operibus ejus:* paſſim enim Deum profitetur *mundum ædificaſſe*, & *mundi* vocat *effectorem atque molitorem*, vel, ut cum Platone in Timæo loquatur, *Deum* nuncupat *opificem ædificatorémque mundi. Quis eſt* autem, inquit alibi Oratorum ille ſummus, *tam vecors qui cùm ſuſpexerit in cœlos, Deum eſſe non ſentiat?* Sic rurſum alibi Divinitatem ſpirantia hæc verba protulit, *eſſe præſtantem aliquam æternàmque Naturam & eam ſuſpiciendam admirandamque hominum generi*, PULCHRITUDO MUNDI ORDOQUE RERUM COELESTIUM COGIT CONFITERI. Nullum quippe mixtum reperire eſt in rerum naturâ, quod non ſit impreſſum Divinitatis characteribus, quod Dei digitum non oſtentet, quod imaginem Dei non referat, quod Dei non ſit τὸ ἐκμαγεῖον *expreſſum exemplar*, quod radiatum Divinitate non ſplendeſcat, uno verbo, quod potentiam ſupremam, ſapientiam altiſſimam, & bonitatem immenſam non ſapiat. Nec Plato duntaxat atque Tullius *Divinum ſpiritum & præſtantem æternàmque Naturam mundi procreatricem, quæ cœlum atque terras tueatur & regat*, ſive ut alibi loquuntur, *mentem quamdam ſolutam & liberam ſegregatàmque ab omni concretione mortali, omnia ſentientem & moventem, ipſàmque præditam motu ſempiterno* agnoverunt, ſed & reliqui Pagani mentem illam *mundi effectricem atque rectricem* extollunt, & παναρμόιον *omnifariam rerum omnium mixtionem* vocitant, per univerſum terrarum orbem diſperſam, quæ rerum omnium ſit *principium univerſale*, quod omnia moveat, omnia fermentet, omnia fœcundet,

Spiritus intus alit, totàmque infuſa per artus,
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.

No-

Noſtro pariter *Galeno*, DEUS *Mens eſt admirabili virtute prædita, quæ omnia pervadit & omnia operatur:* quæ profectò *Galenica* mens eadem eſt cum illâ RATIONE DIVINA, quam *Platonici* rentur toti mundo infuſam eſſe, quámque τὴν Διάνοιαν *Intelligentiam* nuncupant. Stoici verò eandem illam *vim intelligentem*, ad Theologos noſtros aptè & accommodatè, τὴν Πρόνοιαν *Providentiam* eſſe profitentur. Ab aliis demum *Providentia illa*, quæ toti terrarum Orbi creando, movendo atque regendo præeſt, pro *Naturâ Univerſi* habetur, atque adeò *Natura Naturans* ab ipſis celebratur, ídque perappoſitè profectò ad *Hippocratis* mentem, qui Naturam illam *à Diis ordinatam* atque *optimo conſtitutam ordine* his verbis agnoſcit, Φύσιν πάντες θεοὶ διεκόσμησαν: *Eruditam* inſuper illam & à *nemine doctam* paſſim admiratur & paſſim extollit: *quæ tamen ſubſtantia ſit Naturæ illius, quæ nos finxit & gubernat*, ut poſt Gal. 5°. de Placitis Philoſophorum id notem, *non auſus eſt pronunciare* Hippocrates, ſed NOSTRÆ CREATIONIS AUCTOREM, NATURAM appellat. Non igitur *Athei Medici*, dum NATURÆ tribuunt OMNIA, ſiquidem per *Naturam* aliud nihil volunt, quàm, vel *Deum* IPSUM Ter Opt. Max. vel ejuſdem Dei *potentiam ordinariam* rebus creatis inditam, ſive ſingulorum *Entium vires* atque *facultates*, quas etiam *Naturæ* nomenclaturâ dignantur; *Naturam* enim dicunt *ignis*, *naturam aquæ*, *naturam vegetantium* &c. Hanc autem, *Naturam Naturatam* ſive *Individuatam* vocitant, illamque *Naturæ* alteri ſupremæque, quam *Univerſalem* & *Naturantem* diximus eſſe, ſubordinatam confitentur. Ὕπαγε ὀπίσω Σατανᾶ *Apage igitur Satana*, qui *Medicos* calumniaris *Atheos*, dum ſanitatem & morbum, atque uno verbo, rerum omnium ortus & occaſus, in *Naturam* refundunt, ſiquidem *Naturæ* vocabulo *Deus ipſe*, *ejúſque potentia rebus infuſa* apud illos cordatos pioſque intelligenda venit. Hinc acceptiſſimum eſt illis Paganorum iſtud lemma, JOVIS OMNIA PLENA, vel, ut ſingulatim cum *Thalete mileſio* dicam, DEORUM OMNIA PLENA SUNT: Deus enim Verus & Unicus, qui animus eſt,

eſt, Nobis præcipuè Medicis pura mente colendus, *immenſitate ac potentiâ ſuis* omnia replet, omnia tenet, omnia occupat, qui idem omnia regit, utì omnia creat. Hunc certè Deum *omnis bonæ donationis Auctorem* obſervantes ipſi Pagani, nihil dixerunt, feceruntve, niſi priùs JOVEM ſuum teſtati ſint; illis quippe JUPITER erat totius humani generis vere *Juvans Pater*, & omnium denique rerum, quæ *Naturâ* Medici volunt *adminiſtrari*, ſeminator & ſator, atque ut ita dicam, educator & altor. *Noſtrum* igitur, contemplandorum Jovis Operum, *initium* ſit *à Jove*: Illa enim *Jovis* opera tanta, *ſpecula ſunt & demonſtrationes rerum inviſibilium*, non modò Gentium Doctori, ſed & omnibus hominum filiis, *Nulla* quippe *gens tam fera*, Tullio ſcriptore, *nemo omnium tam immanis eſt, cujus mentem non imbuerit Deorum opinio.* Imò apud Tullium eundem, *Deorum notionem in hominum animis impreſſit ipſa Natura:* Et Philoſophus Cleanthes *quatuor modos adducit, quibus formatas in animis hominum putat Deorum eſſe notiones.* Si igitur homines ſinguli ex operibus Univerſi Magnificis atque Præclaris, cum ipſum mundum, cùm ejus membra, cœlum, terras, maria, cúmque horum inſignia, ſolem, lunam, ſtellaſque vident, cumque temporum maturitates, mutationes, viciſſitudineſque cognoſcunt, ſecum reputant aliquam excellentem eſſe, præſtantemque naturam, quæ hæc faciat, moveat, regat, gubernet; conſequens eſt profectò Medicos Deum agnoſcere, Deum timêre, Deum venerari: Nulli enim homines concretis hiſce atque caducis contemplandis intenti, animo cùm excelſiori, tum attentiori, Dei opera rimantur atque ſuſpiciunt quàm Medici: Illi quippe, non ſolùm univerſali quodam, cum aliis hominibus, mentis impetu in naturalem (*ſi modò fas eſt ſic eloqui*) Dei librum inſpiciunt, ſed & eundem ſæpius explicant & manu volvunt nocturnâ, verſantque diurnâ. Hi ſiquidem præ coeteris Philoſophantibus ſedulo intentòque animo tollunt ad ſidera vultus, & cœlos *Dei thronum* venerantur, univerſoſque cœleſtes globos, *qui Dei fortis gloriam enarrant*, animo contento re-

recolunt, & illorum artificem atque conditorem ſuſpiciunt & ore cordéque filios inter hominum celebrant. Nec generatim & perfunctoriè hunc infimum Orbem atque caduca hæc terrenàque univerſa, quæ mundus ſuo complexu coërcet, ſpeculantur, ſed ſpeciatim & ex profeſſo, animìque contentione magnâ in Opera Dei ſingula ſingulariter inquirunt, & ab illis tot & tantis tamque ſtupendis Dei mirificiſſimis operibus in admirationem traducti, Summum illum rerum omnium Opificem religioſè colunt & obſervant. Tanta enim iſthæc opera Dei ſi Paganorum mentibus occæcatis affulſerunt & etiam nunc affulgent, quantis quæſo radiis in hoc ſcientiarum omnium meridie Nobis Medicis refulgebunt, Noſque manu veluti deducent ad Unius Dei Veri notitiam. Id autem eò confidentiùs dixerim, quòd non duntaxat Artes ſeculorum lapſu incrementa nova capeſſunt, ſed & *Deorum cultus religionúmque* SANCTITATES, ut loquitur Tullius, *in noſtro populo & cæteris, exiſtunt indies* MAJORES *atque* MELIORES. Quantò igitur à Tullianis tot retrò ſeculis, *Major* atque *Melior* Medicorum eſt habenda Religio: ab illis enim temporibus, Nos in tenebris & umbra mortis poſitos viſit Oriens ex alto, Nobiſque *lux illa Vera, quæ omnem illuminat hominem, qui venit in mundum*, efficienter præfulſit, ut *cum ſanctitate & juſtitiâ in ipſius conſpectu, ſingulis vitæ noſtræ diebus ipſi ſerviamus.* Medici præterea mentis impulſu minimè vago ſecum revolvunt, quàm benignè atque peramanter *paſſus ſit Deus nunquam ſe expertem eſſe teſtimonii erga homines, ipſis bona tribuendo, atque etiam omnibus dando vitam & halitum & omnia.* Immo, majoribus ingenii ſui viribus & acriore cura ſuam Artem τῶν πασῶν τλῶ ὄπφανεςάτλω *omnium ſplendidiſſimam* cum excolunt, totius Naturæ penetralia (*ut ſic dicam*) ſubeunt. *Medicina* quippe, *præ Diſciplinis omnibus*, tantâ rerum cognitione præcellit, ut omnium quæ mundus ſuis terminat polis naturam atque vires ſolerter rimetur & aſſequatur. Non ſolùm enim, quæ in extimâ telluris ſuperficie conſiſtunt ſummo ingenio perveſtigant Medici,

ſed & intentâ cogitatione ſuâ intimiùs defixâ, terræ viſcera rimantur, quæque pretioſiora ſinu ſuo complectitur & fovet, ſagaces ſcrutantur, & ſuos in uſus, *gratô in Deum animô*, eruunt. Stirpiumque vires innumeras indagant, & reconditiores vegetantium theſauros recludunt, illoſque, *in Dei gloriam*, præ hominum oculis explicant: atque ſic evolvunt abſtruſa & myſticæ Naturæ Sacra, *velo priùs tecta involutaque*, retegunt & expandunt, quò Deum ſuum celebrent impenſiùs.

Mineralia, metalla, metallica, *quæ ſuis alma tellus viſceribus coërcet & alit*, effodiunt, & ad ſua commoda adque Dei laudes, tempeſtivè traducunt. Quæcunque inſuper ex patefactis terræ faucibus eruuntur, acerrimâ contuentur oculorum acie & animi ſui contentione validâ, vires ipſis inditas à Deo, experientiâ duce perquirunt, explorant, conſequuntur, & propter ſalubriter experta ſempiternæ gloriæ Deum ſuum commendant.

Aquarum præterea voragines atque gurgites ſubeunt, vaſtum æquor arant, & altum pelagus bolide jactâ ſæpius explorant, profundiſſimam ejus abyſſum agnoſcunt, & in iſthæc altiſſima penitus ſeſe demergunt, ut plurima promant exinde valetudinis ſuæ cùm integræ atque proſperæ præſidia firma, tùm imprimis adverſæ ſalutifera pharmaca.

Quicquid igitur cœlorum convexis ambitur; quicquid terram & mare frequentat; quicquid cœlum & ſolum incolit; quicquid æthereas volitat per auras; quicquid alto ſub æquore ludit; quicquid Eleuſinæ matris gremio fovetur; quicquid Æoli regnum habet; quicquid Neptuni thronum veneratur; atque ut brevibus dicam, quicquid Lunæ convexa tuetur, ſive gradiendo, ſive rependo, ſive ſerpendo, ſive fodiendo terram inhabitet; ſive volando aſſurgat in auras & præpetibus pennis audeat ſe credere cœlo; ſive etiam natando & ludendo ſalum incolat, id univerſum utì *Medicæ Ditionis* eſt, ita & *Medicæ Pietatis* eſt in Deum. Sed ut animi Juvenilis impetû in id ipſum *Medicæ Pietatis* argumentum

la-

latiùs atque latiùs memet diffundam, en rursum omnia, quæ prona spectant animalia terram, atque imprimis, quæ

—— *balatu replent & crebris mugitibus amnes:*

Omnis item anguinea proles, quæ flexu sinuoso elabitur, quæque in spiram tractu se colligit,

Arrectisque horret squammis, & sibilat ore:

Florilegæ itidem atque mellificæ cohortes, ut & insectorum examina stridula, muta, volantia, repentia, omnigena; atque adeò animantum copia exos & exanguis, nec non exiguus mus, qui sub terris ponit domus, atque horrea facit: Oculis demum capti, qui sibi fodiunt cubilia talpæ: uno verbo,

—— *quæ plurima terræ*
Monstra ferunt,

opportunam Medicis Deum extollendi præbent ansam. Omne præterea GENUS ÆQUOREUM, sive

—— *maris immensa proles, & genus omne natantum;*
Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore Pontus;

Quicquid item cœlum pererrat, pérque illud

—— *ludit stridentibus alis*,

&

—— *blandis concentibus aëra mulcet*;

hoc est, dulcisona isthæc atque symphoniaca, quæ

—— *multa in sylvis avium se millia condunt*,

atque passim viatorem recreant, dum

Suavem concentum resonis è frondibus edunt;

uti suis concentibus illis Dei gloriam extollunt, ita Medicos & instigant ut symphoniâ suâ Deum suum certatim collaudent.

QUICQUID insuper vegetantium familiæ vel homini, vel brutis animantibus largiuntur; *quicquid* scilicet animatum affigitur humo, hoc est, QUICQUID sylvarum fruticùmque viret, *quicquid* florum sternit humum, *quicquid* fructuum telluris incolas pascit; QUICQUID virenti gramine circunvestit

terræ globum; *quicquid* florigenis naſcitur in hortis; *quicquid omnis ager*, *quicquid omnis parturit arbos*; QUICQUID terræ ſphæram vivo cæſpite donat; *quicquid apes æſtate novâ, per florea rura* delectat & alit; *quicquid* arborei fœtûs tellus habet; ſive etiam

—— *quæ injuſſa viresçunt Gramina*,

Nux ipſa juglans, quæ ſeſe plurima in ſylvis *induit in florem, & ramos curvat olentes*, utì etiam quæ

—— *cana leguntur*, *tenerâ lanugine mala*;

Id omne profecto ſub Medicam ſpeculationem cadit atque Medicis ſolidiſſima præbet laudandi Deum argumenta.

Nec iſthæc duntaxat utriuſque generis ANIMATA Medicæ ſunt contemplationis, ſed quicquid etiam alma parens tellus ſinu ſuo fovet INANIMUM, quod fabriles & omnigenos hominum venit in uſus, quod Chymicæ gentis idolum eſt, quod ægrorum triclinia atque grabatos ſubit, quod *benedictum* nomen præ ſe fert, quod panaceam ſeſe mentitur, quod *vitæ* longævæ faſtoſo titulo ſuperbit, quod pollicitis eſt dives, re autem & effectis inane atque caſſum, quod ægrotantem emungit argento, ſed curantis loculos implet, quod potabile, ſeu potiùs putabile, vel, *ne Oſcè & Volſcè id dixerim*, *ſed cum Tullio loquar*, quod opinabile eſt, ſed quod interim celebratur ab Agyrtarum ſubdolâ & verſipelli gente tanquam ex ipſis *Juventæ* fontibus hauſtum, atque adeò commendatur, tanquam pote foret ætatem homini, *ut* aquilæ, renovare; quod aſſumentem præ faſtidio in lipothymiam præcipitat, ſed milvinis aut aquilinis ungulis id rapiens corculum lætificat avarum, & eatenus duntaxat cardiacum eſt; quod nauſeantis ſtomachi globulos voraturi averſationem fallit; quod ad inconditam Confectionum farraginem vomiturientem ventriculum tædio levat, dum gratâ ſpecie phantaſiam deludit; quod ſanis ipſis lautioribus cedit in uſum, quod Saliares & opiparas dapes ornat, quod Sybariticas menſas commendat, quod avidum hominum genus *Ditis* & *Mammonæ* mancupia ditat (*atque etiam opinione tenus beat*) quod mor-

mortalia pectora cogit; quod ſmaragdino virore fulget, quod igneo fulgore micat, quod cœruleis ſtellulis radiat, quod cœleſti ſplendore rutilat, quod illo nitore lucido radiantem cœlorum puritatem æquat, quod Matronarum mentitam formam adjuvat, quod Magnatum artus redimit, quod Turcas, Perſas, Indoſque Satrapas exornat, quod Sceptra micantia atque refulgentia reddit, quod Diademata rutilantia atque Majeſtatem ſpirantia efficit, quod Regia capita coronat, quod Imperantibus Majeſtatem addit, & ſubditis venerationem inſpirat; quod *Orientem* ditat, atque Subſolano Vulturnoque noſtras in oras advehitur; quod *Solem Occiduum* locupletat & Africo atque Cauro, *diteſcentibus Mercatoribus*, advolat; quod ſuper *Aquilonem* Riphæoſque montes ſub ipſo ſiderum cardine jacet, atque Hyperboreos Incolas delectat & juvat, ſed aquilino volatu tranſvolat ad Antarcticos; quod denique ſuaveolentium fragrantiſſimum *Notus* æſtuans noſtra ad littora

Fundo exæſtuat imo,

atque ut brevibus concludam, quod

Oceani finem juxta, ſolémque cadentem

reperire eſt, id univerſum, & cœlorum Orbibus concluſum, & ſiderum viribus ſubditum, id inquam univerſum *Medicæ Pietas* jure optimo ſibi vindicat, ut integer Medicorum Chorus tot mirandorum Entium Creatorem Παντοκράτωρα linguis animiſque celebret atque ſummis honoribus ſupremaque veneratione proſequatur.

Grandiora, ſed etiam veridica, *Medicæ Pietatis* argumenta os meum proferet, Medicos ſi dixerim, in illas Naturæ anguſtias, ceu in carceres, aut circulum deductos, eò ſeſe nequaquam compingere ſpatii, ut ſolis terrenis inhæreſcant. Aërea ipſa corpora terreſtrium cœleſtiumque confinia ac intermedia ſpeculantur, & annuis diurniſque, ſtatis ac etiam incertis cœli varietatibus ſuas ætates metiuntur, occaſuſque ſuos præſagiunt. imò, ſublimioris cogitationis impulſu craſſum hunc concretumque perrumpunt aërem, &

mentis acumen altiùs erigunt, ut cœleſtium contemplationi acriter intenti, rationis ductu & ſenſuum adminiculo, tum rotantes, tum immotos cœleſtes Orbes contemplentur, atque planetarum ortus & occaſus obſervent, nec-non cœlorum ac ſiderum omnium converſiones, & quæ indè manant virtutes Orbis infimi moderatrices, alias ab aliis internoſcant.

E cœlis altis ad illum ſi demittor, *qui dominatur in piſces maris & in volucres cœli, & in pecudes, & in univerſam terram atque in omnia reptilia reptantia ſuper terrâ*, & ab illo tot terrenorum commodorum Domino radiantia Dei mirabilia ſi contemplor, atque præſertim vim illam ſi ſpeculor qua genus ſeritur humanum, ac de prole in prolem ex irrupta τῆ πρωτοπλάστ traduce ab Orbis conditu propagatur, pudorem irreligioſis incutiam tam fœdum, ut illatebrandis ſeſe, latebras ſatis obſcuras ſint fruſtra quærituri. Sed immenſitas argumenti; & ratio brevitatis ac temporis, ab illo conſilio me penitus abſterrent. Domini tamen illius τὴν ἐπίγειον οἰκίαν τῆ σκήνης καταλύσιμον *terreſtrem tabernaculi domum diſſolubilem* mente luſtrabo: terrenas ejus volo ruinoſaſque cœleſtis & immortalis ædes animæ, quæ licèt ſint benè materiatæ, ac etiam, non ſuper arenâ, ſed numeroſis ſuper oſſibus, *ceu ſuper tot petris*, non ab *homine fatuo*, ſed ab *æternâ Sapientiâ* fundatæ, quibuſvis tamen morborum turbinibus & quatiuntur & collabuntur. Fine tamen ſuo *Divina* neutiquam fruſtratur *Prudentia*; nam & *Paradiſei*, & *quotidiani* peccati, nobis eſt luenda pœna, τὰ γὰρ ὀψώνια τῆς ἁμαρτίας, θάνατος, *nam opſonia peccati, mors.* Mortem porrò, non niſi tribus morborum cardinalibus ventis hominibus inferri, nemo eſt egregiè cordatus qui neſciat. Turbulentas autem morborum tempeſtates illas ſedandi vim Medicos non à fabuloſo quopiam Æolo, ſed ab illo, qui τοῖς ἀνέμοις καὶ τῆ θαλάσσῃ ἐπιτιμᾷ, καὶ οἱ ἄνεμοι καὶ ἡ θάλασσα ὑπακούουσιν αὐτῷ, *increpat ventos & mare, & venti ac mare auſcultant illi*, radiatam habêre, vel Pagani fatentur, ὡήθησαν γὰρ ἀξίλογον ἡ τέχνην θεῷ προσθεῖναι, *judicarunt enim dignam Artem eſſe, quæ in Deum refundatur.* Medi-

Medicinam igitur, *cum Eccleſiaſtici Scriptore*, ab Altiſſimo deciduam agnoverunt Pagani: at, ſi ab Altiſſimo, ab illo certè eſt, qui tempeſtates avertit imminentes, reprimit coortas, adverſas placat, ſævas lenit, horridas ſedat, atras diſpellit, turbidas ſerenat, violentas compeſcit, immoderatas componit.

Sed ultrà proceſſerunt Gentes, quàm ut veterator ullus reclamare queat, Medicinam quippe, non ſolùm honorificè ſuos in Deos refundunt, ſed & curationum ſuarum omnium gloriam omnem ſuis Diis referunt acceptam.

Qui igitur Orbis immenſi tot Entia (*quæ Deus & ad ornatum Univerſi & ad humana commoda condidit*) ſpeculantur; atque inſuper navis humanæ morborum fluctibus in alto jactatæ clavum tenent, illàmque Arte ſuâ tranquillum in portum tutò perducunt, & illius appulſûs ſecundi ſolidâ gloriâ Deum afficiunt, illi profecto nequaquam irreligioſi, nequaquam impii, nequaquam Athei traducendi ſunt; ſed ediverſo, religioſi habendi, atque pii reputandi, nec non *adverſus Deum juſti* celebrandi veniunt. Si qui ſint interim, *malo ſidere nati*, *mentéque in Deum lævâ*, κεκαυτηριασμένοι τε τ ἰδίαν συνείδησιν, *quorum conſcientiæ cauterio reſecta ſit*, quoſque tenebrarum princeps ſuis tenebris offundat, ſuiſque offuciis, *ceu laqueis*, irretiat, ne Deum videant, néve in illum totis ferantur animis; ut illum ex operibus viſum & agnitum *glorificent tanquam Deum, illive gratias agant*, id neutiquam in *Artem* malignè detorquendum, ſed *Artificis* vitio ſingulariter aſcribendum eſt.

En igitur Medicorum ſycophantas pudore ſuffuſos, dum *Artificis* crimen in *Artis* contumeliam vertunt. Si quippe valet concluſio ab unius vel alterius *Artificis impiâ mente*, ad *Artem impiam*, conſequens erit ſingulas Artes impias eſſe, ſiquidem eſt reperiunda nulla, quæ ſuis prophanis vacua ſit. *Quid Artes dixi?* Horreſco referens, proh dolor! Scientia nulla eſt, *quantopere terreſtribus ſoluta atque ſublimis*, quæ clandeſtina ſua cum tenebrarum Angelis commercia non habeat,

beat, quibus ejus Professores vel ita occæcentur ut Numen non agnoscant; vel ad impia sic traducantur, ut agnitum Numen non suspiciant, non adorent, non venerentur. Nolim illorum hæreses in medium protulisse, qui mentito Theologorum nomine ματαιῶνται ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν, καὶ ὧν σκοτίζεται ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία, *inanes fiunt in cogitationibus suis & quorum obtenebratur cor insipiens.* Medicorum autem plurimi Deum agnoscunt Universi Creatorem Omnipotentem, Opificem Ædificatorémque mundi callentissimum, Conservatorem potentissimum, Educatorem & Altorem sapientissimum, Moderatorem oculatissimum, Gubernatorem vigilantissimum, Rectorem prudentissimum, totius denique sobolis humanæ Satorem & Parentem benignissimum, atque insimul πάσης τε δόσεως ἀγαθῆς καὶ παντὸς τοῦ δωρήματος τελείου *omnis donationis bonæ & omnis integri doni* Datorem munificentissimum, quem ore cordéque, *utpote verum Deum, cujus Numini parent omnia*, timeant & ament, & suspiciant atque precentur.

Ne porrò multus sim in exemplis, quæ veritatem illam (*apud Vos, Auditores omnium Ordinum longè Clarissimi*) firmiter stabiliant, unicum quidem, sed memorabile & ἀξιόπιστον, *fide dignum*, omníque exceptione majus Medicæ pietatis exemplar proferam, τὸν Λουκᾶν δηλονότι τὸν ἰατρὸν τὸν ἀγαπητὸν, *Lucam scilicet* Divi Pauli *Medicum dilectum.* Is nempe Divus Evangelista Lucas, Gentium Apostoli & comes fidelis, & socius indefessus, piissimus insimul fuit Archiatros *Phœbeæ lauri Domûs*, quâ, *ne cum Ausonio loquar ænigma*, Metropolin intelligo Syriæ ad fluvium Orontem &

Antiochi de nomine dictam.

O Civitatem mansione atque praxi Divi Medicorum Patroni ter quatérque beatam! O Civitatem meritò *Theopolin* vocitatam! Illam enim spiritu suo Deus inhabitavit, ὅταν ἐχρημάτισαν πρῶτον ἐν Ἀντιοχείᾳ τοὺς μαθητὰς Χριστιανοὺς *ubi* scilicet *contigit Antiochenæ Christianos primùm appellari, qui antea Discipuli dicerentur.*

Ist-

Iſthæc certè gravia ſunt Medicæ Religionis argumenta. Nihiloſecius, *O tempora! O mores!* Profanum & improbum vulgus Medicos pios probolque, impietatis calumniâ, *ceu aſpidis veneno*, irreverenter atque criminoſè reſpergit. Sed illos patrizare decet, atque adeò diaboli parentis imitatione Viros longè optimos calumniari & maledictis proſcindere. Nolim igitur Medicorum vices, hâc in parte ſingulatim dolêre. Is quippe idem, qui ab initio mendax & primitus nequam eſt, ſuis in filiis *opera tenebrarum* ſemper operatur, illorúmque ſerpentinam linguam ad cotem ſuam exacuit, quo profundiùs & Medicos faucient pietate claros, & viris quibuslibet aliis religione conſpicuis, nefandam turpitudinis notam inurant. Sic profectò Satanæ ſuaſu *Joſephum* calumniatur *Potipharis* uxor.

Sic idem nequiſſimè nequam *Doëg Idumæum* inducit, ut conſpirationis de *Rege Saüle* interficiendo *Sacerdotem Achimelecum* inſimulet.

Ita certè, ſuis artibus perpetuò malis, & humano generi penitus ruinoſis, *Tzibam* in *Mephiboſchetum* Dominum apud *Davidem* calumniandum inſtigat.

Reginam *Jeſabelem* cogit, *Deo* atque *Regi* diras imprecatum eſſe *Nabothum*, comminiſci.

Servum impellit *Guehazi* ad calumniam *Elizæo* Domino apud *Nahamanem* inſtruendam.

Inſtimulat *Samballatum*, unà cum ejus facinoris conſortibus, ad confingendum ideo *Nehemiam* muros inſtaurare Hieroſolymitanos, ut Regem in Judæam ſeſe conſtitueret.

Ab eodem mendacii fonte, fictum illud de clandeſtino cum *Chaldæis* obſidione cingentibus Jeroſolyma, Prophetæ *Jeremiæ* commercio, crimen ſalivit.

Sic idem mendacii parens *Amatziam* Bethelis Sacerdotem ad exitioſam contra *Jeroboamum* Regem *Amoſo* Prophetæ conjurationem affingendam compellit.

Ita etiam Diabolica ſoboles & *progenies viperarum*, ſive *pravum atque perverſum hominum genus ex patre diabolo* Divum

illum noſtri Salvatoris præcurſorem atque præconem impiè traducunt ceu *dæmonium haberet.*

Sic execrabiles Phariſæi turbis certatim obſtrepunt Sacratiſſimum Redemptorem noſtrum *per principem dæmoniorum ejicere dæmonia.*

Eodem ſui parentis impulſu, criminoſiſſimi Scribæ, Phariſæi rurſum, atque Sacerdotes Principes, (*Principes ſcilicet tenebrarum*) aliæque paſſim *ex abyſſi puteo* conſimiles *locuſtæ*, ſcorpionibus terrenis nocentiores, Auguſtiſſimo Liberatori noſtro, ſumma nobis veneratione colendo, non terrenum, ſed infernale virus aſpergunt; illum quippe frequentes mentiuntur, modò *hominem edacem atque vini potorem*, *publicanorum amicum & peccatorum*; modò *impoſtorem atque populi deceptorem*; modò *blaſphemias loquentem atque mortis pœnâ dignum*, &c. Ita profectò *Judæos*, eundem noſtrum à peccatis Aſſertorem integrum vitæ, ſceleriſque purum, *& peccati neſcium*, virum vocitaſſe *peccatorem* puduit nihil, pœnituit nihil.

Eodem afflata Spiritu mendacii membra quædam ex Satanæ Synagogâ, nequam alios ejuſdem ſecum ſtirpis in Divum *Stephanum* inſtruxerunt, *qui dicerent ſe audiviſſe eum loquentem verba blaſphema in Moſem & in Deum.*

Immo pater ille mendacii, qui quotieſcunque loquitur mendacium, de ſuo loquitur, hominem non duntaxat *homini*, ſed *hominem apud Deum* auſus eſt criminari: at *magnis excidit auſis*, Deo quippe nequaquam impoſuit ingenui ac integerrimi *Jobi* pietatem ſordidam, mercenariam, & illiberalem eſſe.

En denique Diabolum eundem, ſeipſo nequiorem atque criminoſiorem; referenti ſtant comæ, hæret lingua, & trepidant quoque corporis artus, nam majoribus auſis *Deum ipſum*, Sacratiſſimum Creatorem ſuum, apud hominem auſus eſt calumniari, dum Evam illuſit, ceu *Deum attigiſſet invidentia*, & iccirco *fructûs ex arbore ſcientiæ boni & mali Evam interdixiſſet eſu*, ne cum Adamo conjuge fieret ἰσόθεος, *Deo ſimilis*, ſive *Deo æqualis.*

Ex illis profectò benè multis, liquidò conſtat, Medicam pie-

pietatem adverſarii diaboli telis nullatenus magis obviam eſſe, quàm alius cujusvis viri probi, imò, ipſiusmet inculpatiſſimi, & ab omni ſcelere alieniſſimi, ſalutis noſtræ Vindicis famam. Illis quippe, & ſuas atroces calumnias inſtruit, & virulentas maledictorum ſagittas infigit ut eos turpitudine fœdet (*quantum penes ipſum eſt*) ſempiternâ. Sagaciori porrò arte nullâ tot ex inſidiatoris inſidiis conſurgemus, quàm ſi calumniantium nos audaciam effrænem & impiam Religione Sanctâ, terrarùmque ac cœlorum incolis gratâ compeſcamus; & animo deinceps ſi Chriſtiano & verâ fide in cœlos erecto, iſthæc de nobis convicia, *quibus hominum in nos odium concitare ſtudet conviciator*, deſpiciamus. Si denique, viſibilia Dei, *quæ nobis obverſantur*, mente ſanâ atque piâ ſic perpendamus, ut ipſum intimis affectibus omnium bonorum Largitorem inexhauſtum, juſtitiâ nobis, ſanctitate & innocentiâ, toto vitæ noſtræ decurſu colendiſſimum veneremur; & ob ſingularem illam Operum manuum ſuarum, quam Nobis prærogativâ quâdam impertitur notitiam, ipſius laudi & gloriæ noſtros animos æternùm conſecremus.

D I X I.

Recordamini mirabilium ejus operum quæ fecit.
Pſalm. cv. verſ. 5.

Recordare ut amplifices opus ejus, quod contemplati ſunt mortales.
Job. 36. verſ. 24.

CAROLI DRELINCURTII

Regis Consiliarii & Medici
Ordinarii,

NEC-NON

Celsiss. Principis de TURENNA

Α ΡΧΙΑΤΡΟΥ,

DE

PARTU OCTIMESTRI

VIVACI

DIATRIBA.

Οἴησις γὰρ, μάλιστα ἐν Ἰητρικῇ, αἰτίην μὲν τοῖσι κεχρημένοισιν, ὄλεθρον δὲ τοῖσι χρεωμένοισιν ἐπιφέρει. Ἱπποκράτης περὶ Εὐχημοσ.

NOBILISSIMO,
EXCELLENTISSIMOQVE
VIRO, D. D.

CONRADO DE BEUNINGH,

Civitatis Amſtelædamenſis

SENATORI;

Ac olim ad

Sereniſſimos Daniæ & Sueciæ Reges,

nunc verò,

Ad Chriſtianiſſ. Galliarum &
Navarræ Regem,

ILLUSTRISS. ET POTENTISS. D. D.

FOEDERATI BELGII ORDINUM,

LEGATO

EXTRAORDINARIO.

GAlenum latuit, quâ commendatione, Pergameni Pontifices, gladiatorum curam, ipſi nondum emerito, commiſerint: ita me fugit, VIR EXCEL.

CELLENTISSIME, cui mortalium, acceptum referam, Profeſſoris Medici honorem, quô Me, de meritiſſimâ totô terrarum Orbê Veſtrâ Rep. nihil meritum, *Nobiliſſimi & Spectatiſſimi Viri, D. D. inclytæ Univerſitatis Lugduno-Batavæ Curatores atque Coſſ. affecerunt. Cùm autem, id Muneris, Mihi per* Tuam Excellentiam, *demandari, nunciatum fuerit, gratias Tibi à Me agendas eſſe, officium dictitat. En igitur,* Tuæ *non modò* Excellentiæ, *ſed & ipſis Poſteris, grati ac memoris animi mei ſymbolum conſigno. Hanc etenim, exiguam licèt, quam Tibi nuncupo Diatribam, vivacem fore prævideo, ſi Tibi, Viro emunctiſſimæ naris, & æquiſſimo rerum æſtimatori, tam grata ſit, ut eam, in* Tuam clientelam *recipere digneris. Tu ſiquidem, cujus fama immortalitati conſecrata eſt, vel hoc opuſculum ævô donabis æternô. Quî nempe, quandiu Sol & orietur & occidet, tam multa quæ præclarè geſſiſti eſſent intermoritura? Norunt omnes, non ſolùm quàm animosè & fortiter, ſed etiam quàm conſideratè & ſapienter, res Daniæ labantes & penè collapſas, ſuſtinueris Unus, erexeriſque. Sed cur jam pridem acta memorem? An non noviſſimè, totius Europæ motus, ferrum & ignem ubique minitantes, prudentiſſimis conſiliis, & mentis acutiê ac dexteritatê repreſſiſti atque pacaſti? Eoque beneficiô, non modò Gentem* Tuam, belli ſtudiis aſperrimam licèt, nec uſpiam terrâ marique, bella derectantem, *ſed & omnes Europæos, arctè* Tibi, *æternùm devinxiſti. Macte* Tuâ *Virtutê, VIR EXCELLENTISSIME, quâ ubivis gentium, PACIFICATOR audis acceptiſſimus;*

hôc

hôc enim gratiſſimô nominé, præclara Tua *fama*, ſuper Garamantas & Indos, *volitat per ora virûm, hôcque dulciſſimô perinde & glorioſiſſimô cognominé*, Te *omnes populi*, in quem ſua ſalus nuper inclinata recumbebat, *amant, ſuſpiciunt, venerantur.*

Faxit ipſe Pacis Deus, *ut hôc potiſſimùm ſtemmatè Illuſtris, ſerus eas ad aſtra! Vale, VIR EXCELLENTISSIME, & hanc* Tuam *celebritatem, exiſtimationémque, jam ad cumulum provectam, talem & tantam conſervato, qualem & quantam nactus es. Id unum, ut optatò adveniat, ex totô pectorê præoptat,*

TUÆ EXCELLENTIÆ,
Obſequentiſſimus

CAROLUS DRELINCURTIUS,
Regis Conſiliarius & Medicus, Nec-non Celſiſſ. Princ. de Turennâ Archiatros.

Dabam Lutetiæ *Pariſiorum, ſeptimo Idus Septembris.* M. DC. LXVIII

BIBLIOPOLA

Cùm primam hujus Diatribæ Editionem adornaret, Benevolis Philiatris.

ANTICIPATAS ſemel, altiûſque inhærentes Opiniones ex hominum animis revellere, negotium eſt molis ut plurimùm ſummè operoſæ, præſertim ſi Auctores, unde primulùm profectæ atque hauſtæ videntur, ἀξιόπιστοι, ἰσόθεοι, omni denique exceptione majores habeantur. Quod quidem ipſum, tum in aliis permultis intricatioribus Phyſiologiæ quæſtionibus, tum in hac ipſa de natis Octimeſtribus facilè deprehenditur, quibus cùm graviſſimi antiquæ Medicinæ Principes, Hippocrates atque Galenus, Vitalitatem alicubi abjudicaſſe credantur, apud poſterorum pleroſque rem omnino ſic habere, pro confeſſo eſt, adeò ut περὶ τοῦ ὅτι tantillum titubare, penè piaculum audiat. Paucis tamen cordatioribus, quos benignior Jupiter in deliciis habet, longè aliter viſum, qui non modò problematicè in fœtuum Octimeſtrium Vitalitatem inquirere; ſed etiam eandem adverſus tot hoſtium oppoſitas copias propugnare non dubitarunt: Qualis imprimis, ineunte noſtro hoc ſeculo, Federicus Bonaventura, Medicus Urbinas, qui cau-

cauſam hanc tam fuſè peregit, ut faſtidium ferè lectoribus incutiat. Cùm verò ab ignei ingenii Viro, Domino CAROLO DRELINCURTIO, Medico Regis Chriſtianiſſimi materiam iſtam, exiguâ admodum Diatribâ, cæterùm abundè nervosâ, nec inamœnâ comprehenſam, ac in examen denuò vocatam audiviſſemus, paulóque pòſt ejus copiam nacti eſſemus, luce publicâ protinus donandam cenſuimus, rati hoc ipſo facinore gratiam à Vobis omnibus χαριεστάτοις φιλιάτροις, quorum commodis indulgêre adeò volupe eſt ut nihil ſuprà, inituros eſſe nos minimè vulgariam. Bellè valete ac favete.

AD. D.
C. DRELINCURTIUM.

Hactenus ægrotis Drelincurtum *esse saluti,*
Duxi unis; at dos est super una viro.
En revocat, letho quos ignorantia tradit:
Quin, facit & vegetos. Hercule, dius homo est.

JACOBUS LESCOT,
J. U. D.

IN
COMMENDATIONEM
Hujus Opellæ,
TROCHAICI.

Rara proles Octimestris, quam nefastam plurimi
Veritati non litantes, atque vitæ inhospitam
Publicare non verentur, seu Vetusti, seu Novi:
Cur tibi non gratulemur, huncce nactæ vindicem
Strenuum, summóque Zelo percitum orthodoxiæ,
Qui DRELINCURTI *celebri notus est cognomine;*
Pauculis hic namque totam rem peregit paginis,
Quam medens Vibini alumnus, scæva cui nomen bona
Indidit vix expedivit turgido volumine.
Ergo proles Octimestris, macte tali vindice,
Qui tuam Vitalitatem luculenter astruit,
Naxiis non tantùm in oris, aut plagâ Nilotide,
Quod priùs fecére quidam Literati nobiles;
Immò ubique, tum solum quà panditur, tum qua salum.

CAROLUS SPONIUS,
Doctor Medicus Monspelienſis,
& Colleg. Med. Lugdunenſ. Aggregatus.

Εἴπαῖ,

Εἶπατ', ἀκεςορίης ἀμαθεῖς, ὦ, τέκν' ὀλέκοντες·
Ῥύσαθ' ἐκ νόσων, ἆρα δύναθε γονεῖς;
Σκαιῶς ἀρξάμενοι τέχνης, ἡ λήγετε σκαιῶς·
Ἀνδρ' ἐ μιμεῖθ' ὃς δόγματα ταῦτ' ἔγραφεν·
Ἓξ' ἰητρῶν, Δρηλινκούρτιον ἄξιον ἀντὶ
Πλείστων· οἶδε ῥύειν τέκνα τε ἡ τοκέας.

JACOBUS LESCOT,

J. U. Doctor.

Lutetiæ Parisiorum

Annô ineuntê

1663.

AUCTORIS PRÆFATIO.

Morti norunt addictos *Octimeſtres* eſſe, qui Hippocratis *funeſta* de ipſis legêre * Decreta: Τὸ Ὀκταμήνων, δηλονότι, ἀδύνατον ὅδεν ὠφελιγίνεσθαι, *Octimeſtrium ſcilicet, fieri nequit conſervetur ut ullus*; & rurſum, ac præcisè magis ‡ παιδίον Ὀκτάμηνον ὅδεν βιοῖ πώποτε, *Fœtus Octimeſtris nunquam ſuperſtes eſt.*

In tantî profectò Magiſtrî verba jurarunt Medici non ſolùm, ſed & Rhetores, atque Philoſophi, ac etiam Jure Conſulti, *Sabinus* v. g. *Tullius*, *Philo Judæus*, *Agellius*, *Aphrodiſeus*, *Cenſorinus*, *Avicennas*, *Albertus Magnus*, *Conciliator*, *Gentilis atque Baldus*. Noviſſimô præterea ſeculô *Fracaſtorius*, *Capivaccius*, *Valleſius*, *Tiraquellus*, *Mercurialis*, *Mercatus*, *Gorræus* atque *Laurentius*. Tantis enim Viris illis, *Octimeſtres* Dîs nati ſunt iratîs, genioque ſiniſtrô, ac ita *nati*, quaſi *non nati*, & reapſe ἄγονοι.

Cùm itaque nuperî *Partûs Octimeſtris* celeberrimî, ac vicaciſſimî causâ, *Octimeſtres alios in omnes*, eôdem Hippocrateô ductû, litem capitis intuliſſent Ἀρχίατροι, litem ipſe judicandam digeſſi. Quò plus autem

* Libris περὶ Ὀκταμ: καὶ Ἐπταμ:
‡ Lib. περὶ Ἀρχῶν.

tem litigioſum illud excuſſi thema, & *Hipp.* conſiliô * vulgarem illam de *Octimeſtrium* calamitatê doctrinam *ad veritatis repurgavi lucem*, eò firmior (*meos adverſus* Ἀρχιάτρους) *Octimeſtrium* ſteti Patronus.

Hôc igitur eluceat Patrociniô meô iniquiſſimum eſſe inſontes, & *quidem indictâ cauſâ*, capitê damnaſſe. Iſtud namque Judicium capitale, uti capitalem prodit injuſtitiam, ita capitalem & inſcitiam arguit, quâ capitalior datur nulla.

Hâc inſuper Meâ conſtet Tutelâ funeſtam *Apollineô de Tripodê* vaticinationem, minùs exitii portendere, quàm peremptoria, *rigidô de Tribunali*, dicta ſententia. *Et en éfet, & ſelon notre Proverbe, il vaut mieus étre condanné des Médecins, que des Juges.*

* Lib. περὶ Εὐσχημοσύνης, ubi Medicis auctor eſt, *doctrinam ut ſuam demonſtrationibus ſtabiliant, atque ſic illam omnem ab ignorantiæ tenebris vindicent.*

FINIS.

Opinionum Commenta delet
dies: Naturæ judicia
confirmat.

Cic. 2. *de Nat. Deor.*

QUÆ-

QUÆSTIO PHYSIOLOGICA,

An Partus Octimeſtris vitalis?

PARS PRIMA.

Quâ vitalitas Partûs Octimeſtris auctoritatê probatur, experientiâ ſtabilitur, & rationê evincitur.

[1] APPOSITE Divus Ambroſius, *Omnes animantes præſcripta habent partûs tempora, homo ſolus indiſcreta atque confuſa.* Haud minùs facundè, lepidéque, ſuis in monimentis, id ipſum Plinius exaravit: *Cæteris*, inquit, *animantibus, ſtatum & pariendi & partus gerendi tempus eſt, homo totô annô & incertô gignitur ſpatiô.* [2] Ambobus teſtis locupletior alter, ἀνωμάλως τὰς τῦ κυήσεως χρόνους, *varia & incerta partûs tempora* unico tribuit homini, τοῖς μὲν ἄλλοις, εἷς ἐστιν ὁ χρόνος, τοῖς δ' ἀνθρώποις, πλείους. *Brutis etenim animantibus unicum eſt pariendi tempus, homini verò multiplex ineſt.* Hoc ipſum ſolidiùs ſtabilivit aſſerens, τὰ ἄλλα ζῶα μιναχῶς τικτόυσι τὸν δ' ἄνθρωπον πλείωσιν·

1 Tempora partûs, eſſe vaga, nec ab iis excludi menſem octavum, quinimo à Priſcis nominatim deſignari.

2 *Ariſtot. 4. de gen. anim. cap. 4.*

[1] εἰς γὰρ ὥρισται τὰ πάντα χρόνῳ πᾶσιν, ἀνθρώπῳ δὲ πολλοὶ μόνῳ τῶν ζώων. *Animalia reliqua fœtus suos perficiendi tempus unicum habêre; quòd ipsis unicus statuatur pariendi terminus; homini verò, inter animalia soli, varii sunt & complementi & partûs limites.* Idem demum passim inculcat, sed decretoriè magis, ubi hominem sancit [2] μόνον τῶν ζώων, πολλὰς ἔχειν χρόνους τῆς γενέσεως, τοῖς δὲ ἄλλοις ἕνα τὸν χρόνον τῆς τελειώσεως γίγνεσθαι. *Solum ex animalibus varios atque varios sortiri suæ generationis soles; aliis verò unicum suæ perfectionis esse finem.* Ita etiam sagacissimè docet Hippocrates humanæ fabricæ divum opus Solibus variare, οὐκ ἐν ἴσῳ χρόνῳ πάντα διακοσμεῖσθαι, ἀλλὰ τὰ μὲν θᾶσσον, τὰ δὲ βραδύτερον, ὅκως ἂν ἑκάστῳ τύχῃ καὶ τῆς πυρὸς ἕκαστα καὶ τῆς τροφῆς. *Eandem inter temporis intercapedinem partes delineari nequaquam; sed aliàs quidem citius, alias verò seriùs, prout hæ, vel illæ suum & ignem & alimentum variè atque variè nanciscuntur.* At partibus illis solè variô disposîtis ac ordinatis, variabit & partus, ex proportione mirâ trium inter se mutationum insignium, quas fœtus subit in uterô. [3] Tempus quippe *motionis*, ut duplò *figurationis* tempus æquat; sic terminus *partûs*, triplò superat terminum *motûs*. Quæ sententia ad Arabes & ad nos usque tranavit; si igitur figurationis periodus est minimè una, quidni & multivagus motionis & parturæ cursus? Qui diebus triginta figurabitur, in sexaginta movebitur, & centesimo octogesimo vitalis prodibit. Qui in quadraginta effingetur, in octoginta trepidabit, & intra ducentos quadraginta vitæ compos orietur, Octimestrîs nominê insigniendus. [4] Hippo-

1 *Lib. 7. hist. Animal. cap. 4.*

2 *Problemat. 10.*

3 Fœtus formationem, motum & partum, geometricâ quâdam æquabilitate sese consequi, ex *Hippoc. Epid. 6. sect. 8. Aphoris. 8. & Epid. 2. sect. 3.* Fœtus 240. dierum, esse vitales, eosdémque juxta Hippocratis computum, plenè & præcisè *Octimestres* esse, quia menses solares sunt computandi.

4 *Ex libello* περὶ ἀρχῶν.

pocraticos namquê menſes triginta dies explêre, liquidò conſtat: At octies triginta numerum complent ducentorum quadraginta dierum, ſeu octo menſium ſolarium integrè fère exactorum, juxta quos partitudinis putanda ratio, ἄνθρωπος γὰρ καὶ ἥλιος ἄνθρωπον γεννᾷ, *Sol & homo generant hominem.* Octimeſtres igitur vitâ beandi, ſupinùſque eorum error redarguendus, qui balantum ritû, (*quarum ruente præceps unâ, cæteræ ruunt,*) iverunt quà itur, non quà eundum, tritàmque credulitatis & fallaciæ plenam de Octimeſtrium infortuniô ſemitam calcarunt. [1] Ii quippe Medicorum, quos primùm legêre, ſententiâ deluſi, mentem præconceptam pugnaciter tutari, & ei procaciter patrocinari malunt, quàm omnî pervicaciâ depoſitâ, quæ conſtanter eveniunt expendere. Sed doctrinam illi ſuam, *adulterinam licèt*, ſinú foveant: dignemur [2] Nos rem minimè præjudicatam excutere, & ad unius veritatis leges exigere. Nihil moremur aliter opinantium turbam, ſanabimur enim, ac à veterî falſi dogmatis fermentô repurgabimur, ſi ſeparemur à cœtû, ſelectoſque bellipotentes, qui Nobis inimicos gerere vultus, *fictâ ſpeciê*, cernuntur, partes in noſtras vî nullâ pelliciamus. Non autem auctoritas ſola, *quæ per ſe ignava eſt ac iners, prorſúſque manca*, ſed & graviſſima rationum momenta, atque conſtans firmatáque ſummorum Atlantum experientia, pro Nobis militabunt; ſicque trinis hiſce triplicis æris ſcutis obtecti, adverſus tela in Nos ab adverſariis contorquenda, invictiſſimi ſtabimus. Ita mihi, ubi-ubi amica veritas, ut nullus amicior unquam, volentem, alienas ad partes aut trahat, aut alliciat. Eam ubivis tueri ut glorioſum, ſic inprimis utile: pro eâ igitur, *ceu pro aris & focis*, dimicare eſt, proüt Philoſophum decet, alie-

ni-

1 Ut alienâ fide non ſalvamur, ſic nec alienâ, præſertim ubi erronea eſt, ſapimus.

2 Veritatem proſequi, ingenui eſt animi, poſt habitis auctoribus, *licèt graviſſimis*, ab eâ deflectentibus.

nigenis offuciis minimè prævaricantem. Eô olim pactô, in pleriſque Hygeæ momentis, adverſus Hippocratem Galenus, adverſus Platonem Præceptorem, univerſumque veteratoriè philoſophantium cœtum Ariſtoteles, & adverſus Medicos Gnidios ipſemet Hippocrates, iiſdem Nobiſcum armis pro veritatê tutandâ feliciter conflixerunt. [1] Sed heu heu! quantæ molis erit, *multis hinc retroactis ſeculis*, de Octimeſtrium necê anticipatam opinionem de tot & tantis pectoribus revellere. Adeò hæc ſupinitas animos ſopivit, ut plerique omnes huic cauſæ indormierint ſecuri, non caventes, fœdiſſimam hanc eſſe Medicinæ labem aſperſam, ínque dies ſingulos latiùs ſerpentem, nullô nunc ſmecticô eluendam, [2] ἢ ϐὸ ἀφ᾽ ἑπτὰ ὑπόληψιν, καὶν σωθῇ τι ὀκτάμηνον, νομίζουσιν ἐκ ὀκταμήνου εἶναι τὸ ἐγεγονός, ἀλλὰ λαθεῖν ἑαυτὰς, αἱ γυναῖκες συλλάϐουσι πρότερον, *& anticipatæ mentis illius ergò, ſi quis ſalvus ſit Octimeſtris, Octimeſtrem illum nequaquam reputant; ſed conceptionis tempus præceſſiſſe latenter, ac ipſis latuiſſe Matribus.* Si autem de tantâ judicii anticipationê conqueſtus eſt Philoſophus, quid nunc Literarum ſortem non deflebimus? Nam unà cum ſeculis ætatéque hominum, iſthæc opinio uſque adeò inveteravit, ut qui eam ex animis revellere ſtudet, is, *ceu veſanus*, Anticyram relegetur. Sed haud inconſulti procelloſo huic pelago Noſmet commiſimus: en actuariam navem noſtram ſcientes & experti regunt Argonautæ. [3] Auſcultent & perpendant, *fidem Nobis abrogantes*, ſagacis Stagiritæ placita, quibus definitè, diſtinctéque deſignat, ἢ ἑπτάμηνα ἢ δεκάμηνα γίνεσθαι, καὶ κατὰ τὰς μεταξὺ χρόνους, hoc eſt, *naſci ſeptimô non ſolùm & decimô, ſed & octavô & nonô menſibus.* At ne quis ſcrupuloſus vitilitigator autumet ſeſe Noſtrô commentô ludificari, ad ſequelam orationis ſedulus at-

1 Quàm operoſum ſit, rem præjudicatam revocare.
2 *Ariſt. hiſt. Anim. 7. cap. 4.*
3 Auctoritates aliæ, Octimeſtribus faventes.

attendat, καὶ γὰρ, addit Philosophus, τὰ ὀκτάμηνα ζῇ μὲν, ἧττον δέ. Hoc ipsum tantî naturæ rimatoris verbîs & aliis suffulciam, ἢ ἑπτάμηνα καὶ ὀκτάμηνα καὶ ἐννεάμηνα γίνονται ἢ δεκάμηνα τὸ πλεῖστον. *Fœtus nascuntur & 7°. & 8°. & 9°. & ut plurimùm decimô mensê.* Subdam & expressiora Edicta, quibus *Octimestres* vitæ compotes sancivit, τὰ δὲ ὀκτάμηνα ὡς ἐπὶ μὲν Αἰγύπτου ἢ ἐν ἐνίοις τόποις ὅπου αἱ ἔκφοροι αἱ γυναῖκες καὶ φέρουσί τε πολλὰ ῥᾳδίως ἢ τίκτουσι, ἢ χωνόμενα διώκειν ζῆν κἂν τερατώδη γίνεται, *qui autem mensê nascuntur Octavô, vivere, ac adolescere in terrâ Ægyptô possunt, & quibusdam aliis in locis, ubi mulieres fertiliores sunt, multosque simul facilè ferunt, & pariunt, etiamsi monstrosi sint.* [1] Ubi notes velim, de mentê Philosophi Octimestres vitâ donandos esse ubivis gentium, si sub conditionibus & causîs, quæ eosdem in terrâ Ægyptô vitales reddunt, nati sint. At nostris in tractibus, *cœlî benignitatê lætis*, quotquot eæ sint conditiones & causæ, vigent eæ omnes: vigebunt igitur & Octimestres. Major patet his verbîs, καὶ ἐν ἐνίοις τόποις, quibus docemur; angustîs Ægypti limitibus Octimestrium vitam non circunscribi, quasi inibi locorum, *prærogativâ nulli cedendâ*, illis esset unicè vita concessa. Ibi etenim vivunt in vim causarum mox prolatarum: at eædem valentissimæ sunt nostris in climatibus, quorum temperatura fertilis, parentumque robur ac temperies proba, succulentusque habitus vegetus, fœcundî energicî principii ubertatem subministrando, communî in vitalitatem nisû conspirant. Cui præter hæc, in mediô aut propatulô non est, Nostrates mulieres εὐεκφόρους ὄσας, *ad exactos menses uterum commodè perferre*, cùm multas cernere sit, quæ nihil damnosi in totâ gestionê passæ, fœtus suos auspicatò promant in lucem: αὗται δὲ φέρουσί τε πολλὰ ῥᾳδίως καὶ τίκτουσι, κἂν τερατώδη, *plures negotiô nullô & gestant & excludunt partû unicô, monstrificè* quasi, seu τερατωδῶς: mulier nam-

1 Non modò Ægyptios, sed & alios Octimestres, vitales esse.

namque, nuſquam non μονοτοκεῖ, nec πολύγονον, ἀλλὰ μονοτόκον τῷ φύσιν ἐστι, *multipara, ſed unipara ſecundum naturam eſt. Octimeſtribus* autem vitæ uſuram ſpeciatim impertiri, ubivis terrarum oriantur præfatîs conditionibus affecti fidem faciunt textui prolato annexa verba, quibus haud ſimpliciter dicit Philoſophus; ἐν ταῦθα μὲν ἓν ζῆν τὰ ὀκτάμηνα, ſed ſubjungit καὶ ἐκτρέφεσθαι, quaſi hæc fatus eſſet: In iſtis plagis, *Octimeſtres* fœtus, vitales non duntaxat eduntur, ſed enutriuntur & adoleſcunt, ac, *quantùm ad menſem Octavum attinet*, viriles annos conſequuntur. Hinc legere eſt apud Plutarchum, *multos Octimeſtres evaſiſſe Viros*; πολλὰς ὀκταμήνους γεγονέναι ἄνδρας; & apud Plinium, *tranſlatitium in Ægyptô eſſe & octavô gigni*, atque *in Italiâ tales partus eſſe vitales, contra Priſcorum opiniones*. Si in Italiâ, quidni & in Galliis, omnìque cœlô clementî, nec algidô, nec æſtuoſô? Sic Orientales illæ *Dionyſiacæ*, aut *Strongylinæ* mulieres, *Aſclepiadê teſtê*, fauſtos *Octimeſtres* enituntur. Nolim ego fidum illum & luculentum eventum fabuloſitatê elevaſſe: munus aiunt Naxiis datum â materterâ Bacchî, *natî octavô*, Lucinâ Junonê ſcilicet, cui dicata Naxos.

Non defuêre plures alii penitiorîs Naturæ venerandi Myſtæ, qui, ævô ab omnî, eidem veritati fecerint ſacra. Injurius es quippe Tuos in Majores, ſi Tecum reputas, unô illos orê, Mortem *Octimeſtribus* irrogaſſe. [1] Comprobatur enim, Cæcilium, *vetuſtiſſimum Comœdiographum, humanarum rerum vel callentiſſimum*, haud inſulſè, inconſideratéque menſem octavum, *à Menandrô Comicô Poëtâ præteritum*, non prætermiſiſſe, ſed genitalem agnoviſſe: Nec eum temerè à multorum opinionibus deſciviſſe, Marcus Varro uti credamus facit; nam *menſè* nonnunquam *octavô* editum eſſe partum, ſcriptum reliquit. Ipſiſſimàque Gellii minùs vetuſtâ ætatê, *quibuſdam duntaxat, non omnibus, Romæ degentibus, abor-*

1 E veteribus, alios complures, Octimeſtribus patrocinari.

abortio visa est, *mensis octavi intempestivitas.* Octimestris ergo, jam olim ἀμφήριστος, *ambiguus*, *litigiosus*, *ac in contentionê positus*, ancipitem Doctis litem intulit, sed suis tutoribus acerrimis minimè caruit. Sic Censorinus Euriphontem Gnidium ponit in mediô *causam Octimestrium* contra Epicharmum acriter agentem. Plinius ipse, *dissidium conciliaturus*, instanter, pugnaciterque stat à partibus *Octimestrium*; ac ubi litem judicandam digessit, memoratissimô exemplô, litigantes judiciô absolvit, Cæsoniam proferens, [1] *Caii Principis consortem torî*, quam Vestilia genitrix *Octavô* prosperè enixa est. Ita famosum ferunt Vincentium Pinellum, *eruditionis omnigenæ Virum*, unà cum Cornelià sororê gemellâ, perruptis *Octavô* suis circundantibus aquis, ad mundi primas oras feliciter appulisse, eorum matrê cum Latonâ de epithetô Δίδυμοτόκε, meritò contendentê. Novissimô pariter ævô, dum Urbini ingens suum de *Octimestribus* conderet *Bonaventura* volumen, tres *Octavô* natos superstites vidit. Pari instantiâ notarunt, Cardinalem Sfondratum, ambósque filios ejus *Octimestres*, vitæ suæ stadia plenè emensos esse. Gravissimi quique haud subleste fidei Scriptores innumera *Octimestria* exempla adamantinô scalprô posteris animis insculpsêre. Sed fastidiosâ forem prolixitatê tædiosus, illîs si undique corrasîs mea intumeret *Diatriba* Experientiâ enim Nobis ducê, & normæ vicê, omnisve demonstrationis initiô, isthæc è millenis pauca inconcussê stabilient securam *Octimestres* vivere vitam. Immo, hâc vitalitatê beatos eosdem, *susceptam provinciam abundanter impleturi*, de mentê Dictatoris summî [2] mox pronuntiabimus confidenter, *frendeant licèt alii*, hunc ubi luculentum Auctorem, cùm Majores suos, tum coævos, de fœtuum exclusionê in quadruplicem phalangem directos commonstrantem adducemus. Priùs autem, *quò*

1 Experientiâ rerum magistrâ, Octimestres esse vivaces.
2 Quid nobis exequendum supersit.

quò Sparta & completior, & ornatior ſit, ex intimioribus Philoſophiæ penetralibus variantis humani partûs palmaris eruenda cauſa, adverſaque doctrinæ, *quam tuemur*, argumenta ventilanda, ut Galenicos demum, *coronidem impoſituri*, hâc de litê ſciſcitemur Manes.

[1] Tempora humanæ partionîs eſſe varia, ſuprà quidem è Priſcorum monumentis probavimus; ſed tantæ eorum varietatis genuinam cauſam haud rimati ſumus. Libet nunc rem tentare; & multâ curâ, multaque cogitationê eruere; forſan enim perſcrutando comperiemus, & velut ex abditiſſimis latebris in lucem proferemus. Cur ergo brutarum animantium præfinita eſt regulariſque pariendi periodus, quæ nec decurtatur, *niſi morbosè*, *vel illatâ vî*, nec protollitur? At mulierum partus variant à principiô intrinſecô, nec morbidô nec violentô. [2] An dicemus, bruta periodicis, anniverſariiſque amorum incentivis & igniculis concitari & incendi, adcoque pactis legibus parere; hominem verò, nec præfinitò, nec annuatim, ſed indefinitè, totiùſque annî decurſû laſciviæ ſtimulatum œſtrô, diſſolutam & intempeſtivam Venerem exercêre, illoque ſuô concubitû intempeſtô & inopportunô naſcituræ ſibi prolis, *alioquin præſtitutas*, *ſtatàſque*, periodos accelerare, infantémque præmaturè evocare, ceu fructum ex arbore ante plenam, conſummatamque maturitatem decerperet?

Verùm enim verò, uti fatemur fœtis brutarum animantium fœminis venereos ignes extingui, ſolàmque mulierem, *gravidatam licèt*, maris non modò patientem, ſed & ſæpiùs appetentem eſſe: ſic & inficiamur maritos eſſe plures adeò ſalaces, ut Venerê nimis petulcâ, proli ſuæ officiant; negamus

1 Abſtruſam, variantis humani partûs cauſam, acrî mentis obtutû indagandam eſſe.

2 An frequens & petulans coïtus, partum acceleret, vel moretur,

mus pariter, prægnantes omnes propudioſas & libidinoſas eſſe: adeoque petulans iſta Venus & procax, paucorum duntaxat, *non verò omnium*, partuum terminos interturbare potis erit; nam quoties Venus plùs juſtò non laſcivit, pleniorem alimoniam uterinas ad partes allicit & fœtum uberiùs nutrit, imò & recreat, nedum ipſi officit. Sed demus, Venerem laſcivam, atque protervam partionîs tempora permutare; an illico, ea perinde remorabitur atque accelerabit? Minimè gentium, nam ubi coïtû effrænî & immodeſtô ſummâ uterus dulcedinê delinitur, partio exinde quidem antevertitur, ſed eam ideo retardari planè implicat. Quô enim pactô, *quæſierim*, partus ille, qui ſeptimô, vel octavô, vel nonò menſê, carceris ſui fores perrupturus eſſet, jam obvirilem, in ſinum pudoris jactatam haſtam, ulteriorî cuſtodiâ coërceretur, quaſi hoc intruſô veretrô magis ac magis compelleretur atque compingeretur? Quin imò, mutonê petulcô ſuis de ſedibus dimovebitur, eripietùrque. Nimiô ſiquidem partium genitalium titillatû, multàque ſeminis ſpiritibus turgidî effuſione, utero gravidato & conniventi vis infertur, blanda licèt ea ſit atque voluptuoſa; ſpiritus enim ſpermatici maximè ſunt igneæ naturæ conſortes, adeoque & petulci, ac impetum quoquoverſum facientes, ut per intimiores uteri receſſus liberè commeent atque remeent; proindéque uteri orificium internum, *arctè priùs conſtrictum*, recludunt, totàmque molem uterinam agitant & quatiunt; ac conſequenter fœtum ipſi innatum, *ceu terræ plantam innutritam*, commovent, & concutiunt, & à ſolô ſuô natali revellunt, eradicantque, ac in hominum lucem evocant. At taliter obtingens partio, omninò anticipata & violenta cenſenda, nec ullatenus naturalis reputanda: Vis enim fœtui illata eſt, licèt fœta ipſa mirâ voluptatê fuerit affecta. Tanto autem damno quandantenus obviam ituri [1] Arabum Medi-

1 An *gravida*, *à coitu arcenda*?

dicorum Antiſtites, reſcriptis ſuis gravidam à coïtû ſummovebant. Sed quorſum tales ſanxêre leges? nam ut matrimonium caſtum nec frænô, nec regulâ eget; ſic ubi petulans eſt libidinis intemperies & effrænata luxuria, nec patitur legem, nec habenas audit.

Si mulieribus etenim, quæ Veneris calcitratû inſtigantur, impellunturque, præcipitur ut abſtinenter caſtéque cum maritis concubent, eæ venereis aculeis compunctæ, & calcaribus quaſi ſtimulatæ, *ceu furiis agitatæ & compulſæ*, ardentiùs feruntur in vetitum, concitatiuſque in Venerem totæ ruunt. Sed rurſus, quorſum iſta ſanctio? nihil ſiquidem ad eas attinet, quæ mox à conceptû, aut viduæ fiunt, aut maritos habent, chronicam in ægritudinem delapſos, proindéque effœtos & invalidos, luctæque venereæ prorſus impares. Iſthæc ergo ſinamus Turcis duntaxat mulieribus, quæ totô graviditatis decurſû, à coitu abſterrentur, nec ideo tamen, noſtratibus mulieribus, (*quæ morem illum Turcicum, ceu nefaſtum diris devovent*) ſerius pariant. Modicus enim coitus, *ut notavimus*, nec *fœtui*, nec *fœtæ* ullum detrimentum affert; quin è diverſo, plenius illum alit & roborat; *hanc* verò mœrentem recreat, moroſamque demulcet.

[1] An ergo varia dixeris humani partus tempora, ob ingluviem & inſatiabilitatem mulierum? Sed, *amabo*, quota quæque eſt perinde omnivora ac omnivola, quæ dapes quærat, quibus aut expletum, aut faſtiditum ſtomachum vel laceſſat, vel erigat? Quin imò, picantes pleræque cibos vel optimos, primoribus labris vix attingunt. Sed demus aliquampiam omnigenûm eduliorum inexaturabilem gurgitem eſſe; an continuo, iſthæc ejus voracitas ad geſtationem in decimum, vel undecimum menſem prorogandam, quidpiam conferet? Quin potius eam accelerabit; haud ſecus ac enim oleô nimiô lucerna, aut nimiâ lignorum ſtruê ignis, ſuffocantur, ſic

1 An prægnantium gula, partûs tempora mutet?

ſic fœtus, ingeſtorum nimietatê vel in ipſô ſuo promptuariô obruitur, opprimitúrque.

Iſtis itaque valêre juſſis, rem totam altiori indagine ſcrutemur, & abſtruſioris naturæ receſſus rimemur, ut rem ipſam ſi non aſſequamur, odoremur ſaltem, & aliis detegamus. En è triticô, quod fœneratò terræ gremio creditur, aliud citiùs creſcit: aliud ſerius adoleſcit: aliud enim eſt trimeſtre, aliud veò hybernum. Sic humanum genitale ſperma aut temporiùs provenit, aut tardiùs ſoboleſcit, unde alios menſê ſeptimô, alios octavô, & uſque ad initia decimi, undecimique gigni *notat Plinius*, memoratæ Veſtiliæ uſus exemplô, *Herditii ac poſteà Pomponii atque Orfiti*, *conjugis*, quæ ſeptimô primùm peperit, ſubinde undecimô, rurſus ſeptimô, tandem *Octavô*, partus auſpicatos, qui in viros adolevêre. Ratum autem Nobis eſt Solê incertô hominem naſci, rationê variæ atque variæ temperiei, quam à cujuſque individui temperamentô peculiarî talem vel talem ſortitur ſemen; prodit namque multifariè ſic affectum atque determinatum ut ſeriùs, aut citiùs in prolem vitalem matureſcat. Hæc autem in homine, quàm in brutis, magis anceps eſt, ob enormem & exlegem vitæ modum, & immoderatum omnigenûm dapûm edulium, aliâ atque aliâ cælaturâ ſperma ſignantem, pro cujus varió characterê varium Natura facit, & tenorê diſſonô abſtruſum ſuum formationis exequitur opus. [1] Hinc embryonum alii citò finguntur, citò moventur, citò pariuntur, dum alii, languidiùs figurantur, ignaviùs ſeſe volutant, ſeriùſque erumpunt in lucem. [2] Igitur maturitas fundamentalis eſt cauſa partûs naturalîs & vitalîs: At partus *Octimeſtris* maturus eſt: Ergo partus *Octimeſtris* naturalis & vitalis. Major, *præter alias*, ex ipſâ definitionê *partûs* evincenda; *perfecti* quippe

eſt

1 Rationes Octimeſtribus ſuffragantes.

2 Maturitatem perfectionemque, cauſas eſſe palmares vitalitatis fœtuum.

eſt & maturi fœtûs editio; ſive, *fœtûs eſt in utero geniti, atque jam abſoluti*, ſeu maturi, *à matrice emiſſio.* Minor ex allatis de ſeminis naturâ variâ, ſatis ſupérque pateſcit, moxque conſpectiùs eluceſcet. Perfectio ſiquidem in partû & maturitas, vitam neceſſariò inferunt; immò unicum complementum ſummus Hygeæ Parens cauſam aſſerit eſſe vitalitatis, quâ beatur Septimeſtris, [1] ὅπ, inquit, μετέχῃ πάντων, ὥσπερ ἂν τὰ πλεώστα μετέχῃ, καὶ μάλιστα τελειούμενα: *Quòd omnia ſit ille conſecutus, quæ fœtibus inſunt vel perfectiſſimis, ac maximè vitalibus.* Quocirca rerum inter ſe pugnantium eſt conflictio, ſtatuere nobiſcum, menſis *Octavi* fœturam perfectam eſſe atque maturam, ſed abortivam ac minimè vitalem; partui enim perinde adverſatur abortus, ac mors vitæ, omniſque imperfectio, aut immaturitas æquè necis cauſæ putandæ, atque iis oppoſita vitæ fontes cenſendi; ſiquidem partus, *ut partus*, idcircò tantùm à naturâ formatur, fovetur, & completur, ut completus & perfectus, *quantùm in ſe eſt*, *modò extrinſeci nihil prohibeat*, oriatur ad vitam, & actû vivat & adoleſcat, vivere ſaltem & adoleſcere queat. Perfecti enim, editique fœtûs propria actio, eſt ipſum vivere. At fœtus, *Octavo* completus excluditur, ὁ σεσηρκωμένος καὶ ὁ παχὺς ἔχων ὑστεραφέως, ἄνοστος ἀφλεπλεκὼς, ἁλομελίη τε καὶ παντοπλίῃ τῇ ἑαυτοῦ ἀρτιθεὶς, *carnoſus, atque ſuam craſſitudinem habens opimam atque ſalubrem, omnibuſque ſuis præditus membris, & omni velut armaturâ ſua inſtructiſſimus*; ſuàmque σύγκλισιν ſeu πλειογονίαν, quam πλειότητα, πάχος, παχύτητα καὶ πλείωσιν vocitant, plenè nactus. Corpore enim ſolidô eſt, plenô, ſucculentô, abſolutô, ſymmetroque, imò πλειοτάτῳ καὶ ἰσχυροτάτῳ, *perfectiſſimo atque robuſtiſſimo*, ut dixit divinus Senex. Quidni igitur vitalis? *Natura* quippe, *nihil fruſtra facit:* ſi itaque hominem ſeptimô & *Octavo* perficere valeat, cur illius edi-

1 Septimeſtres vitales eſſe, in vim perfectionis quam adepti ſunt: Ergo & Octimeſtres fore vitales, quia non modo perinde completi, ſed & maturiores.

editionem in longiores distrahet moras; curve conceptum suum, *jampridem suis numeris absolutum*, non egeret *Octavo*, sed tenebricosô carcerê insontem angustè coërcebit lorô revinctum? Quin æquiùs ille, Δι' τὸν πλεόνων ἐξέχετω καὶ μεταβάλλ' τὸν ῥῆνησιν ὡς ἔχων τὰ ἑαυτῦ, [1] ἡ λύεται ὑπὸ τῦ δεσμῦ, *propter suum complementum, ac suam perfectionem absolutissimam ex uterinis demigrat locellis, & sese latebris illis & custodia subducit*, atque sic

Colla jugo erumpit, abruptaque lora relinquit:

Fœta inter hæc, *suas partes tenens*, ipsum, *ceu gravans nunc onus*, excutere gestit; ambòque luminaria majora, suis viribus maturatum eum accelerant *Octavo*, evocantque vitâ donatum. Sic, Gratiis hisce tribus, votis iisdem concorditer aspirantibus, felix *enascitur*, *atque oras in luminis exit.* Nequaquam igitur exclusio isthæc *Octavo* aberratio est, aut hallucinatio naturæ male moratæ, sed laudabiliter statoque momentô agentis opus; ubi namque fœtû pleniorî atque maturô, [2] *ceu graviorî sarcina* matrix oneratur, suum laxat orificium internum, *antea quam arctissime concluſum*, totisque nervis insurgit ad expulsionem hospitantis puelli; nec uterus modo, sed & membranæ, plenissima calcitrosi fœtus maturitate distentæ, hiant, crepantque, *siliquarum ritu maturiori semine ingenito dehiscentium.* Fœtus imprimis, *qui in dies invalescit*, *maturaturque*, pelliculas istas, *quibus involvitur*, calcitratu dirumpit, & in uterinam cervicem sese devolvit. Hinc, & fœtu trudentê, & appellentium aquarum alluvione, expleta quasi & nauseabunda vulva patescit, fœtumque *Octavo* explodit, inoffenso prorsus regularis Naturæ ductu. Quem etenim, *amico prius complexu*, fœtum continebat uterus, eundem nunc, *ceu molestum hospitem*, ejicit, partim quoniam plenius distendi recusat; partim quia pondus supra vires

1 Partus causæ.

2 Partus quo pacto fiat?

vires continentis esse cœpit; partim denique ob morsus & incentiva tum calcitratu validò, tum aquis, diutina mora acriusculis, mordacibusque.

[1] Illo negotio confecto, peroremus tandem, *Octimestri* æque rectè ac Septimestri & Nonimestri, sua esse præfixa, constitutaque tempora; nec ineptè inferamus eum excludi, vel ante diem Nonimestris, vel à die [2] Septimestris; sed præstituta die, limitataque periodo prodire; præsertim, cum sit consummatior, atque nervosior ipso Septimestri, *utpote altero mense provectior:* Nam quandiu moratur in utero, in eodem tamdiu nervos contrahit, isthæcque ejus mora satis superque determinata est ut ei robur conflet. At *Octimestris* ducentorum quadraginta dierum diutius inhæsit in natali solo, diutiusque nutritioni fuit addictus, [3] (*quatuor enim septimanis, binis cum diebus, ternas Septimestris hebdomadum decurias transcendit:*) Majus igitur, consummatiusque robur nactus est, validior ergo, ac potiori vita donatus. Nam, *juxta Logicorum Maximas*, si quod minus videtur esse, est, id quod magis videtur esse, erit. At Septimestris minus videtur esse posse vitalis, attamen vitalis est. Ergo *Octimestris* vitalis erit, idque ob rationem superam, Dictatoris rescripto fulciendam, *ne, sine lege loquentes erubescamus*; παιδίον ἐν τῇσι μήτρῃσιν ἐὸν, ἐγκρατὲς μᾶλλον γίνεται, *puellus magis ac magis roboratur, quandiu nidulatur & alescit in utero.* Qui enim aliter fieret, cum inibi, tepido in nido degat, nutritioni totus incumbens; at à pleniori nutricatione majus sano robur. [4] *Octimestris* igitur vegetior est, torosiorque ipso Septimestri, solidioribus enim, compactioribus, ac ulterius formatis est artubus, caloremve natura sua inten-

1 Octimestrem, suâ periodô nasci.

2 Octimestrem habendum esse, magis vitalem quàm septimestrem.

3 *Reclamante licèt Conciliatore, differ.* 49

4 Sano, dixi, *impura* enim *corpora, quò plus nutriveris, eò magis læseris.*

intenſiorem & extenſiorem habet. Minoribus tandem, à perfectiore & magis ordinaria pariendi periodo, *nono ſcilicet menſe*, paraſangis diſtat. Medius denique, Septimeſtrem inter & Nonimeſtrem, alioſve provectioris ævi, longe conſummatos atque vivaces, conſtituitur. Eorum igitur cum perfectionis, tum vitæ pleniſſime conſors; Natura enim, non tranſit, *citra grande offendiculum*, de extremo ad extremum, abſque medio eorum participe, ἔστι γὰρ ὡς ἔχαπον τὸ μέσον ἀμφοτέρων, τὸ μεταξὺ, *quod enim intermedium eſt, utriuſque particeps eſt extremi.* Quæſierim lubens, à quo principio, quæ ſeptimeſtri innata eſt vitalitas, ceſſet *Octavo*, quæ nono redintegretur atque reſurgat? Quid pacatæ iſtius vitæ curſum abrumpat, ac tantam necis cauſam irrevocabilem interponat? An ex improviſo, inauſpicatoque, ipſis incautis, ſuique nimium ſecuris, *vitæ filum reſciſſura*, invidioſe ingruit Atropos? Hoc incongruo minime dato, non eſt, ' quod elumbem, effœtumque, ab incondito; irritoque, egreſſum quæritando, ſeptimi motu, eum obtrudant. Tria enim, *quæ minime fatemur*, ſupponunt. Primo, fœtum omnem ſeptimo inordinatius ſeſe exagitare: Secundo, moveri tunc ad exitum ſibi parandum: Tertio denique, commotione tanta debilitari in tantum, ut ſeminex & morti citimus, eam reapſe incurrat.

PARS ALTERA.

Quæ ſenis articulis concluditur.

1. Triplicem modo prolatam adverſariorum hypotheſin, *ceu directam in Octimeſtres aciem*, rationibus invictiſſimis

1 *Octimeſtrium* vilitate, validiſſime ſtabilita, objectiones refellendæ veniunt.

mis debellat; triplicemque mantiſſam adnexam habet, quæ, *copiarum adinſtar auxiliarum*, ſuperſtites, *ſed palantes*, hoſtes veritatis imperio etiamnum ſubjugat.

2. Pythagoricos numeros calculat, & eos nullo loco, numeroque habendos eſſe docet.

3. Aſtrologica argumenta diluit, ſuoque de ſolio chimærico Saturnum deturbat, atque in exilium æternum relegat.

4. Priſcos Medicinæ Proceres, quadruplicem in ſententiam de terminis formationis, motus, & partus fœtuum diſtractos, catervatim digerit; ſimulque Hippocratis famoſiſſimam illam τῶν Ἐκτόκων, *à tot male Græcis Auctoribus infamatam*, genuino ſuo ſenſui reſtituit; Duplex præterea, Sabini, *pervetuſti Medici*, ſuper ea Sophiſma diſſolvit.

5. Hippocratem, 1. duplici ratione, in eo ipſo excuſare tentat, in quo & illum accuſat, quod ſcilicet à partibus *Octimeſtrium*, quorum tutorem amantiſſimum ſe geſſiſſe debuiſſet, deflexerit. 2. Galenum, *de Octimeſtribus licet per tranſennam locutum*, noſtras in partes pellicit.

6. Tandem, *Octimeſtres* fœtus vitales eſſe acriter quidem propugnat, verum, nonimeſtribus prærogativam cedit: ac demum, *Octimeſtres* dirimit in eos, qui nutu ſuo ex uteri latebris in apertam lucem erumpunt; & eos, qui cauſa quapiam, vim ipſis inferente naſcuntur. Priores felices & fauſtos autumat; alios vero, infortunatos & inauſpicatos reputat; illincque tandem perorat: *Omnem marte ſuo naſcentem* Octimeſtrem *eſſe vitalem.*

ARTICULUS PRIMUS.

Recte Sennertus gravidarum teſtimonium inclamat, certior ut fiat, Embryonico de motu; nulla enim potiori diſquiſitione id aſſequi datur. Ipſæ igitur utero gerentes, rerum, quæ & in ſuis geruntur præcordiis, & acrem oculorum

rum obtutum effugiunt, fidiſſimæ Nobis ſint internuntiæ. [1] Percunctemur omnes ad unam, fidejubebit nulla fœtum ſuum incompoſitius motitari ſeptimo, quam reliqua, *à media geſtatione*, temporis intercapedine. Sed ſi is motus tantus eſt, fœtum ut enecet, qui obtingit, matres ipſas ut lateat, Nobiſque ſtantes ex adverſo, id ſecreti norint unici? Annon Chimæricis Nos illudere ſtudent? Nam ſemel ac fœtus compagem ſuam completam tertio, vel quarto menſe valentiorem adeptus eſt, movetur & calcitrat, juxta robur quod nanciſcitur. Hinc prout placide, aut irrequietè ſuis in clauſtris degit, ſic hac & illac ſeſe provolvit, atque volutat, membra quoquoverſum impellens, corpus contorquens, ſeſe inflectens, gyrans atque regyrans, undoſo ſuo ſubſterniculo innatans, umbilicalem ad funem alligatus, quo, *ceu loro aut habenis*, ductus, *in equorum quaſi domitus palæſtra*, ſubſilit frequens, ſuique alias crebrioris, alias inſolentioris; alias remiſſioris; alias vehementioris; ſigna dat calcitroſus. Aliquem itaque motum ſeptimo fieri ultro cedimus, ſed eum ſeptimo addictum & peculiare conamen eſſe ad egreſſum conſtanter inficiamur. [2] Cur etenim, qui natura vel *Octimeſtris*, vel Nonimeſtris eſt, definitum ſibi tempus præverteret, ſponteque ſua, & nutu ſuo, exitum ſeptimo tentaret, in idque valentiſſime colluctaretur? Suo namque ſi excidit conatu, *magnis excidit auſis*, & fruſtraneam egreſſionem aggreſſus eſt, ejuſque rectrix Natura, *quæ conſilio quaſi ducitur*, laboravit incaſſum. Si vero prodit in lucem, moriturus illico prodit, utpote infra maturitatem ortus. Ejus igitur ab utero feceſſio, à naturæ tramite deviaret, ac conſequenter, *Natura præter Naturam ageret*, quod contradictum evidens involvit. Dixerim aliter, ſi ſeptimo movetur, aut maturus aut immaturus movetur; ſi maturus, indubie exit ſeptimeſtris & vita-

1 Hypotheſeos confutatio.
2 Secundæ ſuppoſitionis infractio.

vitalis: fruſtra ſiquidem, immò noxiè, maturatum eum, exitû interdiceret Natura, auſpicatum ejus, nonum in menſem protollens adventum. Si immaturus, cur, *denuò inſtem*, natura movet, cúrve eum ejicere nititur, quem ſemel admiſſum, ſinû debet diuturniorî fovêre. Iniqua foret noverca ſi cum fœtibus ſuis præmaturè, & præpoſterè ſic ageret. Annon inſuper rari ſunt Septimeſtres? Septimô igitur, rarenter exitum tentant; abhorret enim moderatrix Natura finê fruſtrari toties. Si rari exitum tentant, pauci ergo perituri ſunt *Octimeſtres*, cùm pauci hanc ſecum necis ſuæ cauſam circumferant effœtas ſcilicet vires atque profuſas, in conamine illô caſſô, *quod fingunt*. Conficiamus ergo, ſeptimi motum, minimè deflectere ab alterius temporis intermedii motû, totiûs enim geſtationis decurſû, *uti retuli*, ſuis motibus infans jactatur in horas, modò pleniùs atque tumidiùs; modò compreſſiùs atque ſummiſſiús. [1] At tantùm abeſt, ut eô enervetur motû, *qui converſio levis eſt, & libratio quaſi fœtûs ab umbilicô pendentis*, ut econtrariò, puellum omnem, jam valentem, atque vividum, plenéque formatum viribus augeat & confirmet, nam *operatio potentiæ perfectiva eſt*. Igitur, ubi primùm fœtui motus aliqualis conceſſus eſt, ſingulis non modò menſibus, ſed & hebdomadis, atque diebus, & horis, movetur fœtus; atque adeò motû ſuô, quam nactus eſt motivam perficit potentiam, eandémque iteratis actibus roborat, & habitum inde vegetiorem contrahit, ad ulteriorem, nervoſiorémque motum, ἡ γὰρ κίνησις κρατύνει, *motus quippe roborat*, ut penitiſſimus crypticæ Naturæ ſcrutator Galenus. *Platonê doctus*, Dictatoriô placitô ſancivit. Sed, *prærogativâ non niſi de Juris redundantiâ cedendâ*, demus fœtum omnem motû ſeptimi in aliqualem incurrere calamitatem, & remporê egêre ut recreetur, an idcirco hæc noxa, uſque adeò infeſta & damnoſa erit, ut omnes ex æquo perimat?

1 Tertii ſuppoſiti reprobatio.

mat? Nónne quiſpiam vivacior cæteris iſthæc impendentia ſibi damna declinaturus eſt, viréſque citiùs reſumturus, atque *Octavô* menſê vividiorê, ac ſpontaneô niſû, viam ſibi hanc in aſpectabilem hominum lucem ſtraturus eſt? Inſuper his, motus etſi quietem expoſcat an continuò quadraginta dies exiguntur ad vires refocillandas? Undenam, *quæſo*, hunc præciſê numerum expiſcati ſunt? An ex abyſſis myſticæ Naturæ reverſi, tantas in moras, libaminê nullô decurtandas, cum eâ pacti ſunt? An piaculum erit fœtui, *nonniſi morte piandum*, hos quadraginta dies morboſos non explêre, ſed morbô illô ſuâ, ceu perperacutô ceu peracutô, ceu ſimpliciter, acutô, confeſtim defungi, ac, vel ineuntê vel mediô, vel exeuntê *Octavô*, vitalitatê ac roborê plenum ſeſe pellere in lucem? Nónne ex ipſomet Hippocrate; de hôc numerô dierum morbidorum ambigitur, οἱ μὲν γὰρ μᾶλλον, οἱ δὲ ἧσσον πονέσι, *alii enim magis, alii verò minùs laborant*, atque ſic alii *ſeriùs*, alii autem *citiùs* reficiuntur. Rurſus, quadragenariô ſi egent integrô vires collapſas ut reſtituant, vel eos penitùs feriari neceſſum eſt, & tandiu quieſcere, ac immotos eſſe, quandiu hæc

Dulcia ſollicitæ, geſtabunt pignora matres,

quod experientiæ diſſonum eſt; aut ſi moveantur denuò, cùm in dies ſingulos validioribus cieantur motibus, conſequens erit, ut vel hiſce identidem ingruentibus damnis obruti ſuccumbant, vel novos æternùm quadraginta dies ad ſuî redintegrationem exigant.

[1] His auctarium adjiciam, omnes Septimeſtres debêre perimi, quia ipſis attritis ac ſeminecibus, *ut aïunt*, novus acceſſit labor, partus nempe, cui ferendo impares occumbent: Priorî enim ſuâ calamitatê ægerrimè depullâ, graviorî hâc inſurgentê, nullô negotiô delendi venirent. Aliàs falſò ſupponunt motum menſê ſeptimô, uſque adeò fœtum enervare, ut

1 Prima mantiſſa.

ut totô egeat quadragenario solê, suas vires ut resumat, sibíque ipse robur conflet aliquod, quò partûs labores sustinêre valeat.

[1] Aliud est & tantæ molis suprapondium, fœminîs [2] *mares citiùs movêri, citiúsque formari*; Κινέεται πρῶτον τὸ ἄρσεν; ἢ πρῶτον πήγνυται, vel cum Philosopho, [3] κινηλικώτατά ἐστι κυούμενα τὰ ἄρρενα τῶν θηλέων, ἐν μὲν γὰρ πλέονι χρόνῳ διακρίνεται τὸ θῆλυ τοῦ ἄρρενος. *Mobilissimi sunt masculi fœtus præ fœmineis, segnior est quippe delineatio, atque secretio, conformatióque fœminea, quàm mascula.* At fœmellæ complures, initiô nonî, vitales pariuntur; multi igitur mares, exeuntê *Octavô*, vel nonô appetentê orientes, vitâ potientur. [4] Nam, cùm ex adductô locô, motus fœminæ tardior sit maris motû, dies circiter sex, & si tempus partûs, sit triplum temporis motûs, & *fœmina* nascatur vel ineuntê, vel mediô nonô vitæ longævæ, quidni pariter & *mas* longævus *Octavô* nasciturus est?

[5] Adverte tandem, summum Hipp. omnes ab illô septimi motû malè affici minimè censuisse; nam, quicunque ægrotat, *inquit*, [6] κατὰ τὴν ἰσχὺν ἑωυτοῦ νοσέει, *pro virium ægrotat modulô.* Ergo, qui neutiquam ægrotarunt septimô, victuri sunt *Octimestres.* Victurus est & qui ægrotavit, [7] ὦν μὴ σφόδρα νοσήσῃ, *si graviter non ægrotavit*; sic namque morbô suô confestim depulsô, integrâ virtutê, *sibi radicali*, vivacissimus prodibit *Octavô.*

[8] Labefactatis, dirutisque singularibus fundamentis illis, reli-

1 Secundum additamentum.
2 *Hipp. de Nat. pueri.*
3 *De Generat. Animal. lib. 4. cap. 6. ubi bina hæc loca, quæ conjunxi, legere est.*
4 *Epid. 6. sect. 8. partit. 8.*
5 Tertium ἐπίμετρον.
6 *Lib.* περὶ γονῆς.
7 *Ex lib.* περὶ ἑπταμήνου.
8 Duûm generûm alii errores refellendi.

reliqua, *ex se jam ruinosa*, collabi necessum est. Pythagoricorum quippe & Astronomorum rationes, ab ipsismet iniquioribus in *Octimestres* Judicibus explosæ sunt, nec est quòd in iis sugillandis fusi simus.

ARTICULUS SECUNDUS.

[1] Res sanè permira, fœtum numeris ita addictum esse, ut fatis concedat nascens *diê Octavî ultimâ*, ita ut inversô Senecâ, *non primus dies, sed ultimus det extremum*, non autem primâ, victurus egrediatur: Perbellè enim inquiunt, *at non probant*, mensem incipientem, aut etiam περιπλόμενον, [2] necdum confectum, sed affectum, censeri completum. At dicant fidê optimâ, quid tantula morula beneficii fœtui contulerit? Egregia sanè diecula, *albô notanda lapillô*, quæ sic vitam impertiat! Si numerorum rationem subducere lubet, imparem unicè numerum in deliciis à Naturâ haberi, intrepidâ frontê reluctabimur: nam *ludentê naturâ par impar*, ἀρπαζόσης τ᾽ φύσεως, hòcque ἁρπασμῷ gaudentê, omnî diê, æquè parî ac imparî, felices obtingunt & crises & partus. Id fidus rerum eventus iis luculenter commonstrat, qui nec fabulis, nec dictis aliorum circumveniuntur. Quem Pythagoreorum fugit, *sextô, qui tyrannus est, multos judicans vel ad salutem, vel ad mortem*, haud insolentes esse crises? Quem rursus latet, decimestres partus longè suetos esse? Pro superpondiô namque, si numerorum vim ullam expendamus, numerus decem, præcellentî nobilitatê cæteris excellit, hunc quoniam numerando semel adeptis, non datur plus ultrà, nisi ad *monadem* denuò referamur, quæ *monas* duplicata, triplicatáve per *dena*, vagatur in immensum. Verùm, ne vel latum

1 Pythagorei brevibus confutantur.

2 Hanc locutionem sumsi ex A. Gellio Noct. *Attic.* 3. *cap.* 16. Malè ergo sciolus quidam, in hæc verba invectus est, quasi malè latina & Cimmeriis tenebris essent obscuriora.

latum unguem à numerô recedamus *Octo*, nónne is quatenus eſt quantitas diſcreta, prorſus otiatur, vi penitùs orbus; aut ſi quâ energiâ pollet, eâ pollet ob perfectionem, quam intra ſe includit, utpote conſtans unitatê, & numerô ſeptem, proindéque Pythagoricis ad *Juſtitiam* dicitur: Primus enim omnium, ſolvitur in numeros pariter pares, hoc eſt, in bina quaterna, ſingulíque quaterniones rurſus bipartitò ſcinduntur in bis bina. Binis igitur quadratis cubis, inconcuſſâ ſtabilitatê ſtantibus, ſolidè conſtat; quatuórque ſimpliciſſimis numeris combinatur, quater ſcilicet duobus, qui duplum quaternarium conficientes, numerum pariunt *Octo*, Naturæ gratum atque tritum. An non tandem, *Octoni menſes ſolares*, numerum ſeptem, quater ac trigeſies, *binis cum diebus*, includunt, ac binos anni terminos explent? Quæ dichotomia eburneô ſtylô notanda eſt.

ARTICULUS TERTIUS.

EXPLODENDI, exibilandique & inſulſi Aſtronomi, cum ſui Saturni imperiô, *Octimeſtribus imprimis*, malè ominoſô. Demus gratuiti, regnantê Saturnô, nullum prorſus malevolum ejus aſpectum eluctari. Igitur, ubi alius Erro, & conceptui & nativitati dominabitur, nulli in vim ſideris *veneficî* atque ἰοβόλῳ, *Octimeſtres lucèt*, iſtud fatale dominium ſubituri ſunt. At alii ſex Errones ſuis ſicut ordinibus regunt, ſic & beant ſub ſe natos; *Octimeſtres* ergo, qui ſub iis naſcentur, vitæ delicias carpent ſecuri. Præterea, cùm ii ſint ſex, omnes παιδογόνοι genitores, præ uno ſaturno παιδοκτόνῳ *infanticidâ*, neceſſariò deducitur, ſexies plures *Octimeſtres*, fatô functis ſuperſtites fore, quàm qui fato concedant. Immò, longè plures, quàm ſexies, tuti ſupererunt, nam reliqui Planetæ cùm ſint magis benefici, magiſque prolifici ipſô Saturnô, indè contingit ut plu-

1 Aſtrologi naſô ſuſpenduntur.

plurimi & concipiantur, & pariantur *Octimeſtres*, ſub ipſis ſingulis genitalibus, quàm ſub unô trucidatorê Saturnô. Sed rurſus, nónne abſurdum aſtruunt Saturni dominium in omnes conceptus, inque natos omnes *Octavô?* Suppono *Hippiam* concipi hodiernâ hâc aurorâ ſub Saturnô; *Calliam* pariter aurorâ concipi craſtinâ, dominatum eôdem tenentê Saturnô; an qui deinceps centeni, & in infinitum milleni, menſibus proximis concipientur, fatali ſubjacebunt Saturno? Quandonam igitur alii Planetæ tenebunt imperium? Quaſi verò, *præ Luminaribus magnis*, mereretur ille ſceleſtus, ſummô imperiô potiri, cæterique Errones, *omnes ad unum*, de cœlô quaſi deducti, nihil aliud quàm Saturni ſolium ſuſpiciant, ac ſupremum veluti Numen adorent? An qui formantur punctô temporis eodem, eodem propterea temporis excluduntur momentô? An non ubi ſexcenti univerſô terrarum in orbe, temporis hôc minutô pariuntur, ex ipſis alii ſunt Septimeſtres, alii *Octimeſtres*, alii Nonimeſtres, alii Decimeſtres, alii demum Undecimeſtres? Quî fit ergo, ut nefandus ille Planeta, nec Septimeſtres, nec alios enecet, ſed *Octimeſtres* unos, qui temporis ipſiſſimô punctô cum aliis orti ſunt, quos ſpirare ſinit? Si qualitatibus maleficis ſeſe à fœtibus abalienat, & inimicatur, omnes ex æquo, non verò *Octimeſtres* cum delectû, de mediô ſublaturus eſt. Rebus deinde hoſtiliſſimi ſideris conſultius foret, tenelluli ac minutuli embryonis primordiis obfuiſſe, quàm provectiorem atque vegetiorem, jámque natum, orbare lucis uſurâ conceſſæ. Sed *æquale crimen eſt, impedire hominem naſci, ac natum interficere.* Pariter itaque foret homicida Saturnus, primum Noſtrî germen ſi ſuffocaret, ac pullulans illud ſi perureret.

Rem expeditiùs exequar, ſi profiteor, qualitates ejus deleterias è Sapientiorum Scholis ſibilô, cachinnóque exceptas, jam pridem exulaſſe: quin imò, ejus beneficæ, Poëticis encomiis, aureô ſeculô altum intonuêre. Superſunt igitur, idem in exilium ejiciendæ, Saturni *frigiditas* atque *ficcitas*, quibus, vitæ adverſis, naſcentes, ac vixdum natos *Octimeſtres*

ſires extinguit. Etenim, nónne permulti validis vitæ principiis dotati, hoc eſt, valentiſſimis calorê nativo, & humore radicali perfuſi, repugnantes illas Saturni vires repriment atque domabunt? Quod ſi uſque adeo laudabilia vitæ principia minime nacti ſint, nonne qui ex ipſis, æſtate vigente, & urente Sirio naſcentur, calore tanto cœlitus adjuti, inimicas illas Saturni qualitates ita repreſſuri ſunt, ut *Octimeſtris* æſtivus vivacior ſit futurus Nonimeſtri brumali? Denique, an non temperatioribus noſtris in Climatis, calidior & humentior aeris conſtitutio *Octimeſtribus* favet, eoſque tutatur funeſtibus ab illis Sideris peremptorii viribus? Nati itaque ſub Saturno, non omnes primum ſimul cum extremo diem ſuum clauſuri ſunt, ſed debiliſſimi quique, rigentiſſimaque hyeme ſati. Verum, generalius liquet quam abſonum ſit, cuilibet [1] *Octimeſtri*, nondum formato, ſed bullanti adhuc, vixdumque ſalienti, veneficum præeſſe Saturnum, *Octavo* rurſus menſe, *ubi fœtus idem, carceris ſui fores perrumpens, prodibit in lucem*, lethifero potiturum Imperio. Vita deinde, medio ſtat plurium in cauſarum concurſu, nec uni infido atque truci Saturno creditur.

Vident ergo, contrariæ ſententiæ fautores, nec ſui eſſe diſpenſare dominia cœleſtium globorum, in hæc infima, nec cœleſtes Orbes, litem inter ſe movere, aut de moderandis regni habenis, aut de illis, vel Saturno committendis, vel eidem ſubducendis; ſuis quippe luminibus, inoffenſo, nec uſpiam interrupto curſu, hanc viciſſim fermentant, fœcundantque terrarum molem.

ARTICULUS QUARTUS.

JAM itaque, lucidiora Aſtrologorum dogmata altiſſima nocte videor involviſſe: mea nunc intereſt, ſtando promiſſis,

1 Hominis primordia ex bulla & puncto ſaliente.

missis, liberare fidem, & *quadruplices* [1] Hippocrateos, super partus periodis, proferre *Majores*, qui meæ de *Octimestrium* vita sententiæ facem præferunt lucidissimam. Aliis igitur, *inquit Hippocrates*,

[2] Ἐς τύπωσιν λὲ, ἡέλιοι, sive dies 35.

Ἐς κίνησιν ο΄, sive dies 70.

Ἐς πλειότητα σί, seu dies 210 hoc est, tres hebdomadum decades, seu septem menses tricenarii: Solares enim, aliquot minutis, dies triginta superant, quod notes velim, ne quis argutulus, ἀκριβολογῶν, dictis te subducat.

[3] Aliis, ἐς μορφὴν μὲ, seu 45. dies.

Ἐς κίνησιν ος΄, seu 76. dies.

Ἐς ἔξοδον σί, seu dies 210.

[4] Aliis, ἐς ἰδέλω ν΄, seu dies 50.

Ἐς πρῶτον ἅλμα ρ΄, seu 100. dies.

Ἐς πλειότητα τ΄, seu 300. dies, hoc est, menses 10. exacti.

[5] Aliis demum, ἐς ἀγκεισιν μ΄, seu 40. dies.

Ἐς μετάβασιν π΄, seu dies 80.

Ἐς ἔκπωσιν σμ΄, sive dies 240. qui terminus *Octimestrium* est, octies enim triginta dies, numerum explent ducentorum quadraginta dierum vitalium, ut hæc Veterum sententia luculentissimam fidem facit.

Consilii totius rationem exponam. Subolebat mihi ab ipsô liminê, enorme hoc nascendi tempus, cujus causas, *spartam ornaturus sedulò*, *quantùm in me fuit*, perveştigavi: Nunc meminisse juvabit supremum Legum nostrarum Sancitorem exigere Medicum [6] πρὸς λόγος αὐξὸν, *verborum copiâ, & leporibus*

1 Veteris ævi Proceres, quatuor in partes secedentes, ponuntur in mediò seorsum, *ex Hipp. lib. de Alim.*

2 Turba.

3 Turma.

4 Cohors.

5. Et postrema amplectenda Secta, contentionis æstuosissimæ licèt auctor.

6 *Lib. de dec. ornatu.* Hippocratem juvit terminorum varietas, quibus non minùs dexterè, quàm gratè simul & eruditè, pro re natâ usus est.

poribus atque gratiis affluentem: Sanctionis ipſe tantæ memorabile exemplar, orationis & varietate & venuſtate, ſeſe præbet, dum variis hic terminis, *ſignificatu pollentibus eodem*, delectatus eſt. Res tota, in opimam hanc ſegetem demetendam mox immiſſa falce, magis perſpicue pateſcet. En nimirum Hippocrates quater loquuturus de *figuratione*, *conformatione*, *delineatione*, ac *diſcrimine*, partium embryonis, quatuor ſignificantiſſima verba, *quæ eodem coincidunt*, uſurpavit. Τύπωσις quippe, quam alias τὴν πρώτην πῆξιν nuncupat, in eandem nominis ſignificantiam cum μορφῇ, ἰδέῃ καὶ διαγραφῇ revolvitur. Sic, quater expreſſurus *motum*, ſive *ſaltum*, vel *trajectionem*, & ſedium *mutationem*, ac *migrationem* quaſi fœtus ab una uteri parte in aliam, bis uſurpavit τὴν κίνησιν, cui ejuſdem ſignificationis bina alia ſubjunxit, τὸ πρῶτον, δηλονότι, ἅλμα καὶ μετάβασιν. Tandem, *exitum* & *egreſſum* infantis ab utero, ſeu *partum naturalem*, & *à matre ſeceſſum*, quater quoque expreſſurus, bis revocavit in uſum, τὴν τε ἐμβρύου πλειότητα, *perfectionem fœtus*, quia partum illam neceſſum eſt conſequi, *uti plenius mox innoteſcet.* Illi porro *fœtus perfectioni* τὴν ἔξοδον combinavit univoce, exitus enim infantis ab utero naturæ ſymmetræ [1] periodicis ſanctionibus gaudet, proportionantis triplo tempus partus ad tempus motus. Binis autem illis τῇ πλειότητι καὶ τῇ ἐξόδῳ tertiam ſynonymam ſubdidit τὴν ἔκπλωσιν ſcilicet, oſcitantium interpretum ſcandalum & offendiculum, [2] Miſſis multorum quiſquiliis, quibus hanc illo ſuper verbo litem inſtructam conſpurcant, τὴν ἔκπλωσιν rite & concinne ab Hippocrate, ſagaciſſimo ſuæ mentis acumine rei naturam penitiſſime contuente exaratam profitemur. Nam, haud ſecus ac fructus ab arbore pendens, maturitate plenus atque diſtentus, extremo ſuo retinaculo, ſeu pediculo, a ramo, *cujus nunc*

1 Hoc dogma bis tetigimus è libris Epidemicis erutum.

2 Η ἔκπλωσις, quid ſignificet, an *abortum*, an *excluſionem fœtus naturalem* expenditur?

nunc pars fuit, prolapſurus humi, ſeſe ſua gravitate ſejungit atque liberat; ſic fœtus, maturitatem octavo, *ſeu terminum aſſecutus*, ab utero, cui, *ceu caudici adhæſit*, laxatur undique, ſponteque labitur, vel, ut cum Hipp. dicam, ἐκπίπτει, *cadit*, *decidit*, idque natura nequaquam violata; ipſa namque naturalem illum *caſum*, ſive *partum*, promovet ac etiam accelerat: Quem etenim, ut indigenam & conſanguinalem, ſecum modo connutriebat, eundem nunc, ceu alienigenam atque hoſpitem ablactat, ſemovetque; Imo, ceu gravans & inutile pondus excutit. Ἔκπωσις itaque, ſive *caſus* atque *prolapſio*, idem hic ſonat ac τελειότης, ἢ ἔξοδος *perfectio*, & *exitus*, quæ naturali tantum & maturo, vividoque fœtui vere quadrant. Hanc veritatem illuſtro [1] Galeni contextu, ubi loquens de partu naturali, τὸν ἔκπωσιν uſurpat, *lapſum* ſcilicet, ſive *lapſionem*. Meridiana luce clarius igitur eſt vocem illam apud Græcos optime audiviſſe ad *partum mere naturalem* deſignandum.

Quid itaque ſuo ſuſurro male erudito, Nobis obganniunt, [2] Hippocratem *ibi loci Octimeſtribus* inimicari, cum econtrario, nuſquam amicior, vitales eos nuſquam expreſſius ſanciat; his namque quatuor in recenſendis modo prolatis ſententiis, totus eſt in naturali, tritaque naturæ periodo, ſive totus eſt in illis enarrandis, quæ natura bene morata contingunt. Ἔκπωσις ergo, nequaquam *abortus* audiat, ut perperam vertunt. Nec ſuum Nobis inargute Sabinum, *Ialemô frigidiorem*, textum Hipp. illum lævam in partem [3] (*ſupinum ut ſuum errorem, à tanti Judicis ore & criminatione tutetur*) detorquentem obtrudant. Nuſpiam etenim Sabini verba, in Hip-

1 *Lib.* 15. *de uſu partium.*

2 Hip. locum præſumptum *ex lib. de Alim.* Octimeſtrium vitalitati favere.

3 Sabinum, toto erraſſe cœlo, inter exponendum huncce Hippocratis decantatiſſimum locum.

Hippocraticis aut excuſis, aut MSS. Codicibus, legere eſt. Sed ea qualia leguntur, *aureo licet exarata ſtylo*, ſupine ac oſcitanter à Sabino, *ejuſque ſequacibus*, lecta ſunt. Et illinc profecto mirari minime ſubit, tot Viros etiam graves, *ſpecie recti deluſos*, ab illo Sabino, *ceu ab igne fatuo*, in avia quæque deductos, ac in illud erroris barathrum miſerè devolutos, combinando nimirum ſejungenda; & ſejungendo combinanda; nam quod ſubtexuit Hippocrates, [1] οὐκ ἔστι, ἢ ἔστι, *non eſt, & eſt*, indocte copulant cum præcedenti clauſula ſumma, quaſi legeretur ἐκτάμιῳ γὰρ γίνεσις οὐκ ἔστι, ἢ ἔστι; *Octimeſtris proles non eſt, & eſt. Eſt* quidem, quia modo nata; *non eſt* vero, quia jamjam peritura. Unde eliciunt, perinde eſſe noſci *Octimeſtrem*, ac non naſci; quid enim juvat, *terris tantum oſtendi*, vel lucis uſura frui tam conciſa. Nobis vero, *quos ſuper hac re*, *Mercurius* benignior *afflat*, verba iſthæc, οὐκ ἔστι, ἢ ἔστι, integrum complent ſenſum; quod ſi aliis conjungenda forent, ſequentibus, non vero præcedentibus copulanda venirent. Illis etenim optimo inſtituto docet Hippocrates quamlibet de quatuor opinionibus à ſe prolatis *eſſe*, & *non eſſe*, ſeu *interdum veram eſſe*, *interdum vero falſam*, quod noſtra naſcendi tempora ſint enormia. Circumciſiori verborum brevitate, dialectice dixerim, quatuor illas propoſitiones non eſſe *Neceſſarias*, ſed *Contingentes*, aliaſque ita *contingere*, alias autem *non ita*. Hac anſa porro capiendum venire Hippocratem evincimus ſequela, qua monemur illos Naturæ terminos multifarios eſſe, ac pro multimodis ſui partibus, *figuratione*, *motu* atque *partu*, vel protolli, vel decurtari. Quoquo autem modo id eveniat, *inquit Hipp.* nec multum haſce Natura periodos prætergreditur, nec multum infra ſubſiſtit, ſed tota hiſce veluti carceribus limitata, & coercita metis, ſtadia ſua tanquam in decurſorio emetitur, [1] γί-

[1] Sabini duplex ſophiſma, *compoſitionis* unum, *diviſionis* alterum, ſolvitur.

γίνεται δὲ ἐν τούτοισι ἢ πλέω ἢ ἐλάσσω, ἢ ὅλον ἢ καλὰ μέρε, οὐ πολὺν δὲ πλείω, ἢ ἐλάσσω. *Isthæc autem*, (figuratio nempe, motus & partus,) *intra tempora contingunt vel longiora, vel breviora, & ex toto & ex parte, non multum autem vel seriora, vel citiora.* Sic alibi verba faciens de prima embryonis configuratione, quæ aut quadraginta duobus, aut triginta diebus fit, ὡς γὰρ, subdit, ἐπὶπολὺ ξυμβαίνῃ, ἐν τετέῳ τῷ χρόνῳ, ἢ ὀλίγῳ μείονι, ἢ ὀλίγῳ πλείονι ταῦτα διαρθρῶσθαι. *Obtingit quippe vulgo partes intra tempus illud vel paulo brevius, vel paulo prolixius delineari.* Ibidemque loquens de *formatione* & *motu*, eundem inculcat multivagum naturæ cursum, ὡς δὲ γὰρ, habet, ἐπὶτοπλεῖστον ξυμβαίνει, *id enim, eo modo ut plurimum accidit.*

ARTICULUS QUINTUS.

Nec, *quæsierim*, operosa manu Hippocratem versato, ut ipsum ab hac, quam Nobis edicit, Priscorum sententia dissentientem exprobres: si namque Octimestribus fuit infensus, id circunspectè, ac prudenter egit, scenæ ut inserviret. Genium enim noverat Græcarum mulierum, quas de *Octimestrium* morte contestatur, quæ [3] ὅτ' ἔργῳ, ὅτε λόγῳ πείθοντο, nec rerum eventibus ullis, nec rationum ullo pondere ab adamata mente dimoventur, sed à se notata venditant & obstinate tuentur. Hinc, quoniam penitissimis earum medullis præconcepta isthæc de *Octimestrium* calamitate jam olim insederat opinio, ut superstitem omnem *Octimestrem*, matre inscia conceptum dejerarent, noluit Vir prudens & cau-

1 Verba hæc indissolubili nexu copulantur textui è libello περὶ τροφῆς, mox in medium adducto.

2 Cur Hippocrates a partibus Octimestrium secesserit. *Ratio prima.*

3 Mulieres, nec re & effectis, nec ratione suaderi, sed suarum opinionum esse tenacissimas. *Lib. de Sept.*

cautus, adverſis cum maris fluxu, tum vento, explicare vela, ſeque æſtuoſo, ac procelloſo permittere mari. [1] Tantæ interim experientiæ, tantæque auctoritatis, ac tantæ fortitudinis Virum decuiſſet, ſua fretum μεγαλοψυχίᾳ καὶ τῇ ὑπεροχῇ θείᾳ, *magnanimitate, ac præſtantia* quadam *divina* protritæ illi, atque commentitiæ, quæ vagabatur opinioni, ex adverſo conſtitui. Sed cum in Græcia plurimos cerneret Libitina deciduos, dum in Ægypto triviales obambularent, præcocis illius exitii cauſas ſedulus indagat, & binas illas eſſe putat κακοπαθείας, à Nobis elevatas, quas identidem perpeti haud ſuſtinent tenelluli Fœtus.

[2] Aliud etiam rei momentum Hippocratem impulit, ut eo loci Octimeſtribus minus faveret, *numerum* quippe *ſeptem* impenſe laudaturus, evincere aggreditur, [3] ἀνθρώπου αἰῶνα ἑπτάμερον εἶναι, καὶ ἕκαστα ἐν αὐτῷ, ἐν ἑπτὰ διοικεῖσθαι, *hominis vitam dierum numero ſeptem circunſcribi, & omnia in Nobis per ſeptenas periodos diſpenſari.* Grave idcirco pondus dictis acceſſiſſe ſecum reputat, ſi *Octonarium* extenuet, natoſque *Octavo* repudiet. Verum, ubi rem ex profeſſo divulgat, *Mulieres in geſtatione putanda univerſe falli*, ad ravim uſque proclamat: Cur itaque, eas tantum deceptas ſuſpicioſe & criminoſe dicunt, [4] quæ vitales *Octavo* fœtus ſeſe enixas eſſe jurejurant, illas vero minime deluſas, quæ hoc ipſo menſe præſentaneam [5] Parcarum prædam excluſiſſe rentur. Dicam ego, vicem rependens, tota eas errare via, quæ nono putant parturiiſſe vitales, quos *Octavo* peperere. Equidem ſancit *Medendi Conditor*

1 Hippocratem oportuiſſet, Octimeſtrium eſſe Patronum intrepidum. Loqui cum vulgo, ipſi fas erat, ſed cum ſapientibus non ſcripſiſſe, fuit culpa grandis.

2 *Ratio ſecunda.*

3 *Lib.* περὶ ἀρχῶν.

4 *Lib. de nat. puer.*

5 Ineptum eſt aſſerere eas duntaxat mulieres in ſuo computo decipi, quæ vivaces Octimeſtres ſe enixas eſſe dictitant. *Lib. de Sept.*

ditor Artis, illicitum esse ἀπιστεῖν γυναιξὶ περὶ τῶν τόκων, *fidem circa partus mulierculis detrahere*; sed Edicti sui veritatem labefactat, & propudiosis materculis fidem derogat omnem asserentibus sibi viduis undecimestres natos esse. [1] Quidni igitur fidem tot puerperis non detraheremus, quæ præjudiciis occæcatæ, Octimestres sibi putant ereptos, præsertim cum eæ sint, [2] *confessore Hippocrate*, ἄπειροι τούτων τῶν λόγων, καὶ τῶν πραγμάτων, *ratione rudes*, & *rebus inexpertæ*. Ne itaque easdem in ansas, cum [3] *Bonaventura* veniamus, neve ipsis φιλιπποκρατείοις *Hippocratis amantibus* fucum faciamus, largiamur quod res est, *Dictatorem* nempe *Octimestribus male ominosum* * *fuisse*. Sed ejus Manes, *quanquam infra vota nostra*, februabunt Galenici Genii, legere quippe est, [4] τοῖς παιδίοις ὑπογίνεσθαι τὸ γάλα, ὅταν μάλιστα τέλειον ἤδη τὸ κύημά ἐστιν· [5] ac rursus, πλειοσθένλων τῶν ἐμβρύων καὶ τὸ χρυσᾶν ὥραν ὑποβαλόντων, σωσεξαίρεσθαι τὰς τιτθὰς τῆς ὑστέρας. Rursus tandem, [6] μαθῶν ἀναίμων τε καὶ λευκῶν ὄντων; τὸν οἰκεῖον χυμὸν πλεῖον ποιοῦσιν, ὅταν ὑπαρρέῃ τροφὴ πλείων ἐν αὐτοῖς; πλείων δ' ὑπαρρεῖ τοῦ ὀγδοον μιᾶς τῆς κυήσεως. Achilleum exinde argumentum formato, *Lac gignitur in mammis*, *ubi fœtus perfectus est*, *pariendique tempus instat*. Atqui *lac gignitur Octavo mense*: *Mense* igitur *Octavo fœtus perfectus est*, *pariendique tempus instat*. Præmissarum utraque ex fœcundissimo pectore Galenico deprompta est: Igitur & conclusio ex illis elicienda. Jam si fœtus perfectus est *Octavo*, instatque ejus partus hora, maturum illum, ac *vitalem*, prodire, nemo sanæ mentis, nisi contumeliosus & per-

1 *Lib. de nat. puer.*
2 *Ibidem.*
3 Is enim perfracte & falso, imo putem & mendacitèr, asserit Hipp. Octimestribus esse ubique amicum.
* Vid. Præf. pag. 86.
4 *Lib.* 14. *de usu part.*
5 *Ibid. paulo infra.*
6 *Comment.* 5. *in Aph.* 39.

pervicax, inficias iturus eſt, [1] ἅμα γὰρ τότε παιδία γόνιμα, καὶ τὸ γάλα χρήσιμον, *tunc enim infans natalis fit, cum lac utile incipit eſſe.*

ARTICULUS SEXTUS.

[2] Quod ſi inſtes, vitales quidem *Octimeſtres* eſſe, ſed Nonimeſtribus ipſis minus vivaces, tuam in ſententiam, *ſupero Philoſophi ductu*, cui τὸ ὀκτάμηνα ζῇ, ἥδιον δὲ, *lubens ſum iturus.* Evicimus enim, longe alacrius ætatum ſtadia eos decurrere, qui ſuis in uterinis præſepibus *nutricatui & robori intenti*, diutius ſtabulati ſunt. Huic ex *ipſiſſimo puteo erutæ* [3] veritati ſymphoniaci Polybus atque Diocles, rerum haud inſipidi delibatores, τὸ ὄγδοον μῆνα ἅπασι γόνιμον, ἀπονώτερον δὲ πᾶσι. *Menſem Octavum genitalem agnoſcunt, ſed quadantenus debiliorem.* Sic Philoſophus ipſe, acerrimus Octimeſtrium vindex, prolatorum in hujus Diatribæ veſtibulo rite ſciens, [4] πονεῖσιν, ait, αἱ γυναῖκες μάλιστα τὸ μῆνα τὸ ὄγδοον, καὶ ἐὰν διαφθείρωσιν ὀγδόῳ τῷ μηνὶ, τὸ ὀκτάμηνα ἐκ ζῇ. *Menſe præſertim Octavo mulieres ægrotant, atque adeo fœtus ſuos Octavo ſi excludunt, Octimeſtres illi nuſquam vivunt.* Ejus circumciſus interpres Plinius, *Gravidis*, inquit, *Octavo menſe maximus labor, lethaleſque in illis abortus.* Quibus mehercle, ambo hi primæ meæ aciei Primipili, necem *Octimeſtribus* inferri volunt. At ſoſpites illos prius tutabantur. An una ipſi fronte tutelarii, altera vero ſicarii benevoli? Apage tam perfidos homicidas, qui ſic doloſe ſuas movent tragœdias, & hoſce poſt ſiparia trucidant, quibus propalam, & tam clare, modo plauſerant. Hinc memet ut expediam, nec in eo quod ex-

1 *Ariſt. hiſt. anim.* VII. *cap.* 5.
2 *Loco nempe citato ex* 4. *de gen. anim. cap.* 4.
3 *Apud Plut.* 5. *de plac. Phil. cap.* 18.
4 Genuinus eſt ſenſus fuſioris textus è 7. Hiſt. Animal. cap. 4 eruendi.

expeditum eſt, *ceu in ſcirpo*, nodum quæram, totam ego litem componam, ac ſecum ad ſpeciem diffidentes, in gratiam reducam, duplices (*colophonem additurus*) Octimeſtreis ſub oculis ponendo, *Eſſentiales* alios, ſeu [1] *Spontaneos* & *Per Se*, qui nempe, ſemine quod ſponte ſua, (*modo nihil obtigerit inauſpicati*) Octavo menſe matureſcit, ſati ſunt: *Accidentales* alios, ſeu *Symptomaticos*, *& ex Eventu*, ſeu *à Caſu*, qui nimirum propter vim externam interturbatæ naturæ offendicula ſunt, atque ſcandala. Tales etenim fœtus immaturi ſunt, & ante tempus à natura præſcriptum, impulſore male proſpero, præmature depulſi. Fide igitur indubitata, partus omnis, a ſanis vegetiſque parentibus prognatus, ſeſe *Octavo*, unius naturæ inſtigatione pellens in lucem, ſalvus & incolumis reputetur, quantum ſcilicet ſpectat ad vim Vitalitatis à partione ſoboleſcentem; nam aliunde quid vetat ipſum concedere fatis, pari infortunio ac vel ſeptimeſtres, vel etiam nonimeſtres. De his ſpontaneis *Octimeſtribus* priora, felicia-que & fauſta, atque vitalia Scriptorum Placita leguntur. At ubi contraria vice, criminoſoque eventu, regularis, ſtataque partio diſturbatur, quid mirum, interruptæ ac violatæ naturæ fœtum, *Octavo* intercidere? Intercidit & univerſe, nec uſpiam ſoſpitatur vi ejectus. De his ergo poſteriora, damnoſaque & peremptoria, in miſellos *Octimeſtres*, à morte redimendos, Decreta, quotquot ea ſint primitus expedita, promulgantur. Qui itaque, ut reſumam ſimul & perorem, ex ſeſe, & cauſis internis, nono naſciturus eſt; aliunde & extrinſecus, *Octavo* ſi paritur, inauſpicato & ominoſe paritur. At quilibet *Octavo* naſcens, à principio ſibi interiori, omnibus externis, (*quæ malis avibus advolant perſæpe*) procul ſemotis, fauſtiſſimo ac auſpicatiſſimo partu, ſanitate ſarta, tectaque excluditur. Hanc frugiferam ſegetem ex Hippocrateis arvis lætus demeſſui, [2] ὅσην σιν,

1 *Hipp. de nat. puer.*
2 *Epid. 6. ſect. 8. aphor. 6. & Epid. 2. ſect. 3.*

σιν, inquit, ὐδὲν ἔσω τᾶ πταγμένα χρόνα ἑκάσῃσι τὰ τικτόμενα ζοπόγονα γίνεπω. *Quibus, partionis intra limitatum tempus ſiniſtri nihil accidit, Vitales ſingulis illis partus contingunt.* Summis igitur cautionibus ſibi proſpiciant gravidæ, nocivis ne ſuis pueruli maturitatem prævertant. Maximæ quippe molis eſt fœtum, frivola ſatum origine, propitio enixu in lucem promi. Is enim, ludicræ fortunæ & alumnus & partus, ventris alveo concluſus, ſexcentis in horas caſibus, veluti fluctibus, obvius eſt. Uſque eo deplorata ſunt ejus primordia, ut inconſtans illa ludibundæ unius arbitrium matercula, ad omnia præceps, repentina ruina ſubvertat.

[1] Amota igitur omni opinione præjudicata, compertum fiat animis temperatis haud inſolentes eſſe longævos *Octimeſtres*. Experimentis gravia ſuffragantur rationum momenta, quæ non modo hoc ipſum dogma ſtabiliunt inconcuſſum, ſed ei in ſpeciem adverſa, funditus evertunt. Auctoritatibus tandem, ſi lis dirimenda, aut jurejurando controverſia diſtrahenda, an non Juridice *Hippocratis Majores & Coætaneos*, ejuſque Nepotes inſuper plurimos, *Ariſtotelem*, *Cæcilium*, *Aſclepiadem*, *Plinium*, *Plutarchum*, & *Galenum*, cæteroſque complures, optimis auſpiciis, veridicos fatorum augures, fidoſque Nobis *Octimeſtrium* vitæ & ſponſores & fidejuſſores, toti tumultuariæ in *Octimeſtres* furentum turbæ fortiter oppoſuerimus. Huic igitur *Experientiæ*, *Rationis*, & *Auctoritatis*, veluti ſacratiſſimo *Tripodi* fatidicæ ſuperpoſitæ *Phœbades*, genuina φῶτα βίᾳ, veriſſime vaticinabuntur,

Omnem ſponte naſciturum Octimeſtrem
fore vitalem.

1 Epilogus.

FINIS.

CAROLO DRELINCURTIO

PETRUS DE VILLEMANDY

S. P. D.

Ultro quidem, *Vir Celeberrime*, officioſiſſimam illam & ingenioſiſſimam, quam nobis miſiſti Doctiſſimi *Bocharti* Epiſtolam, nonnullis aliis, quibus noſtra Operum ejus Editio ornata eſt, ſubjeciſſemus, ſiquidem ſummi illius Viri eruditio, ingenium, candor & judicium in ea non minus eluceant, quam in reliquis; ſed tardius certe nobis eſt tranſmiſſa ut convenientem poſſit inter eas ſitum obtinere; forſanque congruentiorem ſortiretur, ſi *quintam* libelli tui, quam plerique deſiderant, *Editionem* curares, frontique præponeres. Ut ut ſit, remitto ex Auctoris autographo fideliſſime deſcriptam, *Latinoque idiomate donatam*, expectans quid ea in re nobis ſis præſcripturus. Interea Vale ut mereris.

Lugduni Batavor. 17. *Kal. Aug.* 1692.

EPISTOLA BOCHARTI.

Quanquam ex nomine literis tuis ſubſcripto non intellexiſſem, *Vir Clariſſ.* te eſſe *Celeberrimi Drelincurtii* filium, id continuo ex eruditiſſimo & elegantiſſimo, quem ad me de *Octimeſtri partu vivaci* dediſti libello conjeciſſem, in quo perſpicue adeo digniſſima Illuſtriſſimi hujus parentis ſoboles mihi videris,

Fortes creantur fortibus, & bonis:
Eſt in juvencis, eſt in equis patrum

Vir-

Virtus; nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.
Doctrina ſed vim promovet inſitam;
Rectique cultus pectora roborant.

Et certe, quanquam a natura excellenti ingenio ſis donatus, liberalis tamen inſtitutio, laborque & ſtudium eo uſque ingenitas dotes auxerunt, firmarunt ac ornarunt, ut nullatenus dubitetur, quin eundem inter Medicinæ Doctores, quem Doctiſſimus & piiſſimus pater inter Evangelii Præcones jam habet locum, mox ſis habiturus. Revera quidem rationes quibus in aſtruenda opinione tua uteris multæ ſunt, denſatæ & validæ, *hæret pede pes*, *denſuſque viro vir.* Stylus quoque elegans & floridus, ipſeque ego expertus quam vim ad perſuadendum habeant, antequam enim ſcriptum tuum legiſſem omnes partus Octimeſtres, *indicta cauſa*, morti adjudicabam, ſed deinceps mentem illam abjudicaturus ſum, nec per me ſtabit, quin *Octimeſtres* illi fiant, ſi verbo des veniam, *Octogenarii*; quæ meta eſt ultima, quam & *David* & *Mimnermus* Poëta humanæ longævitati præfigunt.

Deum ſupplex veneror, cum Venerandus parens, tum ipſemet Tu, illam transgrediamini; utrique porro famam conciliet, illi in *Eccleſia*, tibi in *Rep.* florentiſſimam, quum ex æquo nati ſitis ambo ad ſalutem humano generi mediis minime vulgaribus, ille *animo*, tu *corpori* procurandam. Id votis ardentibus optat, qui tui in perpetuum cultor futurus eſt devotiſſimus,

Cadomi 5. *Kal. April* 1663

SAMUEL BOCHARTUS.

CAROLO DRELINCURTIO,

Medico Regio,

PETRUS du BOSC

S. P. D.

Nequit meus animus ſeſe diutius continere quin in gratiarum actiones erumpat pro pereleganti Diatriba, qua me condecorare dignatus es. Ipſam certe magna cum voluptate ſedulus legi, & totum me in admirationem illa traduxit, cum viderim te Unum tot innocuos & inſontes partus, ab ipſa motte, quam ipſis ſeveri & iniqui Judices irrogant, tam acriter vindicaſſe.

In tuo autem opuſculo pondera rerum & acumen ingenii ita decertant ut Lectorem tuas in partes undique pertrahant; aſſenſum enim ubique cogis, nec ullum pateris refractarium, quin ipſum evincas atque perdomes, ac etiam per triumphum ducas, Nec modo quibuſvis vel pertinaciſſimis animis tua dogmata perſuades, ſed lectorem tuum mire delectas verbis tuis electiſſimis atque mellifluis; & certe ſi tuis *Ægris Præſcripta* dulcedine tanta delibuta ſint, ægrotare juvat & volupe prorſus eſt tuas in manus incidere, potioneſque tuas ſorbillare. *Ars* ergo tua, penes te facundum, nuſquam eſt *Muta*, ſed vivaciter & jucunde ſonora, atqua ita non in caſſum auguror ſcriptionem tuam tantæ celebritatis apud Medicos futuram eſſe, quantæ Scripta Paterna Theologos inter. Quoniam autem iſthæc elocutio mea omni alio præconio major eſt, conſequens fit ut nihil ſubnectam præter animum in te gratum, tuique Nominis ſtudioſiſſimum.

Cadomi Nonis Aprilibus 1663.

Ei-

Eidem, Profeſſori jam creato, & ſuos Octimeſtres tertium vulganti.

Digniſſime Vir & mihi perquam obſervande.

Gratias tibi ago quas poſſum maximas cum pro dono literario liberaliter mihi impartito, tum pro prolixa & immerita in me humanitate, cui quid rependam, in præſenti non invenio, paratus tamen officiis vicem reddere.

Diatribam tuam magna cum cura ruminatus ſum ut veritatem experirer ejus quod Encomiaſtes tuus *C. Sponius* non infeliciter de te præcinuit, & pro donis, divinitus tibi conceſſis, vere χαίρω καὶ συγχαίρω σοι. Deum precor te animo & corpore ſospitet, quo viva voce & ſcriptis rei Medicæ Cultores diu multumque beare queas.

Tuus omni officio

Trajecti Batavorum. III. *Non Mart.* CIↃ IↃC. LXIX.

GISBERTUS VOETIUS.

EIDEM.

Profeſſoratum tibi nuper & merito, *Vir Clariſſ.* gratulatus ſum; nunc vero arctius aſtringor ut lætitiam meam tuum in ſinum rurſus effundam ob elegantem illam atque jucundam, plurimoque judicio ſubactam Diſſertationem tuam de *Partu Octimeſtri*. Illa certe tota tuum illuſtre Nomen ſpirat, & eruditionem tuam immenſam patefacit. Exinde igitur non eſt quod dubitem te florente, floridam quoque fore Acad. tuam, nam uti tu ſummo futurus es ipſi ſplendori, ſic ipſa tibi gloriam atque famam conflatura eſt ingentem, ſicut iſtud ſub cœleſti nutu, animitus tibi voveo,

Groningæ Kal. Maii 1669.

SAMUEL MARESIUS, *S. S. Theol. Prof. Primarius.*

EIDEM
FR. BURMANNUS
S. S. Theolog. Profeſſor.

Eruditionis tuæ lumen, Vir Conſpicue, perquam ſplendidum, quod perſpectum abunde habebam, cum volueris ex ſcriptis ipſis penitius certiuſque cognitum mihi atque exploratum, debeo certe profiteri hærere mihi animum quid primum, quid deinceps, quid poſtremum magis in te mirer & laudem. Omnia tam erudite, tam eleganter & tam aperte abſolviſti, ut videaris ea noviſſe & in numerato habere, quæ humanum captum ſuperant. Tu quippe abſtruſiſſima quæque ſedulus rimaris, & fideliter patefacis, nam quod alii hæſitanter & inerudite fecerunt, tu ſolide atque nervoſe executus es; rem enim tuam è fundamentis pleniſſime eruis, & ab ovo ad pullum oculatiſſime deducis, illoque nomine ſanctioris Medicinæ Cultores æternum tibi devinxiſti. Me quod attinet, quum aliud mihi non detur niſi ut præſtantiſſimas illas animi tui dotes venerer, ſtudio & curæ maximis ſemper erit, ut quantus earum admirator ſim omni opere præſtem. Tuam interim Diſſertationem, quam attente legi atque relegi, & quæ profundam redolet doctrinam atque judicium acre, & rerum uſu plene ſubactum, in parte non abſtruſa Bibliothecæ meæ exponam, ut in viva hac ſpirantique ingenii tui pereruditi imagine te aſſiduus contempler. Vale Vir præſtantiſſime & de egregio publico ultra mereri perge præclaris illis animi tui, mire fœcundi, monumentis.

Ultrajecti. Nonis Martiis. 1669.

EIDEM,

ISAACUS VOSSIUS

S. P. D.

Venerandi Parentis tui plurimum ſemper ſuſpexi merita, ut vero tua etiam nunc ſuſpiciam, *Vir Clar.* facit eximia tua eruditio, illa quidem fama ex parte mihi cognita, ſed cujus longe certius indicium dederint mihi præclaræ tuæ de *Oëtim. Partu* Obſervationes. Legi illas ſumma cum voluptate, & ut Academiæ, cujus præcipuum Ornamentum merito haberis, ita quoque mihi plurimum gratulor de honore quo me afficis, cum me dignum exiſtimas, quem amoris & benevolentiæ tuæ vinculis cupias tibi obſtringere. Vellem ea virtus mihi adeſſet, qua pro tam ſingulari favore gratum me præſtare poſſem, idque ſaltem efficere ut nec te tui de me judicii, nec noſtri unquam pœniteat obſequii.

Cæterum allaboraturus ſum ut cognoſcas ex iis qui eruditioni tuæ favent, neminem eſſe cui cultu & obſervantia concedam. Vale, Vir eximie.

Hagæ. 1. *Aprill.* 1669.

EIDEM.

Clariſſ. & Celeberr. Vir,

Næ tu plenus es officii & humanitatis homo, & iis virtutibus; quibus veſtra gens alios antecellit, ſic emines, ut cæteris omnes Gratias videaris præripuiſſe. Quid enim fieri poteſt humanius & amabilius, quam quod tu, cum tuis

&

& literis & donis omnis elegantiæ & deliciarum genere ita conditis ut me excitent ad admirandam ingenii tui præſtantiam & ſuavitatem. Tam multa enim abſcondita ex abdito naturæ ſinu profers, tam multos viros eximios tam docte refellis, ut omnes qui rerum latentes cauſas cognoſcere cupiunt, tibi plurimum ſe debere ſemper ſint profeſſuri, niſi livore ſuffuſam, vel occæcatam ignorantia mentem gerant, Tu enim ex tenebris eruiſti quæ ignorabant omnes antehac. Errores aliorum ſic diſcuſſiſti ut omnis dubitandi via ſit in poſterum cunctis præcluſa. Tibi igitur de tam felici ingenii tui fœtu gratulor, & nobis gaudeo. Me ſane & plurima a te didiciſſe, & multum tibi pro tua in me benignitate obſtrictum eſſe ſemper præ me feram, & ſtudiis, officiis, obſervantia, tibi, aliſque teſtatum faciam. Vale, Vir ſingularis, & Acad. noſtram, cujus decus es conſpicuum, exornare perge.

Celeberrimo Nomini tuo devotiſſimus,

NICOLAUS HEINSIUS.

Hagæ Comit. Idib. April. CIↃ. IↃC. LXIX. *Anni Dionyſiaci.*

FINIS.

LA LEGENDE DU GASCON,

Ou la Lettre de

CHARLES DRELINCOURT,
à Monſieur PORRÉE,

Sur la méthode, pretenduë nouvelle, de tailler de la pierre.

AU LECTEUR.

Mon Epître précédente juſtifioit la publication de cet écrit; celle-cy en juſtifiera le titre. Mr. Porrée m'écrivit, qu'on publioit en Normandie, *la Canoniſation d'un Saint nouveau*, qui guériſſoit divinement de la pierre. Il me conjura de luy en faire *la Légende*. J'eus beau m'en excuſer, il me fallut céder à ſes inſtances, & luy faire toute l'hiſtoire du prétendu faiſeur de miracles. Si les Devots s'en formaliſent, j'en ſuis marry; mais je ne puis y remédier, ὃ γὰρ γέγραφα, γέγραφα. NESCIT *vox miſſa reverti. Volet igitur irrevocabile verbum*, *.

*LA LEGENDE DU GASCON, A MONSIEUR PORREE

Médecin à Rovën.

MONSIEUR,

Je répons à votre ſouhait ardent & redoublé, & je vous fais la Légende du Gaſcon. Elle eſt trop peu de choſe, pour la refuſer à un perſonnage, qui eſt l'un des ornemens du Siécle, & qui, dans mile ocaſions, m'a communiqué des penſées dignes de l'immortalité. Si cette Légende, n'eſt ni *belle*, ni *ſainte*, c'eſt que je manque de loiſir pour l'embellir, & que ſon ſujet n'a point fait de miracles pour mériter l' Apothéoſe; mais elle eſt franche & ſincére, car je n'y déguiſe rien, VERITAS LICET ODIUM. *Sed ad rem, & quidem Atticâ lege*, ἄνευ προοιμίων τε καὶ παθῶν.

PRE-

Prémiére Partie.

Sur la fin de Juin dernier, il parut icy avec éclat, un certain Opérateur de *Cauviſſon*, ce Bourg ſi célebre par l'Hiſtoire de *Naugaret* & de *Boniface huitiéme*, *qui Marte & Arte*, *imò*, *facinore quovis*, *uti Domitius Afer*, *clareſcere properus erat*. A l'ouïr ſe vanter, & à le voir piater, on eût dit, qu'il atendoit les honneurs d'un triomphe, tant pour ſes exploits dans les ſoulévemens du bas-Languedoc, que pour ſon adreſſe, *à abatre la cataracte*, *à traiter de la hergne*, *& tirer la pierre*. Mais je laiſſe là ſon humeur *Martiale*, auſſi bien que ce qu'il dit, qu'il ſe jouë d'une *cataracte*, & qu'il la fait danſer ſur la pointe de ſon aiguille, comme on fait un pois au bout d'une ſarbatane ; *ôtant*, ou *donnant* ainſi à ſon gré, l'uſage de la lumiére, ſelon qu'il porte cette perle opaque, ou au devant de la feneſtre de l'œil, ou au bas & aus côtez de l'iris. Je le laiſſe d'ailleurs, *bargner* tout ſon ſou, avéque ceus à qui il réduit le boyau, afin que je vienne à *ces pierres*, qu'il taille ſi artiſtement, que de *brutes* & de *fauſſes* qu'elles ſont, il en fait *d'éclatantes* & de *fines*, dont il orne ſes doigts.

Le prémier bruit qui me vint de luy, fut éclatant. Il fait qu'il ſe tient conférence chez *Mr. Bourdelot*. Il eut l'audace, en la préſence de S. A. de Condé, d'y étaler les découvertes, qu'il prétend avoir faites *depuis quatre ans*, *de l'extraction du calcul*, qu'il tire d'une métode *bien plus pronte*, dit-il, *bien plus ſeure*, & *bien moins douloureuſe*, que celle du *grand apareil*, qu'il a pratiquée pendant vint ans. Cét illuſtre Prince écouta avec d'autant moins de péne, le débit de ce mauvais Orateur, que S. A. ſe tient toûjours ſur la défenſive contre cette cruëlle & inſolente néphritique, qui luy a livré de ſi rudes aſſauts, lors même, que tant de miliers d'hommes fléchiſſoient ſous ſes ordres. Cet operateur combla l'aſſemblée d'étonnement, par l'éfronterie qu'il eut d'aſſurer ſa taille *ſur*

l'un & ſur l'autre ſéxe, quelque corpulence qu'on ait, & quelle que puiſſe eſtre la groſſeur de la pierre. Or, voicy comme il s'y prend.

Il ſe moque de tous les remédes préparatoires; en quoy il eſt apuyé du [a] bon ſens, pourveu que ce qu'il dit ſans reſtriction, ſoit borné dans un legitime uſage *Medio tutiſſimus inter utrumque tenens.* Je ne rejete donc pas abſolument avéque luy, ce que les autres font: mais je répugne à *épuiſer* par de grans remédes, le peu de vigueur d'un malade, déja *épuiſé* par les douleurs, & je m'abſtiens alors, de le faire tailler le ſur lendemain, & de la purgation, & de la ſaignée, réïtérées. Je crains d'ailleurs, *& avec raiſon*, les déſordres qui en arivent, par le penchant qu'ont les humeurs émeues, à ſe jeter ſur les parties qu'on inciſe, & qu'on irite de plus belle, tant par *l'extraction de la pierre*, que *par les inſtrumens* qu'on y porte. C'eſt pourquoy, j'a prove fort, que le Gaſcon n'ordonne à la veille, qu'un lavement, & le paſſage du raſoir par deſſus le périnée. Le matin ſuivant, il vient fort ſouple de ſes doigts, & fort enjoüé; [b] il réjouit ſon malade, & l'aſſure de la *prontitude*, & ſi je l'oſe dire, de *l'inſenſibilité* de l'opération. Il le fait ſeoir ſur le croupion, au bord ou d'une chaiſe, ou d'un lit, & luy introduit dans le fondement le *doigt indice*, & celuy *du milieu*, de la main droite, bien huilez & bien rognez, qui trouvent la pierre d'abord, & ſans tâtoner beaucoup, *car ils en conoiſſent les nids & les taniéres*; ils l'abatent, & l'aſujétiſſent au *col de la veſſie.* S'étant aſſuré ſa proye, il fait faire un tour de chambre pour précipiter la pierre [c] encore plus dans le col de la veſſie,

a Celſe luy-même, ne parle que de la diéte, dans ſon ch. 26. du livre ſétiéme.

b *Ie parle de ce qu'il fait, lors qu'il ſuit ſa routine, & non pas de ceus qu'il taille à l'improviſte.*

c Que Celſe ſoit l'auteur de ce procédé, il apert par ces paroles, *Ambulandi verò, inter hæc, exercitatione utatur, quò magis calculus ad veſicæ cervicem deſcendat, &c.*

ſie, puis un [a] valet s'aſſied vis à vis de la lumiére, ſur une chaiſe à dos, de moyenne hauteur, & ayant un drap redoublé ſur ſes genous, il incline le dos de ſon patient ſur ſa poitrine, & luy embraſſe le ventre à mains jointes, avec de gros toupets d'etoupes, pour mieus comprimer dans l'ocaſion. Cependant, deus perſonnes écartent & élévent les cuiſſes, *ſans ligature*; puis l'Opérateur, qui n'a ni tablier, ni aucun autre apareil, que ſon biſtoury courbe, *ſuos* [b] *ungit indicem & medium lævos, præciſis unguibus*, qu'il coule dans le fondement, pour reprendre ſa piſte. D'abord qu'il l'a repriſe, il fait comprimer le bas-ventre, & alors, s'il ne peut dénicher la pierre de ſes deus doigts, il y en fourre *trois*, & quelquefois *quatre*, qu'il pouſſe juſqu'aus ventres du *thénar*, de *l'antithénar* & de *l'hypothénar*.

Tenant ſon homme empalé de la ſorte, il recourbe fortement les phalanges des ſes doigts vers les parois du *rectum* contiguës à la veſſie; il redouble ſes compreſſions, & au travers des trois tuniques de ce boyau culier, & des trois autres de la veſſie, *qui le plus ſouvent ſont ſcirheuſes*, il découvre nétement, *dit-il*, tout ce qui s'eſt formé dans cette malheureuſe matrice. C'eſt alors, qu'il ſe vante, & de la manier, *toute pleine qu'elle eſt de ſon fruit pierreus & maudit*, comme il feroit un gand entre ſes mains; & de juger du nombre, de la figure, de l'âpreté, de la poliſſeure, de la moleſſe, de la dureté, de la groſſeur, du poids, de l'adhérence, & des niches, enfin, de toutes les Pierres. Sa veuë eſt ſi perçante, qu'il en devine ſouvent la couleur. Maitriſant la pierre ſi fort à ſon gré, il l'améne, *dit-il*, au *ſphincter*,

a *Homo prævalens & peritus, in ſedili alto conſidit, ſupinumque eum & adverſum, ſuper genua ſua, coxis ejus collocatis comprehendit, &c.*

b *Medicus deinde, diligenter unguibus circunciſis, atque ſiniſtrâ manu, duos ejus digitos, indicem & medium, leniter priùs unum, deinde alterum, in anum ejus demittit, &c.*

ſter, il [a] l'y place du bon biais, il l'y tient ſujéte, il renforce ſes compreſſions, & ſans perdre haléne, il détourne le col de la veſſie, & la pierre même, vers *le petit trochanter gauche*, & l'y force le plus qu'il peut, tandis que de ſa main droite, il tire la peau du *périnée* vers le *fémur dextre*, où il la retient de ſon pouce gauche qu'il a libre.

Cela fait, il inciſe du biſtoury qu'il tenoit à la bouche, & forme une playe en [b] *demy-lune*, dont les cornes regardent le *col interne du fémur gauche*, il l'aprofondit de haut en bas, ſur l'un des *érecteurs* en la partie gauche du *périnée*, en viron à un doigt au deſſus de *l'anus*, & à un pouce prés du *raphi*, pénétrant juſques à ce qu'il entende un certain *cric-crac*, [c] qui ſe fait de la rencontre de ſon inſtrumene ſur la pierre, où il imprime les traces de ſon biſtoury, afin que rien n'échape aus ateintes de ſon trenchant. Il comprime de nouveau, & l'abdomen, & l'inteſtin, & pour lors, ſi la pierre ne luy faute pas au collet, comme il ſe vante, que cela luy eſt arivé en Eſpagne, il y porte, *dit-il*, ſon doigt indice, & la tire [d] ſans autre myſtére, quelque groſſe qu'elle ſoit, en la perſonne la plus grande & la plus épaiſſe. [e] En *hominem ovantem*, il chante le trionfe, & ſans lâcher priſe il prétend qu'il fourre ſon doigt *indice* juſqu'au fond de la veſſie, & qu'il la nettoye nette comme une perle, *car c'eſt ainſi qu'il en parle.* [f] Mais enfin, il quite priſe, afin que le col de la veſſie,

a *Sinistræ digiti, deorsùm cum compellunt, donec ad cervicem perveniatur, &c.*

b *Cùm jam eò venit, ut incidi ſuper veſicæ cervicem, juxta anum, cutis plagâ lunatâ uſque ad cervicem veſicæ debeat, cornibus ad coxas paulùm ſpectantibus, &c.*

c *C'eſt le terme dont il uſe.*

d *Cùm verò patefacta eſt via, in conſpectum calculus venit, &c.*

e *Ipſe ſi exiguus eſt, digitis ab alterâ parte propelli, ab alterâ protrahi poteſt.*

f Ni *Méges*, ni *Ammonius* n'y ont rien entendu, *le Gaſcon* ſeul mérite le ſur-nom *de Lithotôme.*

veſſie, qu'il venoit de forcer hors de ſon aſſiéte, retourne comme un reſſort débandé, & reprenant ſon prémier poſte de *gauche a droite*, s'éloigne d'un pouce, d'où il étoit quand il l'a inciſé; la peau reprend d'ailleurs ſa ſituation, qui eſt *de droite à gauche*; de ſorte que celle qui eſt en ſon entier, ſe remet par deſſus la playe de la veſſie, & ainſi l'urine venant à couler par ſes goutiéres dans ſa citerne, & n'y trouvant que ſon iſſuë naturelle, ſuit cette vieille, route, ouvre le ſphincter, & s'écoule par ſon canal d'un cours régulier & indolent. C'eſt icy, qu'on s'écrie, *ô ſagacem induſtrii viri genium!* Cependant cette invention n'eſt pas toute de ſon cru, car il y a plus *de ſeize* [a] *ſiécles* qu'on s'en ſert pour tirer le calcul de l'ouréthre.

Le malade ſe léve, & fait un pas ou deus, ou bien il ſe ſecouë tout le corps en joüant des jarrets, afin que par ce mouvement [b] la paye ſe dégorge plus net. Il ſe remet au lit, où le Maître-Valet, luy aplique ſur ſa playe une maſſe de fleur de farine, liée de blancs d'œufs, & il y entaſſe par deſſus, un monceau de farine ſéche, puis il luy bande la playe & les cuiſſes, & il le tient couché ſur le dos. Le lendemain on léve ce prémier apareil, pour y mettre un myſtérieus emplâtre, quit fait des miracles, car il éxente, *dit-on*, de canule, de tentes & d'injections, & garentit de fiévre, de fiſtule, & de tout ſiniſtre évenement. Mais à quoy bon traiter de ſecret, *quod eſt in propatulo? An ut ſtultorum mens irretiatur?* Veu que ſelon le Gaſcon même, il n'y a icy à guérir, qu'une legére inciſion en la peau: car l'intérieur ſe conſolide par le baume de la nature, qui eſt le

a En éfet, Celſe dit en propres termes. *Cutis extrema, quàm plurimùm attrahenda, & tum cutis remittenda, ſic enim fit, ut inciſum celem, integra pars cutis contegat & urina naturaliter profluat.*

b *Calculô evulsô, &c. ſinere oportet ſanguinem fluere quò minor inflammatio oriatur, atque ingredi quoque cum paulùm non alienum eſt, ut excidat, ſi quid intùs concreti ſanguinis manſit.*

le ſang. J'avouëray pourtant, *ſi l'on veut*, que l'auteur de ces merveilleus éfets ne peut être que [a] *Divin*, ou du moins, que *Paracelſique*, car il en a les caractéres ſi confus, qu'il faut une intelligence auſſi débrouïllée que la votre, *Monſieur*, pour les diſcerner. Notez, que la ſupuration eſt icy inouïe, mais que la cicatrice y eſt trés-fameuſe & tréſpronte.

Voicy ma penſée ſur ſa taille des Pucelles Je l'étendray en la langue des Romains, qui eſt plus libre que la notre, pour toucher ces myſtéres.

[b] *Digitos ſuos ſalaces & improbos in ſinum pudoris, laſcivè & nequiter adigit, ſicque innubæ criſtas terit, ipſa virginalia clauſtra rumpit, honeſtatêmque petulanter & indecorè delibat; pudibundum quippe & acceptiſſimum pudicitiæ ocellum*, vix hiſcentem, *illiberaliter & protervè legit atque decerpit. Imò*, eum ſinat licèt, *en rubentem ejus gemmantémque calycem amiciſſimò gemmarum connexu conjunctiſſimum*, necdum hiantem, *præmaturè explicat & diffundit, turpiter aperit & ſejungit & procaciter abalienat atque diſſociat. Dejerares*, ſed iniquè, *jura violata mariti; caſtum quaſi amiſerit inſons virgo, polluto corpore florem, quem uni fas eſt conjugi*, ſub hymenæi lucem, *fœcundante carpere & contemerare virgâ. O Puellam malè fortunatam, mariti ignaram*, ominoſô calculô nuper prægnantem, *cui gratiſſimi recèns florebant floſculi. ſed cui digiti nocuére protervi, dum inconceſſos criminosè & damnosè ſimulant hymenæos, quò citiùs* petræam fœturam, *infauſtâ de matrice revellant!*

Ce Gaſcon ſe voulant faire valoir, ſe fit metire ſur nôtre Gazette rimée, dont je vous envoye *la palinodie.* [c]

La

a *Emplaſtrum illud quippe eſt, vel Divinum, vel Paracelſi.*

b *Sed Virgini ſubjici digiti tanquam in maſculo, mulieri per naturalia ejus debent*, nous dit Celſe, mais le Gaſcon ſe mòque de la pudeur de ce Payen.

c *Environ deux mois il-y-a,* *Et que je crûs la choze vraye,*
Suivant que l'on m'en ſuplia, *Qui n'étoit, pourtant, qu'une baye,*

La renommée elle-même répandit ſon eſtime avec tant de paſſion, que pluſieurs portérent ſes intérets avec chaleur, & en vinrent juſqu'au menſonge pour le rendre illuſtre. Ceſſez donc votre étonnement, *Monſieur*, car dans Paris même, le bruit a couru entre les femmes, qu'il tiroit la pierre aus hommes ſans les tailler. Les plus ſenſées ne parloient que d'une legére ouverture dans l'aine: &, parmy quelques Artiſtes, l'erreur a eu la vogue, qu'il inciſoit entre les *Piramidaus*, & qu'il tailloit *à la Franconiéne.* Les autres, qui ſavoient, qu'il opéroit *au petit aparoil*, ſe le figuroient comme s'il eût eu *des mains Royales:* mais au fond, il a les doigts courts, nouëus & pleins de verruës.

On me trovoit ſtupide de ne point encenſer à l'idôle. Je diſois que *Celſe* m'avoit apris qu'entre les Romains, on tailloit de la ſorte il y a *plus de ſeize cens ans.* Là-deſſus, je fis un *nœud Gordien*, qui eſt encore à dénouër.

L'antiquitë a connu la taille dont le Gaſcon ſe ſert: Or ni elle, ni le ſiécle, n'a pu, & ne peut encor' aujourd'huy, s'en ſervir aus grand's perſonnes, *ſur tout, quand elles ſont fort charnuës & fort graſſes, & que la pierre eſt fort groſſe & fort adhérante.* Cette taille n'eſt donc pas faiſable ſur chaque

Je parlay d'un certain Mortel,
Bordelois, ou ſoy-diz ant tel,
Qui pour bien extirper la pierre,
Qu'une veſſie humaine enſerre,
Dizoit, ſous le rond du Soleil,
N'avoir jamais en de pareil,
Sa metode, ou bien ſa maniëre.
Etoit d'incizer le derriëre,
D'où retirant ſon poing ſanglant,
Il faizoit, ce dit-on, ſemblant,
(Fineſſe étrange, & non commune)
D'en avoir atiré quelqu'une
Du triſte & douloureux endroit:
Mais celle qu'alors il montroit,
Et dizoit avoir arachée,
N'étoit qu'une pierre cachée
Dans ſa manche, ou bien autrement,
Qu'il ſupozoit ſubtilement;
Et quand il voyoit bien du monde,
De trop prés obſerver ſa ſonde,
Ne pouvant, dans ſon action,
Faire de ſupozition,
Il jouroit Saint Pol & Saint Pierre,
Que le malade étoit ſans pierre,
Comme il fit aſſez hardimant,
A certain bon vieillard Normand,
Auquel Collot, *un autre Maître*
Habile autant qu'on le peut être,
Que

que ſujet ; & par conſéquent, le Gaſcon peut bien être toûjours *un tireur d'or*, [a] mais non pas toûjours *un tireur de pierres.*

On me nia, & que *Celſe* eût les particularitez de cette taille, & qu'il fût ſi *ancien* que je le fais. Je les convainquis, tant par la lecture du [b] *textéme me*, dont j'ay chargé les marges de cet écrit ; que par [c] *Quintilien*, qui ſans un eſprit Prophétique a cité notre Celſe. *Celſe* étoit donc, ou ſon Contemporain, ou l'un de ſes Prédéceſſeurs. Que ce ſoit l'un, ou l'autre, j'ay le gain de ma cauſe, car on fait que ce Rhéteticien Eſpagnol fut amené à Rome par *Galba*, & qu'entre cet Empereur & *Tibére*, il n'y a eu que *Néron*, que *Claudius* & que *Caligula*, dont les regnes ont été courts. Décidez ſi j'ay tort, vous *Monſieur*, qui êtes un arbitre ſi équitable, vous avez la poſitive du Gaſcon toute pure, & je va vous donner en ſubſtance le reſte de ſa Légende.

Se-

Qui devant grand monde opéra,
Une adroitement il tira,
Que pluzieurs Gens virent en foule,
Plus groſſe qu'un gros œuf de poule ;
Ce qui fit juger le Gaſcon
Etre un fort ignorant dragon,
Qui pour fuïr l'ignominie,
Fauſſa dans Paris compagnie,
Et détalant de ces quartiers,
Rétrograda trés-volontiers,
En s'en retournant ſur ſa piſte :
En ſon adroit Antagoniſte,
Qu'on nomme Hierome Collot,
Fort eſti né du Sieur Vallot,
Médecin du ROY nôtre SIRE.
(En être eſtimé, c'eſt tout-dire
A fait fuïr ledit Rieux,
Qui n'a de rime que Chiaux,
Ayant berné ſes piperies,
Et découvert les fourberies
De cet Opérateur falot :
Car, enfin, le ſuſdit Collot,
Eſt un des Exerts de la Terre
A tailler & tirer la pierre,
Etant pour ſa capacité,
Habilité, dextérité,
Le plus recherché des Provinces,
Et des Grands Seigneurs & des Princes.

a Milvinis ſuis unguibus emungens ægrorum crumenas.

b *De Celſe* au ch. 26. du liv. 7e.

c *Liv.* 3. *c.* 1. ou il traite notre *Celſe* d'ANCIEN. Or s'il étoit déja *Ancien* du tens de *Galba*, il s'en ſuit néceſſairement qu'il vivoit il y a plus *de Sept Siecles*. Remontez ſi haut qu'il vous plaira, vous rendrez ma cauſe d'autant meilleure.

Se-

Seconde Partie.

Le narré que fit le Gaſcon chez *Mr. Bourdelot*, frapa l'imagination de la plûpart, qui luy aplaudirent en s'étonnant de l'abus des ſiécles paſſez, où l'on a mis à la taille du *grand apareil*, tant de gens, qu'on devroit, *ſelon cette* nouvelle, *mais* fauſſe *pratique*, avoir taillez au *petit apareil*. Sousombre donc, quils concevoient clairement ce qu'il leur poſa en fait, ils crurent l'opération trés-faiſable, & aquieſcérent à quelques ſolutions Gaſconnes des doutes qu'ils propoſérent.

Pour moy, je ne voy pas comment en un homme fort gras, fort charnu & fort grand, il peut ateindre le fond de la [a] veſſie, quand mêmes elle eſt toute amoncelée & toute contractée vers ſon col aprés la miction.

2. Je vois encore moins, comment à travers le rectum, il peut gourmander la veſſie à ſon plaiſir, elle qui n'eſt plus, ni mince, ni ſouple comme auparavant, mais gonflée & durcie, ſouvent meſmes ſcirheuſe & caleuſe par le fray continuël de la pierre. Se jouë-t-il de nous, de dire qu'il la tourne à ſa diſcrétion, & que ſans la bleſſer il la ramaſſe toute, comme *en un bloc*, contre une pierre trufeuſe, âpre, inégale & toute hériſſée de pointes, l'amenant captive & chargée de ſon fardeau, juſqu'à l'entre-feſſon, & bravant de la ſorte, l'adhérence trés-ferme, & l'union trés étroite qu'elle a avec là gros boyau?

3. Je ne trouve point de repartie ſolide, ni ſur l'impoſſibilité de porter le doigt au fond de la veſſie pour la nettoyer, & pour en tirer ſans crochet & ſans tenêtes, une pierre qui

[a] Car lors que Celſe a dit, *digiti ad ultimam veſicam dantur*, ce n'eſtoit qu'a l'egard des enfans, & non pas des adultes, comme il s'en explique luy-même.

qui eſt groſſe, *ſur tout, quand elle eſt adhérante, & comme fraiſée par der caroncules*, ni ſur quatre autres points, que je toucheray plus au long, *ſavoir, ſur l'excretion de l'urine ailleurs que par la playe; ſur le manque de ſang dans l'urine aprés la taille; ſur la continuation des ſymptômes*: ni enfin, *ſur les pierres qu'on trouve encore dans le veſſie, aprés que le Gaſcon a taillé.*

4. Je ſoutiens que c'eſt crever un homme, que de luy faire des compreſſions, telles qu'il en faut faire de néceſſité, ſoit pour abatre la pierre, ſoit pour contraindre la veſſie de deſcendre toute au périnée, comme *le Gaſcon* en fit *au Normand*; juſques-là, qu'il ſembla luy porter le nombril ſur les vertébres des lombes.

5. Je maintiens, que c'eſt étre boureau, que d'enſanglanter toute ſa main dans le fondement, & que de recourber ſes doigts ſi violemment contre des tuniques ſi ſenſibles, que celles du rectum & de la veſſie. Et véritablement, c'eſt outrager la nature, que d'entre-ouvrir ainſi un homme, & que de forcer les *portiers* qu'elle luy a donnez: Veu que d'une telle dilatation de toutes les fibres de l'anus, les excrémens s'écoulent involontairement, comme fait l'urine aus filles & aus femmes, qu'on a trop dilatées en leur tirant la pierre. Et mêmes, j'ay vu *au Normand* une cheute entiére *du rectum*: Outre que ſes *hémorrhoïdes* ſe ſont ſouvent débordées, & m'ont fait voir comme autant de torrens de ſang.

6. A quelle fin le Gaſcon portet'il ſes doigts dans le fondement, avant que de ſituër ſon ſujet pour le tailler? *An hîc latet anguis? ſicne tegitur dolus?* Car ſi l'opération le requiert, que ne le fait-il à tous ſes patiens, *du moins par mine & par beauſemblant?* & non pas ſeulement à ceus qu'il a inciſez en ſe joüant, & que je prouve qu'il a fourbez.

7. Pourquoy expédie t-il les uns, en moins de deus, ou de trois minutes, & tien-t-il les autres plus de trente[a]? C'eſt qu'il

a C'eſt à dire *plus d'une demy-heure*: car je conte *ſoiſſante minutes* pour *une heure entiére.*

qu'il fourbe ceus-là, & qu'il taille ceus-cy.

8. Pour un ſurcroiſt de preuves, il ne leur a fait que de legéres & aparentes compreſſions, & aucun d'eus, *excepté une Dle. & un laquais, qu'il a bien taillé*, n'a uriné par la playe; non pas mêmes au moment de l'opération, & tandis que l'inciſion externe répondoit à l'interne. Que s'il force la veſſie au pêrinée, *comme il feroit un reſſort, qu'il bande, & qu'il lâche aprés coup*, que ne le fait-il également aus uns & aus autres? Sur tout aus enfans, en qui elle eſt plus obéiſſante & plus maniable, & ſur laquelle par conſéquent, il a le plus de priſe. Or ceus qui ſont *taillez* réelement par *le Gaſcon même*, vrinent par leur playe, *témoin la Dle. & le laquais*; au lieu que les autres, qu'il ne fait *qu'inciſer*, n'y vrinent pas. Que cette obſervation eſt importante, & qu'elle mérite vôtre réfléxion!

9. Des plus, ſi ſon inciſion penétre la veſſie, il en doit ſuinter en dedans, quelque goute de ſang, qui teigne l'urine qu'on rend aprés la taille. Que s'il n'y a nule teinture, du moins, y verroit-on quelque grumeau, ou quelque fibre? Or c'eſt ce qui ne ſe void point.

10. D'où nait cette quantité d'urine, dés la remiſe au lit; Car ſi la veſſie a été ouverte par l'opération, l'urine a dû s'écouler toute, ſans qu'en ſi peu de tems, il s'en ſoit tant amaſſé?

11. Je vois un éfet dont je ne puis aléguer de cauſe, qui favoriſe le Gaſcon. C'eſt que ceus qui ſont guéris de leur inciſion en cinq ou ſix jours, & que prouve eſtre trompez, ſont afranchis de tous les ſymptômes ordinaires à la taille; mais ils demeurent ſujets à la même dyſurie, & ils rendent de l'urine auſſi glaireuſe & auſſi puante qu'auparavant. Au lieu qu'aus autres, *qu'il taille de bonne foy*, la cicatrice eſt longue à ſe faire, & elle eſt précédée de divers accidens, mais l'indolence, ou l'éxemption des maus de la pierre, & la netteté de l'urine, ſuivent l'opération de trés-prés.

12. Mes preuves ſont plus que convaincantes, quand au bout

bout de trois jours, la ſonde trouve un calcul aus uns, & qu'elle n'en trouve point aus autres. On fait par éxemple, que nos Experts affirmérent avéque moy, en la préſence de S. A. de Condé, que le Hollandois avoit la pierre. *Mr. le Prémier*, qui eſt véritablement tel, & en ordre & en ſufiſance, & en vertu, inſiſta contre le Gaſcon, qui nous démentoit en face. Son impoſture n'étoit que trop claire, mais l'un de ſes *Proxénétes* voulant protéger cét eſcroc, qui avoit éxigé *mil écus* de cette fauſſe taille, eut tant de poids, qu'il tint en balance quelques eſprits, qui raportérent à Sa Majeſté, que le fait étoit douteus. Mais le temps, *ce Pére de la Vérité*, a mis une glorieuſe couronne ſur le Chef de nôtre Ordre, car la pierre s'eſt trouvée dans le cadavre, à la loüange de *Mr. Vallot*, & à la confuſion de ſes contrediſans.

[a] Telle a été la deſtinée d'un illuſtre vieillard, qui *aprés ſa taille*, ſe trouvant encore plus mal qu'auparavant, ſe fit reſonder par le Gaſcon même, qui venoit de le tailler pour *deus mil livres*. Mais le bon Pélerin n'étoit pas ſi ſot, que de preſſer de ſes [b] *doigts*, une couleuvre, qui eut répandu ſur luy un venin trés-perniceus. Il ſe prévalut de ſon éfronterie & tint ferme ſur la négative, contre ceus qui aſſuroient, qu'il y avoit une pierre. Mais celuy qui léve le voile au menſonge, a montré dans le cadavre, une pierre auſſi groſſe q'une poire de boncretien, & peſant *ſept onces* net. Sa petiteſſe avoit-elle éludé la rencontre de la ſonde naturelle du Gaſcon? Mais d'où vient que des experts, ayant éxaminé la veſſie, n'y ont trouvé aucune cicatrice? Se peut-il faire que ſon col ſe réüniſſe en un veillard, ſelon la *premiére intention*, comme nous par-

a Cette tragédie s'eſt joüée en la Saintonge, d'où je vous en puis faire avoir un Certificat autentique.

b Car il ne ſe ſert point d'une autre ſonde que de *ſes droigts*, qu'il introduit dans le fondement; & c'eſt ce que j'apelle ailleurs *ſa ſonde naturelle*.

parlons? Que cét argument eſt fort, pour déſiller les yeus les plus préocupez du Gaſcon.

C'eſt là, *en partie*, le deſtin d'un Miniſtre de Chateaudun; car il eſt icy dupé comme les autres, veu que *depuis ſa taille imaginaire*, il ne ceſſe de rendre à tout moment, & avec des douleurs enragées, de l'urine gluante comme de la colle, & mélée de pus, d'une puanteur éxécrable.

Mais Monſieur, il faut que je vous donne la meſure toute comble, & que je diſcerne les pierres de nos corps, d'avéque les ſupoſées. *Si lumen Tibi*, Vir Clariſſime, *ceu ſoli mutuo, id in me pleniſſimè reflectetur.*

1. Les pierres de la veſſie ont une couleur extérieure à peu près uniforme; mais j'en ay vu une Gaſconne, qui eſt blanche d'un côté & pléne de petits corps étincelans comme du talc le plus éclatant, le reſte en eſt plus obſcur & plus tané. Ah! je ne ſonge pas, *quod rectum ſit index ſui & obliqui.* Si donc ma régle eſt juſte, vous y ferez quadrer au niveau les pierres du Gaſcon, *ſi tant eſt qu'elles ſoient vrayes*: car celles qu'il tire de nos corps, ſe raportent à mon équierre, mais celles qu'il ſupoſe, n'y ont aucun raport.

Je reviens à leur couleur, dont l'interne varie fort ſouvent, mais au fond, elle aproche fort de l'externe, quelque irégularité qu'ait chaque incruſtation.

2. L'extérieur en eſt, ou liſſe, ou hériſſé d'apretez & de pointes.

3. Leur poids n'eſt pars toûjours proportionné à leur volume, ſur tout, celuy des blanches & des ſéches, car étant d'une autre couleur, & récentes, elles péſent d'avantage.

4. Si elles ſont nouvelles, elles ſentent l'eſprit d'urine. Que ſi en ſechant, il s'y afoiblit & s'y tuë, on le ranime, en les jetant par morceaus, ou en poudre, ſur de la braiſe, ou ſur une tuile rougie.

5. De petites membranes, *ou du moins*, de petites fibres, avec du phlegme & du ſang, y adhérent parfois, quand on les tire; ſur tout ſi elles ſont âpres & trufeuſes.

6. Leur groſſeur répond d'ordinaire au tems qu'il y a, qu'elles ſe forment, & quelles ſe roulent dans le phlegme ſouphré, ſalin & tartareus, qui s'atache à leur prémier germe.

7. Leur ſolidité égale ſouvent celle des caillous. J'en ay mille fois batu un fer à fuzil, mais aucune n'a fait feu.

8. Elles ont toutes diverſes couches, & divers enduits, comme en ont: ou les chandelles autour de leur méche, ou les dragées autour de leur baſe; & dans leur centre elles ont une amande, qui ſert de fondement à toutes les croûtes de deſſus; car ayant pris leur prêmiére idée, & leur prémier corps dans le rein, elles ſe précipitent dans cet antre humide, ou dans cette caverne vaſte, pluvieuſe, & pétrifiante de la veſſie; elle s'y tournent, & elles s'y retournent, & par ces vire-voutes, elles s'enduiſent & elles s'encroutent de moment à autre, de la lie & du ſédiment *gluant*, *ſoufre*, *ſalin & tartareus* de l'urine, & ainſi, elles renferment dans elles mëmes leur principe & leur germe, qui nous paroit comme *une amande*, mais laquelle à contrepied des autres, eſt plus ferme, & plus dure, que le noyau qui la cache au dedans de ſoy. Si quelques unes manquent de ce caractére & de ce principe ſéélé dans les reins, c'eſt comme vous le dites ingenieuſement *Monſieur*, que la veſſie a conceu en prémiéres nôces, ce cruël embryon, qui pire qu'un vipereau, dechire ſa matrice, & cauſe la mort à l'auteur de ſon être.

9. Enfin, nos pierres n'étant que *du tartre*, que de *la terre*, & que *des ſels*, liez & cimentez d'un peu *d'eau* & d'un peu *d'huile* ou que d'un peu de *phlegme* & d'un peu *de ſouphre*, ſi l'on en met en poudre pendant un jour dans un verre d'eau dégourdie, l'agitant un peu à l'abord, il s'y fondra *un ſel*, qui altéra legérement la douceur de l'eau, & qui y fera une legére croûte en la ſuperficie, comme y fait la chaus vive qu'on y éteint. En verſant par inclination cette eau, qui en eſt, & moins douce, & moins claire, on verra que le limon, cuque la vaſe du fond, aura quelque legére liaiſon entre ſes parties terreſtres & ſes aqueuſes. 10.

10. Mais, ce qui eſt bien plus digne de votre experience, & ce qui m'eſt un ſurcroiſt de preuves trés-evident, c'eſt que les pierres du corps humain me fourniſſent par le feu, bien d'un' autre maniére que par l'eau, *un tiers de ſel volatil*, & *d'eſprit vrineus tréspénétrant*, & environ une *quarantiéme partie d'huile puante*, ou *de ſouphre*; de ſorte qu'il m'en demeure à peu prés les *deus tiers de parties terreſtres*, qui continnent *une trentiéme partie d'un ſel ſi fixe*, qu'il ſoutient le feu le plus violent.

Les pierres du Gaſcon ayant des marques opoſées font avouër à ceus qui n'ont ni préjugé, ni paſſion, qu'il troque ſouvent *des caillous*, contre *de l'or* de ſes malades. De dire, comme on fait, que dans le deſſein de fourber, il ſupoſeroit *des pierres humaines*, auſſi aiſément que *des caillous*, je ne vois pas que cela ſe puiſſe faire: car où en prendroit-il un ſi grand nombre? Veu que le moindre bélitre taillé eſt jalous de ſa pierre, & ne vendroit qu'au poids de l'or, ce beau joiau qu'il chérit entre ſes mains, mais qu'il maudiſſoit dans ſes entrailles; D'en avoir des Hópitaus, il éventeroit ſa mine. Non, non; il a crû qu'on ne doneroit nule atiente à ſa réputation, & qu'ayant ébloui le peuple de ſon faſt & de ſes trophées, l'on ne ſeroit pas ſi hardy, que d'éxaminer *ſes caillous*, ni que de les décrier comme de la fauſſe monnoye.

Avant que de venir aus concluſions, & à ſa ſuite, j'avouë qu'il eſt Artiſte, mais je ſoutiens qu'il eſt ignorant dans les Lettres, dans l'Anatomie, & dans toute autre Chirurgie, que celle que j'ay dite.

Je tiens qu'il en taille, qui n'ont que de faus ſignes de la pierre. On a beau les ſonder aprés l'inciſion, il en triomphe; car il ne s'y trouve rien qui le démente.

Je réduits à trois points ſa pratique ſur ceus qui ont la pierre. Il taille bien les femmes & les enfans. S'il taille auſſi quelques adultes, ce n'eſt que ceus qui ſont maigres, & qui n'ont que de petites pierres flotantes, & qu'on peut tirer aiſement. En quoy il merite la loüange d'avoir porté

plus loin que les autres l'uſage du *petit apareil.*

2. Il laiſſe la pierre à quelques-uns, ſans y vouloir mordre; & il les aſſure qu'ils n'en ont point, parce qu'il ne peut la leur tirer, & que par politique, il veut entre-mêler quelque action de [a] probité aparante parmy ſes fourbes.

3. Il la laiſſe auſſi à d'autres, mais par une autre fraude; car aprés les avoir inciſez en un tour de main; & aprés leur avoir perſuadé la réalité de ſa taille imaginaire, il s'en fait payer comme un Changeur.

Il a, ou *taillé*, ou [b] *inciſé* à Bordeaus, plus de quatre-vints perſonnes, *dit-il*, mais il n'a eu dans Paris, que neuf ſujets, ſavoir, *un laquais*, *une Demoiſelle*, *un Miniſtre*, *un Prétre*, *deus Gentils-hommes*, *un Enfant*, *vôtre Normand*, & *un homme à la Charité.*

Le Laquais & *la Demoiſelle* ſont bien taillez, & ont uriné par leur playe.

J'ay touché l'hiſtoire *du Miniſtre.*

Quant au *Prétre*, il n'avoit qu'une petite pierre plate & blanche, qui l'incommodoit trés-peu. Pluſieurs même révoquent en doute qu'il en eût, & croyent que cette pierre-là luy a été ſupoſée, & comme il ne ſoufroit guére de douleur avant ſa taille, non plus qu'à préſent, on ne peut rien conclure de ſon hiſtoire.

Vous avez l'hiſtoire du *Gentil-homme Hollandois :* l'autre *Gentil homme eſt François*, & le Gaſcon l'a inciſé ſans ſujet, car Mr Jannot, qui ſonde & qui taille à merveilles, certifie qu'il ne luy a jamais trouvé de pierre. En éfet, ſes ſymptô-

a Sa probité prétenduë, conſiſte icy, en ce qu'il ne leur eſcroque pas leur argent, comme il fait aus autres. Ce procédé luy atire force Partiſans, car l'on conclud, que s'il étoit fourbe, il prendroit à toute main.

b I'apelle *inciſez*, ceus à qui *par grimace*, il ne fait qu'une legére inciſion au périnée, mais ſans en extraire de calcul, comme il fait, quand *il taille* de bonne foy.

ptômes ſubſiſtent, & par conſéquent, ils dépendent, *comme auparavant*, [a] d'une autre cauſe que de la pierre.

L'enfant mourut au bout de quarante heures. Mais on dit, que c'étoit un mauvais ſujet. Je l'avouë. Il étoit donc de la prudence du Gaſcon, de ne le point entreprendre, ou de n'y point apeler tout Paris: car qui doutoit, qu'il pût tailler un enfant. Il nous falloit apeler chez le Hollandois & ailleurs, ſans y opérer à la ſourdine, & comme à l'improviſte.

Votre *Normand* le mit à bout, comme je le vous raportay [b] dés lors. De ſorte qu'ayant perdu ſon eſcrime ſur luy, il n'oſa faire de tentative à la Charité ſur cet autre homme, que tant de gens d'honneur luy recommandoient.

Jugez, s'il vous plaiſt, *Monſieur*, de la témérité de ce Coureur. Il a eu le front de venir dans une ville de Parlement, la Capitale du Royaume, la réſidence de nos Rois, l'abrégé du monde, & le ſéjour des Eſprits les plus beaus & les plus rafinez, penſant y prendre des grues à l'hameçon. Mais il ſe joüoit, ſur tout, aus yeus clair-voyans de *Mr. le Prémier*, à l'intelligence duquel il n'échape rien. Il a découvert ſes ſouplеſſes & ſes tours de gibbeciére; il en a de bonne heure averty la Cour, & il a triomphé de l'erreur.

Pen-

a L'évenement a vérifié mes conjectures, car ce perſonnage-là eſt mort, d'un ulcére aus reins, & il ne s'eſt trouvé, ni pierre, ni veſtige d'inciſion, en la veſſie.

L'hiſtoire *du Miniſtre*, que j'ay raportée en la page 145. eſt devenuë toute ſemblable à celle-cy dans toutes ſes circonſtances; & même dans l'ouverture du cadavre.

Voila deus beaus éxemples, & d'une grande inſtruction pour notre pratique.

b Je ſuprime cette Lettre, parce que la lecture en feroit horreur, veu qu'elle eſt tout remplie des cruautez du Gaſcon ſur le Normand. Le pis eſt, qu'aprés l'avoir ainſi bourelé, il fut contraint de l'abandonner, ſans pouvoir venir à bout de ſon entrepriſe.

Penſez vous, *Monſieur*, qu'aprés un tel procédé, *ce Maitre Gaſcon* eût la conſcience ſi cautériſée, que de n'en point ſentir les ſyndéréſes? & que l'intérieur de ſon ame, ne luy reprochât point, de nous avoir ſoûtenu, *en la préſence de ſon A. de Condé*, que le Hollandois n'avoit plus de pierre? Quelle honte d'ailleurs, d'avoir fait de [a] vains & de cruëls éforts ſur *votre Normand*; d'avoir nié qu'il eût la pierre; de ſavoir qu'on aloit la luy tirer pour le confondre; & de voir enfin, qu'on aloit tailler à la Charité, l'homme qu'il y avoit ſondé, en [b] démentant trois Opérateurs trés experts, qui certifioient par écrit, que cet homme-là avoit la pierre, & que ſi le Gaſcon le tailloit *à ſon petit apareil*, ils luy rendroient hommage. On ſait, que les Prémiers de la Juſtice, s'intéreſſoient dans ce fait, & que le Gaſcon uſant de ſubterfuges, découvrit luy-même plus à plein ſes trames perfides, & qu'enfin, ſe voyant ſurpris en ſes ruſes, il ſe retira ſans bruit. On ſait auſſi, qu'il vendit à ſon hôte onze cens livres, le Caroſſe & les chevaus, qu'il avoit achetez de la moitié des mil écus Hollandois, diſant à ſes amis, qu'il avoit plus de charité que nos Opé-

a L'hiſtoire de ce Normand eſt remarquable, Le Gascon prétendoit le tailler en ſecret: Et dans cette veuë, Il luy trouvoit la pierre. Mais, quand ce vint au fait, ſon induſtrie l'abandonna, car il ne put, ni la tirer, parce qu'elle étoit fort groſſe, & fort engagée; ni en ſupoſer d'autre, parce que nous l'obſervions de trop pres. Il jura donc, & c'étoit ſon plus court, qu'il n'y en avoit point. Cependant, il s'en trouva une trois jours aprés. Force gens d'honneur m'en demandérent le raport. Et comme ma Lettre à Mr. le Prémier, eſt la plus éxacte, auſſi eſt-ce l'unique, que je publie, pour m'épargner la péne de diverſifier encore, à tant d'autres amis, ue même choſe en ſubſtance.

b Le fait eſt, qu'il voyoit bien qu'un tel Hôpital eſt trop éclairé pour ſes oeuvres de ténébres, & qu'il craignoit d'operer en la préſence de tant d'habiles Artiſtes, qui l'euſſent convaincu d'impoſture.

c Mais a ſon de faut, Mrs. Iannot & Collot, ont tire la pierre, & à ce pauvre homme de la Charite, & à *Votre Normand.*

Opérateurs, veu qu'il ſe retiroit de cette Ville, de crainte de leur ôter le pain de la main, & qu'il avoit aſſez de lieus, où il ſeroit chéry, ſans ſe tenir ici parmy tant d'Artiſtes malveüillans.

Il devoit voguer vers le Nord pour une taille importante; il ne nous batoit les oreilles d'autre choſe: mais ayant perdu ſa tramontane, il a ſur le débris de ſa fortune, remonté la Seine & l'Yonne, pour ſe refugier chez ſoy, [a] *Deos inter Penates*. Or avant ſa fuite, il a eu la honte, & d'ouir publier ſes impoſtures; & de voir l'afoibliſſement de ſon party, car la vérité faiſoit tous les jours des conquêtes nombreuſes, ſur ſes Zélateurs les plus paſſionez, qui euſſent naguéres ſoufert, & le fer, & la flamme, ſoit pour l'intégrité, ſoit pour l'habilité prétenduës de celuy qu'ils adoroient. L'un l'apeloit incomparable, l'autre le publioit grand en toute maniére; L'un le traitoit d'iluſtre, & l'autre d'inimitable, L'un le nomoit le génie de nôtre Art, & l'autre le qualifioit l'auteur le plus inventif de la terre, qui par ſa clarté ſurprenante éfaçoit toute l'antiquité la plus lumineuſe. Les [b] uns luy donnoient rang dans l'hiſtoire, les autres luy élevoient des trophées; Les uns luy dreſſoient des ſtatuës, les autres luy érigeoient des autels; Les uns luy décernoïent de ſouverains honneurs; Et les autres aloient juſqu'à *l'encens*, je veus dire, juſqu'aus honneurs de la Divinité même. En un mot, c'étoit le *Saint nouveau*, qui éblouiſſoit de ſes faus miracles, qui atiroit la foule, qui ſe faiſoit révérer, & que mêmes on tenoit pour un *Dieu* [b] *tutélaire*. En éfet, *Monſieur*, l'un de mes amis que j'honore le plus, ne le nommoit que *le Libérateur du Genre humain*, comme ſi nous avions tous originairement

a C'eſt que le 24e. Aoûtdernier, au lieu d'aler en *Danemark*, comme il diſoit, il remonta par eau d'icy à *Auxerre*, pour ſe rendre à *Niſmes*, où il a ſa famille.

b Je parle ſelon les vœus que ſes amis formoien en ſa faveur.

c *Averruncum nuncupabant*, ὡσπερ ἀποτρόπαιον.

ment la pierre, & qu'il n'y eût que ſes doigts, ſeuls induſtrieus au monde, pour nous en délivrer.

Je ne ſache qu'un Barbier, qui ſoit demeuré coifé de luy. Il croit qu'ayant été pris à l'hameçon, il y va de ſa gloire de ne point démordre. De ſorte, *Monſieur*, que je ne ſay, d'où vous vient la nouvelle, qu'on le fait revenir icy ſur un Char de triomphe. Ce ſont de vaines idées, dont ſe repaiſſent ſes Partiſans ſecrets, qui n'oſant plus ſe produire en plein jour, ſe flatent eus-mêmes, & tâchent à relever couvertement, par de tels bruits ſourds, les ruines honteuſes, de celuy qu'ils ont ſi indignement élevé au deſſus des autres. Qu'on le remette ſur le trône imaginaire, où quelques-uns l'avoient mis, il ne m'importe, car je n'ay point de part, ni à ſa gloire, ni à ſon deshonneur. Que ſi je vous en découvre mes penſées, ce n'eſt qu'en vertu de la priére, que vous en avez reïtérée avéque tant d'inſtance, à celuy qui eſt infiniment,

MONSIEUR,

Votre humble & afectionné ſerviteur,

CHARLES DRELINCOURT,

Conſeiller & Médecin Ordinaire du Roy, & de ſon Alteſſe de Turenne.

A Paris, le huitéme Décembre, M. DC. LXIII.

A MONSIEUR
VALLOT,

Seigneur de Magnant, & d'Andeville;

Conſeiller du Roy dans tous ſes Conſeils d'Etat, & Privé;

& Prémier Médecin de ſa Majeſté.

MONSIEUR,

Je vous honore trop, pour vous manquer de parole. Puis donc, que la conjoncture des afaires de l'Etat [a] m'empêche de m'en aquiter de vive voix, j'y ſupléeray par ma plume.

Le Normand vient d'être taillé. Sa pierre péſe trois onces net. Elle eſt longue, & large, comme un gros œuf de poule; mais elle n'eſt pas ſi épaiſſe, ni ſi ronde. Elle portoit de plat contre le fond de la veſſie, où elle étoit comme paliſſadée de caroncules, qui en défendoient tellement les avenuës, que les tenétes ne pouvoient avoir aſſez de priſe ſur elle, pour la charger. Il a fallu donc, s'ataquer à ces paliſſades, & détacher deus de ces caroncules, qui nuiſoient le plus à l'Opérateur. Car les autres y ont éte laiſſées avéque

[a] *La Cour étoit, depuis huit jours, à l'Armée.*

que prudence, juſqu'à la ſupuration, qui les emportera par la playe, avec bien moins de préjudice à la veſſie, que n'eût fait leur déſunion violente & ſubite.

Les deus de ce matin, reſſemblent à une aveline, ou au teſticule d'un enfant de dix-à-douze ans: Mais elles ont à leur baſe de petites fibres, fortes & rougeâtres, que j'apéle leurs racines, qui les uniſſoient avéque la veſſie. D'ailleurs, elles ſont fermes, & ſeireuſes; & elles gliſſent ſi fort entre les doigts, qu'on ne les peut tenir. Elles ont auſſi *un kyſt*, ou *une gouſſe*, trés-rouge, & trés forte, qui les envelope étroitement. Leur intérieur eſt plus blanc, & plus dur, que ne l'eſt notre tunique cornée à l'entour de ſon nerf optique. Je les compare au tendon d'Achille, & à celuy de la rotule; ou plutôt, à une petite *loupe* fort dure, & à un *ganglion*. Car ces *duretez nerveuſes* de la veſſie, manquent de ces milions de filamens, dont j'ay découvert, que ſont compoſez nos tendons: Mais elles ont une fermeté coriace, & nouëuſe, telle qu'en ont, & *les loupes*, & *les ganglions*, les plus durs.

J'ay admiré dans l'une d'elles, une petite niche ovale, où étoit une pierre noire & dure; & groſſe, & longue, comme la moitié d'un grain de bled, fendu tout de ſon long. Mais revenous à notre taillé.

Aprés une demy-heure entiére, que le déraciment de ces *deus loupes* avoit tenu l'on à débaraſſé la pierre, de tout ce qui la tenoit, comme enclavée dans la veſſie. Car ſans ce dégagement, on avoit beau y porter les tenétes, les courbes & les droites, elle échapoit toûjours; & elle les fauſſoit toutes. Mais enfin, on y a porté les doigts, comme on fait à un arriére-fais dans la matrice, pour en rompre adroitement toutes les ataches; & l'ayant ainſi artiſtement dégagée, on l'a ſaiſie à plein corps, & on l'a tournée d'un ſi bon biais, qu'on en eſt venu à bout.

Que ſi, dans cette rencontre, on n'a pu l'emporter d'emblée, & de plein aſſaut; du moins, n'eſt-ce pas peu, qu'a-

qu'avéque la patience du malade; & qu'avéque l'adreſſe de *Mr. Jérôme Collot*, on l'ait pu tirer ſans lâcher priſe; ni ſans ſe rebuter par les inſtances de ceus qui opinoient à remétre la partie.

Si aprés des ſoufrances ſi exceſſives, & en leur durée, & en leur degré, le malade eſt éxent de fiévre, de hoquet, de vomiſſement, de toux, de réverie, d'enflure de ventre, de gangréne, & de tels autres mauvais augures, j'en béniray Dieu. Mais, je ne puis me figurer, qu'aprés avoir porté le fer & la dêſolation dans ces parties membraneuſes, & expoſées ſi longtens à l'air, il ne ſurvienne de pernicieus ſymptômes; principalement en un vieillard, dont les forces ſont épuiſées par une opération ſi douleureuſe, & ſi longue. J'y aporteray tous les ſoins imaginables; & d'ailleurs, j'e m'en remétray à l'Arbitre Souverain, & de la vie, & de la mort. Je ſuis,

MONSIEUR,

Votres trés-humble, & trés-obëiſſant ſerviteur,

CHARLES DRELINCOURT.

A Paris, le Mardy 28e. Août M. DC. LXIII.

AU MÊME.

J'ay recu avec un vif reſſentiment, les obligeantes marques de votre précieuſe bien-veuïllance. Je ne puis y mieus répondre, qu'en vous continuant l'hiſtoire que vous avez ſi à cœur. Elle ſe raporte à mon pronoſtique. En un mot, & ſans vous tenir l'eſprit en ſuſpens, le bonhomme eſt décédé le vint-quatriéme jour de ſa taille, âgé de ſoiſſante-cinq ans.

Il me fâchoit fort, que la ſupuration tardât tant à ſe faire. Elle n'a paru que l'onziéme jour; & encore, étoit-elle ſi legére, que je n'avois pas lieu de m'en louër. Diverſes choſes concouroient à ce quelle fût, & ſi tardive, & ſi petite. Car l'urine continuelle, que rendoit la playe, & nos injections fréquentes, lavoient inceſſament toutes les parties inciſées, & en emportoient à meſure, toute la matiére d'une loüable ſupuration? D'ailleurs, la chaleur naturelle afoiblie par l'épuiſement des eſprits, dans une taille ſi cuiſante, & ſi longue, ne pouvoit faire de digeſtion en ces parties nerveuſes, & éloignées de la ſource de la vie: particuliérement en un vieillard, qui ſe chargeoit l'eſtomac, & qu'une toux trés-opiniâtre, & trés-douloureuſe travailloit ſans reláche. Car mêmes, hors de la cheute ſenſible d'une humeur viſqueuſe & abondante, qui le faiſoit touſſer, ſes poûmons ne laiſſoient pas d'avoir de violentes ſecouſſes. En vertu, ſans doute, & de l'humeur déja engagée dans leurs bronchies; & de leur conſentement admirable avéque la veſſie, par leurs nerfs communs, endommagez par la taille. Nous en étions réduit là, que ſi d'un côte, la bonace nous rioit, pour quelques momens; l'orage nous batoit de l'autre, & furieuſement & long-tens: Car à péne, cette toux impétueſe ceſſoit elle, que le flus de ventre ſurvenoit, qui épuiſoit encore plus les forces, que l'émotion même des poûmons.

mons. On eût dit, que ces deus ſymptômes étoient de concert: Car ils s'entre-prétoient main forte, & l'un n'abandonnoit pas notre patient, d'une ſeule minute, qu'à l'inſtant-même, l'autre ne le reprit de plus belle. A tout prendre, la toux nous étoit une ennemie, encore plus irreconciliable, que la diarhee; veu qu'elle baniſſoit le ſommeil, qu'elle irritoit la playe, & qu'elle en détournoit toute la chaleur naturelle & amie, pour y en introduire uné etrangére & une pernicieuſe. De plus, les crachats étoient ſi gluans, qu'il ne ſoufroient pas que nousnous en rendiſſions Maîtres, pour les inciſer, ni pour les déterger. Au-lieu, que ſi la Diarhée minoit les forces; du moins, alégeoit-elle la poitrine; & ſervoit elle d'un égoût univerſel.

Le cœur ne me ſembloit point ofenſé, qu'à l'égard de la fiévre, qui de fois à autre, avoit de violens embraſemens, qui me pénoient fort: Car ſi je tâchois de les éteindre, & par le peu de nouriture, & par les remédes, j'afoibliſſois viſiblement le feu naturel de toutes les parties. Il me faloit donc céder au plus fort, & relâcher beaucoup de ma ſévérité: veu que le naturel vorace du défunt, me forçoit à paſſer les bornes d'une diéte réguliére. Je remarquois mêmes, une notable diminution de fiévre, quand il ſe licencioit; car les alimens qu'il prenoit, ocupoient cette chaleur ignée & devorante, qui d'ailleurs, le conſumoit.

Il avoit peu de ſoit; & d'abord que ſa poitrine avoit quelques tréves, & non obſtant ſon flus de ventre, il ne repoſoit pas mal; car il lâchoit tout ſous ſoy, ſans ſe réveiller. Et ce peu de dormir luy profitoit à veuë d'œil, veu qu'à ſon réveil, il ſe trouvoit toûjours, & plus fort, & plus libre de tous ſes ſens. Mais revenons au nœud de l'afaire, & à ſa taille.

Dés les prémiers jours, ſon abdomen etoit fort tendu; & ſes bourſes étoient fort gonflées de ſéroſitez, & fort piénes d'ecchymôſes. Mais comme cela eſt aſſez ordinaire après la taille, j'y fis moins de réflexions, que je n'en fis ſur les lé-

vres de la playe, qui étoient toutes livides, toutes ſéches, inſenſibles, ſans dureté néanmoins, aus environs; quoy qu'il y eût de la tumeur. J'ordonnay, & force embrocations d'huile roſat ſur l'abdomen & ſur les bourſes; & force injections de vin blanc, d'eſprit de vin, d'ariſtoloche ronde, de myrrhe, d'aloës & de tériaque, dans la playe. Et graces à Dieu, au bout de quelques jours, tout le bas ventre, & tout le ſcrotum, ſe remirent en leur premier état. L'eſcare même de la playe, aidée legérement de la pointe des ciſeaus, ſe ſépara du vif, comme fait la croûte d'un cauſtique, laquelle on détache de ce qui eſt animé. C'étoit préciſément l'onzieme jour; & ce fut ſeulement alors, comme je viens de vous le dire, *Monſieur*, que la ſupuration parut.

D'abord que cette croûte noire & inſenſible fut emportée la playe nous parut d'un fort bel œil; tres-vive & tres-ſenſible. L'intérieur ne nous en fut plus ſi caché; & l'on y portoit, & la canule, & les tenéres, avec incomparablement moins de péne. La raiſon en eſt trés évidente, car l'eſcare étant tombée, la playe avoit bien plus de jour, qu'elle n'en avoit, quand ſes lévres étoient comme toutes bordées de groſſes croûtes. Et d'ailleurs, les caroncules qu'on avoit laiſſées dans la veſſie, commenceoint, & à ſe flétrir en tout leur corps, & à ſupurer en leurs racines, de ſorte qu'elles occupoient bien moins d'eſpace qu'auparavant. Et mêmes, il en ſortit ſix, à divers jours, qui nous donnérent d'autant plus de lieu, de pénétrer le fond de la playe. Elles puoient toutes horriblement. Je ne laiſſay pas de les éxaminer. Elles ſe raportoient à ma deſcription des deus autres, excepté que celles cy, ne renfermoient point de calcul; & qu'elles étoient enduites d'un tartre tré-blanc & trés-dur, qui s'y élevoit, en quelques endroits, comme autant de petites collines.

Quand la cheute, & de ces deus eſcares, & de ces ſix caroncules, m'eut fait jour, je jetay l'œil dans la veſſie, j'en pénétray la profondeur, & j'y découvis force corps rons, & en-

entaſſez confuſément. Je me figuray, n'en pouvant juger plus ſainement ; ni n'oſant pas y porter le doigt, de crainte de friſſon, que c'etoient encore autant de caroncules ; Et je m'atandois à les voir ſupurer, comme les autres ſix avoient fait. Mais non obſtant toute mon aplication d'eſprit, à traiter mon malade dans toutes les régles de notre Art, il m'eſt échapé avant-hier au ſoir.

Son abdomen étoit un peu livide ; le peritoine l'étoit fort ; & l'épiploon l'étoit encore davantage. Et pour le dire en paſſant, il formoit aus aines, deus groſſes tumeurs, que j'apéleray icy, *des Epiplocéles*, avec autant de droit, que ſi elles étoient au ſcrotum. Mais l'uſage eſt un Tyran, & je m'y ſoûmets.

Tout le cadavre puoit fort, & néanmoins, j'en examinay les reins avec leurs dépendances. Mais, comme ces deus filtres de l'urine n'ont rien eu de ſingulier, je paſſe à la veſſie.

Sa membrane interne àtoit toute liſſe, & toute entiére, ſans aucun déchirement, ni ſans aucun ulcére, ſi ce n'eſt à l'endroit de l'operation, ſavoir, tout le long de ſon col, & fort avant entre les extrémitez des vretéres.

Cet éxamen êxact, a démenty également & ceus qui poſoient en fait, qu'il y eût un ulcére avant la taille ; & ceus qui croyoient que la veſſie eût été déchirée dans l'opération. Car, outre qu'il ne nous a paru icy nule trace d'aucun ulcére précédent, il eſt certain, que le défunt n'a jamais fait d'urine purulente, veu qu'elle étoit, ou ſimplement verjutée, ou glaireuſe & tenace. Or de poſer un ulcére ſans pus, c'eſt ce qui ſurpaſſe mon imagination. D'ailleurs, ſi la veſſie été princée & écorchée pendant la taille, on eût vu, ou les tenétes, ou la pierre, chargées de filets & de lambeaus. De plus, des friſſons violens, ſuivis de fiévre & de réveries ; & des convulſions horribles telles que j'ay ſouvent veues, en de ſemblables rencontres, euſſent emporté notre malade, des le troiſiéme jour, ſans que nous euſſions ainſi pu tirer de lon-

longue, ni chicaner avéque la mort, dont nous avons reculé l'ajournement perſonel juſqu'au vint-quatriéme jour. Mais revenous à notre cadavre.

Toute liſſe qu'étoit la veſſie interne, elle étoit à des endroits noüeuſe & raboteuſe; c'eſt à dire, qu'elle étoit pléne de duretez & de calus, élevez ça & là comme des durillons aus mains, ou comme des corps aus piez; ou plûtôt, comme des ganglions à l'entour des nerfs: car ces duretez éminentes étoient d'une ſubſtance trés-compacte, trés-ſerrée & trés-uniforme en leur ſolidité, auſſi bien qu'en leur blancheur.

Au reſte, *Monſieur*, je ne pus me laſſer d'examiner avec une atention toute ſinguliére, des tas d'une matiére blanche, grumeleuſe, ſolide & friable comme du tartre blanc. Et ce qui ſurpaſſa toute mon admiration, eſt que ce tartre n'étoit pas ſimplement emmoncelé, mais qu'il étoit comme cimenté, ſur cette ſubſtance ſcireuſe de la veſſie. De vray tartre n'apas d'union plus intime avec les douves d'un vieus tonneau de vin, que ce mucilage pétrifié en avoit avec ces calus de la veſſie. En éfet, il me fut abſolument impoſſible de l'en détacher, ni ſans adreſſe, ni ſans violance. Toute cette veſſie me repréſentoit, une grote, ou plütôt une mine, d'où je détachois des pierres, ou des minéraus. *Et veritablement Monſieur, c'étoit une féconde miniére*, qui n'eut ceſſe, ni de produire de nouvelles pierres, ni d'acroitre celle qu'on venoit de tailler dans ce roc éfroyable.

Ce n'eſt pas tout, *Monſieur*, j'y ay veu de mes yeus, & j'y ay touché de mes doigts. ce que tant de gens, qui veulent rafiner en des choſes qu'ils ignorent, prénent pour une fiction. C'eſt que j'y ay obſervé l'atachement & la liaiſon des caroncules, que je n'avois jamais, ni veuës dans leur matrice, ni déraciné de leur terroir. D'abord que je les vis, elles me réveillerent l'idée du balanus d'un chien en rut. Mais étant plus raſſis, je les comparay plus honnétement, & peut être plus juſtement, ou à notre luéte, ou plûtôt, au cœur d'un

d'un poulet. Trouvez vous même, *Monſieur*, une comparaiſon, qui cloche moins: Je va vous dépeindre la choſe naïvement.

Outre les calus, & outre le tartre de la veſſie, je vis de petits corps rouges & tres-fermes; qui étoient larges en leur baſe, qui s'étréciſſoient peu à peu, & qui terminoient en une pointe vive & vermeille, mais ſans atache: au lieu que leur baſe étoit liée trés-étroitement à la veſſie, par une quantité merveilleuſe de filamens, qui, comme autant de racines, les nouriſſoient ainſi vifs ſur leur pié dans leur terroir. Quelque ſoin que j'aportaſſe à les déraciner ſans endommager la veſſie, je ne pus en venir à bout; car leurs racines y étoient vives & profondes; mais néanmoins, je les emportay de la pointe d'un canif fort ſubtil; & je les conſerve dans de l'eſprit de térébenthine.

De plus, j'admiray une ſingularité, que je ne ſavois que par ouï-dire, ſans en avoir été le témoin oculaire. C'eſt que force petits corps étranges, s'étoient tellement interpoſez entre la trame des fibres de la veſſie, qu'elle en étoit fort tuméfiée, & mêmes, fort ſcireuſe. Or vous ſavez, bien mieus que moy, *Monſieur*, que toute compoſée qu'elle eſt de trois membranes, elle eſt néanmoins naturellement aſſez mince. & aſſez ſouple: Car lors qu'elle n'eſt, ni fort étenduë, ni fort reſſerrée, à péne égale-telle l'épaiſſeur d'un teſton; & d'ailleurs, on la manie comme on veut. Cependant, elle étoit icy épaiſſe, ſans hyperbole, & de meſure priſe *de quinze pouces Géometriques*. Je la comparay à la matrice, ou d'une femme groſſe, ou d'une nouvelle acouchée; avec cette diférence pourtant, que cette veſſie étoit, & ſi ferme, & ſi dure en tout ſon corps, qu'elle me ſembloit comme de la corne amolie au feu. En éfet, je ne pus jamais, ni l'amoindrir en la preſſant, ni l'étendre en la tirant: Au-lieu qu'une matrice, eſt encore molle, & qu'elle obéït, toute gonflée eſt du ſang de la groſſeſſe.

Je l'inciſay de travers, & j'en trouvay l'intérieur fort plein

de vaiſſeaus, où je mis une infinité de ſondes. Toute dure qu'elle étoit donc, elle étoit néanmoins, & fort percée, & fort remplie de canaus. Car la dureté n'exclud pas, ni la grandeur, ni le nombre des pores, & des conduits, veu que, & notre *diploë*, & nos *épiphyſes*, afin que je ne diſe rien, ni *des pierres ponces*, ni *de coraus*, diſputent, comme à l'envy, & de leur dureté, & de leurs pores.

Je m'imaginay, que, comme les canaus *ſpermatiques*, & les *hypogaſtriques*, de la Mére, groſſiſſent à meſure que *l'Embryon* ſe nourrit: Ainſi, ces vénes, & ces artéres *hypogaſtriques* de la veſſie, s'étoient toutes dilatés, & toutes élargies pour entre tenir ces caroncules, qui tiroient de là, comme de leur *Placenta*, toute leur nouriture.

Mais, voyant que tant de conduits ſurpaſſoient de beaucoup leur nombre ordinaire, j'ay cru, que cela venoit, de ce que chaque rameau capillaire, que leur petiteſſe nous derobe ordinairement, s'etoit icy fort épanouï, pour fournir cette matrice, de plus de ſang que de coutume.

Je ne puis finir, ſans vous remarquer, *Monſieur*, que cette veſſie étoit, & dimimée & augmentée tout-enſemble. Car elle ne pouvoit plus, ni s'étendre, comme elle faiſoit étant ſaine, pour contenir une raiſonnable quantité d'urine; ni ſe reſſerrer en un petit volume, comme elle faiſoit auſſi, avant qu'elle fût embaraſſée de tant de tartre, de tant de pierres, de tant de calus, & de tant de caroncules. Poſé mêmes, que ſans cette grandeur démeſurée, que j'ay dite, elle eût eu ſon tiſſu de fibres natutel, néanmoins, il luy eut été tout à-fait impoſſible d'agir comme auparavant, atendu que ſon fond étoit remply de tant de corps étranges, qui la bleſſoient dans ſes étreintes, c'eſt à dire, quand elle ſe reſſerroit à l'entour d'eus pour chaſſer l'urine par ſa contraction.

Je croy mêmes, que ces caroncules, ſurtout, celles que j'ay coupé vives ſur leur pié, étant animées, & trés-ſenſibles, cauſoient un ſurcroit de douleur en urinant: veu qu'alors, elles s'entre-heurtoient toutes: Car s'il faut ainſi dire,

ou

ou elles portoient toutes tête contre tête; ou elles s'entrelaçoient toutes les unes avéque les autres.

Enfin, *Monſieur*, je ne puis vous donner une meilleure idée, ni de l'étenduë, ni de l'épaiſſeur de la matrice de ces caroncules, qu'en vous faiſant joindre le bout des doigts, pour faire le cul de poule; puis, ſans les déſunir, retirez-les le plus que vous pourrez, & vers la paume, & vers la racine, de votre main. Le creus que vous formerez, c'eſt la capacité de cette veſſie: Mais l'épaiſſeur de vos doigts, & particuliérement cellle de votre metacarpe, c'eſt le diamétre de cette même veſſie, que j'ay diverſement incisée, & que je conſerve dans de l'eſprit de vin, le plus rectifié.

Votre patience à me lire eſt-elle à bout? La mienne à vous écrire, ne l'eſt pas encore; Mais le tems me preſſe de conclure, que je ſuis,

MONSIEUR,

Votre trés-humble, trés-obligé; & trés-obéiſſant ſerviteur,

CHARLES DRELINCOURT.

Conſeiller & Médecin Ordinaire de ſa Majeſté, & de ſon Alteſſe, Monſeigneur le Prince de Turenne.

A Paris, le Samedy 22e. de Sept. M. DC. LXIII.

CAROLI DRELINCURTII,

In Gallis Medici Regii,

NEC-NON

In Almâ Lugdunensî Batavor. Acad. Professoris Medici Practici,

ORATIO,

QUAM

Super Civitatis & Acad. calamitatibus, generatim & paucis;

Tum super

CLARISS. VIRI,

JOH. VAN HORNE,

Natalibus, vitæ institutô, & è vivis excessû, singulatim & plenius;

Brevibus tamen, Annô habuit ineunte 1670.

Etiam neſcire hominem tempus ſuum, ſicut neſciunt piſces qui capiuntur retî malô; & *ut neſciunt* aves quæ capiuntur laqueô, ſicut iſta irretiri filios hominis temporê malî, quum irruit in eos repentè. *Eccleſiaſtæ* IX. *verſ.* 14.

ORATIO.

Magnifice Rector.
Spectatiſſimi & Conſultiſſimi Viri, Prætor, Coſſ. & quilibet alii hujus Almæ Civitatis Viri Proceres.
Patres Academici, Collegæ Venerandi.
Eccleſiaſtæ Reverendi atque Vigilantes.
Doctores elegantes & arguti.
Viri quotquot adeſtis, Nobilitatè, Doctrinâ, atque Virtutè, Conſpicui.
Tu demum lectiſſima, frequentiſſimaque ſtudioſæ Juventutis Corona; ſplendidæ hujus Acad. decus grande; Patriæ tuæ flos delibate; Parentúmque tuorum ſpes maxima, fidiſſimáque.

Sortis eſt infimæ, mortaliſque, animô cogitare & intendere futura, & aliquantò antè conſtituere quid agendum ſit; At unius Altiſſimî, immortaliſque Numinis eſt noſtra confringere conſilia, & ad ſuam illa voluntatem ita dirigere, ut alienos à noſtrô propoſitô ſortiantur exitus. Ita certe, ſtatutum cum animô, ac deliberatum habuimus, *initiô ſtatim anni*, lætis auſpiciis Prælectiones noſtras inſtaurare, exordiô ductô ab Urbis Leidæ laudibus; cùm ut meam, quam de hôc ſuggeſtû Vobis obſtrinxi fidem, de hôc ipſô ſuggeſtû liberarem; tum ut Veſtram, *propter luctuoſum Civitatis ſtatum*, ægritudinem ſuſceptam abſtergerem, atque detraherem, avocationê à cogitandâ moleſtiâ; & revocationê ad Dei mirabilia tot & tanta, *Leidam Urbem erga, tyrannicâ ſolutam obſidionê*[1], contemplanda.

Sed

[1] Ipſorum etenim *Obſeſſoribus* alterum præprimis, atque alterum con-

Sed eheu! aliter visum est Superis, alitérque ab Academicô Senatû decretum est; nova quippe tædia Nobis devoranda veniunt, novis namque cùm privatis, tum publicis calamitatibus afficimur; atque ut unda pellit undam, fluctúsque fluctum trudit, ita nostrarum quædam est concatenata calamitatum series, malorumque congeries, atque lerna. *Abyssus abyssum invocat*; vixdum ex immensâ hâc, vel illâ emersimus voraginê, quum profundior gurges alius Nos absorbet. Ah miseri! Quantâ laboramus in Charybdî! Neminem itaque Vestrûm, *Viri, quotquot præsentes intueor omnium Ordinum mœstissimos*, mirari subeat, si hæc Nostra, *sub ineuntem annum*, Academiæ apertura, & instauratio Lectionum, nihil jucunditatis, nihil alacritatis; nihil lætitiæ, nihil hilaritatis; nihil voluptatis, nihil gaudii, præ se ferat; sed è diverso, nihil non tristitiæ, nihil non mœroris; nihil non ægritudinis, non mœstitiæ; nihil non luctûs, nihil non lacrymationis; vestris animis afferat.

Quis etenim vel inpræsens lugubrem hancce meam, atque lamentabilem complorationem audiat, & temperet à lacrymis? Hodiernô quippe hôc atrô diê, Academicî Senatûs auctoritatê, traditam Mihi Provinciam duram impleturus, jubeor Nobis & infandum renovare dolorem, & acerbum commovêre luctum; non privata mea, (*immania licèt atque mortifera, quæ toties, ex quô Leidam sum appulsus, inflicta mihi fuêre, quæque animô æquô passus sum*;) sed publica nostra cùm universæ Civitati, tum Academiæ nostræ singulatim, immitia atque lethifera, *toties etiam illata*, vulnera, refricare.

In hôc autem injuncto mihi officiô atque munerê obeundô, cô brevior futurus sum, quòd non ita pridem, Reverendus senior Collega meus integrum illud in sese susceperit onus

contigit, haud absimile profectô & Ægyptiorum infortunio, dum Israelem profugum redegerant ad incitas; *Exod.* XIV. *vers.* 28 Et Syrorum, Samaritas opprimentium, lymphatico pavori, atque tumultuario receptui, 2 *Reg.* VII. *vers.* 7. & 8.

onus, nervoſóque ſuô atque potentî eloquiô ita ſuſtinuerit Unus: ut, *tantum poſt Homerum velut alterum*, alieniſſimus ſim *ab Iliadê malorum conſcribendâ, ac elugendâ.* Nihiloſecius, ſicuti Venerandus Eccleſiaſtes ille tot Clariſſimorum Leidenſium Civium morteis dolentiùs deploravit, noſtrorumque complurium Collegarum exceſſum é vivis acerbiùs deflevit, ita quoque mihi licitum eſt, noſtras, *pro rerum atrocitate*, lugêre calamitates, atque tot, tantorumque Virorum, *ſuis ſingulariter in Artibus atque ſcientiis eminentium*, mortibus illacrymari. Noſtra ſiquidem ſors uſque adeò deflenda eſt, ut lapides [1] flêre, atque ſaxa lamentari cogere queat. Quis enim vel horum ipſiſſimorum parietum [2] neſcit? Et quis non neſciens ferreum atque funeſtum non luget hujus infortunium Reip. quô Civitatis cùm Indigenæ, tum Extranei acerbis promiſcue ſatis exercentur, & mille mortibus confuſim implicantur?

Nullus namque Veſtrûm rebus in noſtris uſque adeò hoſpes eſt, ut eum fugiat, Leidenſium & Popularium, & Incolarum alios Libitinæ immolari; alios verò, gravibus & Chronicis ægrotationibus detineri, alios denique, morborum quidem periculô defungi, ſed viribus exhauſtos & animî ægritudinê preſſos, larvarum inſtar, pallorê ſuffuſos, ſqualentes & pullatos, ita frequentes urbem perambulare, vix ut quiſpiam incedat, cùm ecce, atrati homines paſſim occurrunt, ſericô criſpiorî & pullô vellerê luctuoſi. Igitur, vel mors ipſa Civeis noſtros proterit atque conculcat; vel Satellites ejus *morborum ſcilicet aſſeclæ, atque ſymptomata*, indiſcriminatim ſæviunt in illos. Noſtrum ſiquidem eſt tam inexorabile fatum, ut hæc Noctis, Erebique

[1] Imitatio Tulliana eſt, ejus enim Orator lapidibus atque ſaxis *fletum* atque *lamentum* tribuit. Imò, alluſio eſt ad loca Sacra duo, *Habac.* 2. *verſ.* XI. & *Luc.* XIX. *verſ.* 40. ubi *clamor* lapidibus adſcribitur.

[2] Tullii rurſum eſt imitatio, ejus quippe *Marcellini parietes C. Cæſari gratias agere geſtiunt.*

que filia Leidenſes vel abripiat, vel ad Orci fauces, & Plutonis Regiam deportet; adeò ut, altera videatur eſſe vel Prænestina, vel Rhamnuſia Dea, quæ Nobis à peccatoribus & pignora ſcelerum extorqueat, & criminum pœnas exigat.

Mors autem illa cæca & immitis plebem non unam contrivit ad myriadas; verùm etiam, Summates Noſtros falcê ſuâ demeſſuit. Prætorem enim Noſtrum, & Coſſ. Viros quatuor ſuô de faſtigiô depreſſit; & Scabinos inſuper plurimos immiſericorditer reſecuit.

Nec Politicos ſolùm nubila iſthæc Parca vitæ orbavit uſurâ, ſed & Levitis ipſis nequaquam pepercit; Paſtores ſiquidem Eccleſiæ ſidera, *haud infimæ profectò magnitudinis*, Anglum unum; Germanum alium: Gallo-Belgam unum & alterum, Belgas verò plurimos extinxit. Quid mirum igitur, ſi Proſerpina rapax, eadem & audax Sanctuarium ingreſſa, noſtram quoque ſubierit Academiam, Nobiſque, *multifariô ſuî meritò*, conjunctiſſimos Collegas eripuerit è ſinû.

En primùm itaque noſtrum in hortum ſeſe ſubduxit, ubi capita papaverum ſumma, & inanima, *Tarquinii ſuperbî morê*, non decuſſit; Sed hortulanum ipſum ſuis à vegetantibus evulſit, & Parcis immolavit: Immo, meritiſſimum Botanicês Profeſſorem, *ceu lectiſſimum Nobis florem*, legit. Nec illam uni Chloridi, *ſive Floræ*, injuriam intulit Atropos, Themidis namque Sacrarium violavit, fidiſſimumque Nobis Legum Interpretem detraxit.

Plura dicam, ipſius enim Minervæ Caſſidi lethiferum duplicem ictum inflixit, Profeſſoremque Philoſophum, *unum & alterum*, rationê ſimul atque vitâ ſpoliavit. En & noviſſimè, Nobis etiam Virum myſteriis *abſtruſum*, & *immerſum* Sacris, ſed interim clarentem.

Abſtulit atra dies, & funerê merſit acerbô.

Huic porrò ſermoni querulo, atque lamentabili complorationi, finem facturus eſſem nullum, Leidenſes cùm Politicos, tum

tum Academicos; cum optimates, tum Infimates, numerando ſi recenſerem, qui ſiniſtris rerum eventibus, ad mortis atra confinia deducti ſunt; & exinde, nec Homericô Nepenthê; nec virgulâ Mercurii, ſed Dei ter Opt. Max. beneficiô hanc in hominum lucem reducti. Tantum etenim ſilentiô premere dolorem conſultius eſſe reputo, quàm acerbiſſimum illum Veſtra in pectora fundere mœrorem præ ipſâ ineffabilem acerbitatê.

Sed quò feror, ut pugnantia loquar? Sub ipſum quippe meum exordium plangorê & lamentationê, mœſtiſſimum hoc Auditorium complevi. Recentiſſimam itaque, non alieno, ſed proprio noſtro Profeſſorum Medicorum corpori, plagam immiſſam, cicatricê non obducam, ſed eandem renovabo. Aliàs namque forem & in Excellentis Hornii, *nudius ſextus fatô functi*, Manes impius; & in Venerandi Senatûs Academici mandata injurioſus, ſi nimirum tanto Μακαρίτῃ *hodiernô hâc meâ lamentationê*, leſſum [1] non facerem.

Quem ergo defunctum, *ubi funus ejus efferebatur*, mulier nulla vel *Funera* [2], vel *Præfica* [2], lacrymis ſuis vel *ſeriis*, vel *fictis*, decoravit; vel *Epicediô* ſuô, ſive *Monodiâ* ſuâ laudavit: illum eundem, *nuper Collegam Nobis addictiſſimum*, nubilâ hâc ipſâ diê, atrô ſignandâ lapillô, meritis laudationibus efferemus.

1 Probè tamen conſcius ſum lugubrem ejulationem illam, atque fletum amarum, & in *Solonis legem*, & in XII peccare *Tabulas*.

2 Mulieres *Funeræ*, vel *Funereæ*, à Veteribus audiunt *Conſanguineæ* defuncti, ad quas *funus* attinet, quæque illius ergò tanguntur acerbè, lacrymaſque vel *fundunt*, vel *ſimulant*, ſanguineas: *Præficæ* verò, quæ funeri *præficiuntur* ut operâ conductitiâ fleant, atque fortia defuncti facta ſuô celebrent Ἐπικηδίῳ, ἢ Ἐπιθανατίῳ. Et has fateor, *Scriptores apud aliquot*, flêre nequaquam, ſed flentibus reliquis *eſſe* Μονῳδούς, *ſolas canere*; atque propterea *ſolitarium carmen* illud *funebre* μονῳδίαν vocitari. Id autem eò aptiùs p. m. *Hornio* quadrat, quòd viduus obierit, filiâ nullâ, ſororê nullâ, matrê nullâ, ſocrû nullâ: Nullâ ergo, *uti dixi*, vel *Funerâ*, vel *Præficâ*, ejus obitum lugente. Nunc enim *mercedê* non *conducitur fletus*, eædem ni *mercenariæ*, atque *conductitiæ* audiant, quæ *heredes*: Hæ ſiquidem *crocodili lacrymas* eò fundunt uberiores, quò nummos percepturæ ſunt numeroſiores.

feremus. Ne igitur de laudibus illius meritiſſimi Viri, νῦν ἐν ἀγῶσι, cumulum deruamus, in vitam ejus omnem, *tanquam in ſpeculum*, inſpiciamus. Ab ejus itaque Natalibus principium ducturi ſumus, quo propiùs illum, *à primis cunabulis ad feretrum*, inſequamur, & acrioribus, ac irretortis oculis contemplemur.

Rem idcirco tantam ordiamur ab ovô, argumentumque noſtrum à capitê arceſſamus. Ne quis ergo *Hornium* terræ filium putet omniparentis alumnum, *per Me*, hæc univerſa atque frequentiſſima certior fiat Corona, probis illum atque claris Majoribus ſatum eſſe: Ac citra quàm ejus origo repetatur altiùs, abundè erit dixiſſe, Avum ejus, *Petrum Hornium*, divitem, incorruptæque fidei Mercatorem Antuerpianum fuiſſe, qui ob id ipſum quòd largus opum & virtutis integer eſſet, ſacræ Antuerpienſis Ædis Curator fuit electus, illudque munus ſuum, religioſè functus eſt; ſuámque mercaturam ſyncerè fecit, ætatémque ſuam omnem egit integerrimè; & intaminatis Antuerpiæ refulſit honoribus, utpote probus atque dives.

Filius ejus, *Jac. Hornius* tantam parentis ſui virtutem atque pietatem imitatus, defecit à Pontificiis ad Purioris Religionis Chriſtianos; adeoque ſolum vertit, & Amſtelodamum conceſſit, ubi, *paucô poſt temporê*, aditum ſibi cùm ad novas opes, *bonâ fidê conquirendas*; tum ad novos honores, *citra ambitum conſequendos*, patefecit. Citò quippe perrexit ad Indiarum Occidentalium Præfecturam; Brevî itidem, *ex pudiciſſimâ uxorê ſuâ*, filium illum ſuſcepit, ad cujus domum, *lugubrî hôc diê*, arbos illa Diti ſacra Cupreſſus, *funebrî ſignô*, ponenda eſt, ut viatores quique, Noſtra Nobiſcum lugeant præpoſtera fata, quæ filium illum adultum & conſiſtentem, necdum viridîs ſenectutîs primos annos colligentem, è ſinû noſtrô, præmaturè avulſerunt. Ille ſiquidem 49. ætatis annum minimè compleverat; Annô quippe Seculî, exeuntê 21. *propitius venerat ſub luminis oras.*

Infantiam vix exceſſit, cùm ecce, totis oſſibus paternos mores

mores bibit; totoque pectorê Humaniores Literas, *educatorê & altorê Daventrienſi Gymnaſiarchâ*, tam avidus arripuit, ut breviter, Scholas inferiores illas ſit egreſſus, & Philoſophico ſtudio per biennium incubuerit; quô ſtudiô emenſô ad Juriſprudentiam, *Parentis impulſû*, animum appulit.

Interea loci, quò Phyſica ſtudia ſua recoleret, atque compleret, publicam Anatomen acrioribus oculis intuitus eſt; illóque acutiorî mirificam in corporis humani ſtructuram intuitû, tantam in admirationem humanæ fabricæ raptus eſt, ut ingentî deſideriô fuerit incenſus, in aliud, atque aliud pleniùs atque pleniùs introſpicere Cadaver. Tam flagranti deſiderio ut indulgeret, Genitoris ſui conſiliô uſus eſt ſecundô, atque Juris ſtudium illud, (*quod Patris ejuſdem hortatû tentaverat & ingreſſus erat, & à quô gerebat animum alienum*) abrupit & fregit; atque Medicinam, *in quam indolê* totâ *ferebatur*, amplexus eſt; eóque pactô acerrimum illud Anatomês ſtudium, *quô tenebatur & ardebat*, profeſſus eſt, atque reſtinxit. Illorum etenim, qui hanc Acad. Anatomicæ rei peritiâ ſuâ ſummâ commendabant, uſus eſt operâ, & tantorum in Anatomê Virorum præcepta, pronis non duntaxat auribus excepit; Verùm, tantæ dexteritatis illorum feliciſſimum æmulum ſeſe geſſit.

Illô ſtudiorum & induſtriæ curriculô, hâc in Acad. gnaviter elaboratô, Ultrajectum ſe contulit, ubi lectionum publicarum ſtudioſiſſimum ſeſe præbuit. Illinc in Italiam profectus eſt, inibíque ex orê & diſciplinâ pependit, Medicorum quos illa tunc Regio celeberrimos tulit. Imprimis autem Veſlingium obſervavit, qui ut potior ipſi fuit in Anatome ductor, ita & laureæ ſupremus dator Apollinaris. Tantâ Noſter ὁ Μαναφίτης triumphali redimitus laurô Venetias applicuit; ubi Practicis uſus eſt expertiſſimis, quò frequens ſibi pateret ad infirmos ingreſſus, & ſibi gradum quaſi quemdam atque aditum, tutiorem ad Medicinam, *propriô deinceps Martê profitendam*, jaceret.

Fundamentis tantis fideliter poſitis, in Venetorum caſtra,

ad Padum fluvium conſtituta, *ubi medelas fecit inculpatas*, totus ſeſe conjecit. Verùm, Caſtrenſis illius rationis; militaríſque vitæ, eô potiſſimùm nominê pertæſus eſt, quòd inibi ſuum non ſubigeret ingenium; Itaque, per Appulos, *plurimas Urbes luſtrando*, Neapolin tetendit, ubi denuô Medicæ praxi totus inhæſit. Neapolî diſcedens Siciliam, Melitámque Inſulas trajecit, illincque retrorſum Vencta littora relegit; quibus deſertis, Longobardiam, Ducatúmque Mediolanenſem, atque Helvetiam peragravit. Plurimos autem menſes Baſileæ tranſegit, inibique Diſputationi Medicæ tam acris, tamque doctus præfuit, ut Clariſſ. Baſileenſium Medicorum Ordo, Talem ac Tantum, *honorificô Diplomatê*, ſibi Doctorem adoptaverit. Atque ſic publicis affectus honoribus Monſpelium perrexit, ubi ſeſe in conſuetudinem inſinuavit Regiorum Medicinæ Profeſſ: *ſex* [1], qui Memet ipſum, *annos ante ſedecim*, Daphnê redimiverunt Apollineâ.

Ex tantô demigrans Apollinis Athenæô plurimum iter per Gallias confecit, ac tandem cogitavit Aureliam; ubi Bellicoſæ, Literatæque Nationis utriuſque Germanæ, *Suis à Popularibus*, Procurator electus eſt.

Aureliâ iter ſuum Pariſios direxit, & Noſtris inibi Proceribus Medicis acceptiſſimus fuit. Illos autem cùm valêre juſſit, Dieppam, *fretî Britannicî tranſfretandî cauſâ*, ſuum contulit iter, ut, *exactô tandem integrô peregrinationis ſexenniô*, Germanam in patriam haud inglorius reveheretur.

Cùm autem natalî in ſolô inclareſcere efflictim ambiret, frænum accepit atque momordit, & ut intermiſſa repeteret, atque recoleret ſtudia hanc in Acad. reverſus eſt; ubi publicam Anatomen affabrè & ſolerter adminiſtravit.

Annô inſequentê, Nobiliſſ. & Spectatiſſ. Viri, tum Academiæ Curatores, tum Civitatis Coſſ. Anatomico Muneri

D. nempe [1] *De Belleval, Curtaudi, Du Rane, Riverii, Seliniaci*, atque *Sanchii*, quos honoris gratiâ, ceu Medicinæ Magnos Atlantes commemoro.

neri Extraordinario, *quod multâ cum laudê coluit, effecítque*, illum præpoſuerunt.

Biennió exactò, Anatomês & Chirurgiæ Profeſſor Amſtelodamum evocatus eſt; ſed illud detrectavit onus, quia Chirurgicî, & Anatomicî Profeſſoris Ordinarii, *hâc in Acad:* Spartam illam eandem nactus eſt, quam ornavit, ſuas namque parteis non modò in Academiâ, verùm etiam in Eccleſiâ, atque Civitatê ita peregit, ut Nobis omnibus, atque ſingulis, acre Suî deſiderium reliquerit, *licèt non omnis mortuus ſit, multâque pars ejus ſit Libitinam vitata.* Etenim, cùm in verſandis Veterum monimentis volutatus eſſet; non pauca Græcè, tum Latinè, *ſeculorum vitio nuſquam intermoritura*, divulgavit. Linguas autem illas Literatoribus familiares, *ſupra vernaculam*, non duntaxat calluit, ſed & Gallicè, Italicè, Anglicè, atque Germanicè fandi dulciſſimus erat: Proindéque, illô de Πολυγλώσσῳ Virô veraciter dixerim, quod de ſeptemgemini Nili *ſeptem* dicitur *Oſtiis*, fuiſſe ἑπτάῤῥοον, ſive *ſeptemfluum*, & quidem lenitatê tantâ, ſingulos ut ſuis deliniret ſermonibus mellifluis. Porrô, non ſolùm in verbis, ſed & in rebus diſcendis, multiſcius ille ſuam contrivit ætatem, atque ut à prudentiâ totius ævî ſui duxit exordium, ſic vitam ſuam omnem ad rationis atque pietatis normam totus compoſuit. Cùm igitur, talis ac tantus fuerit Vir ille ſummus, eò acerbiùs ſors Noſtra deploranda venit, quòd illô careamus, quem habuimus, quemque habêre maximè vellemus, ut pote Academiæ Noſtræ decus grande; Eccleſiæ Chriſti militantis ſtrenuum Athletam; Civitatiſque hujus ornamentum inter præcipua.

Illius autem Viri Magni extrema funera tantò dolentiùs comploramus, quòd ipſi nuperrimè morbum gravem eluctato, & à liminê mortis revocato fuerimus gratulati. Sed, *mutatis rerum vicibus*, conquerimur vicem noſtram, quòd Nobis illum Deus ademerit, quem poſtliminiô mortis reviviſcentem redonaverat. Ubi quippe noviſſimus annus eſſet in *exitû*, priorum ille Noſter mortis inſultuum repulſor, gra-

viorî morbô correptus, ſuos etiam ſupremos cogitavit *exitus*, atque pietatis ſuæ, tum fidei, teſtimonia luculentiſſima dedit utrique animarum Medico, qui, *juxta lectulum ejus*, ſuas fudêre preces ad vitæ, neciſque noſtræ ſupremum Arbitrum. Illius ergo vices, *qui beatus obdormivit in Dominô, quique ſuis à laboribus quieſcit*, nequaquam dolemus; ſed ſuum illud infortunium Illuſtriſſima hæc *Univerſitas* [1], ſuam illam orbitatem Puriſſima hæc [2] *Eccleſia*; ſuam denique cladem iliam Splendidiſſima hæc *Civitas* [3], tota luget, tota deplorat, tota lamentatur [1], utpote,

Cu-

1 Præmiſſæ *tres* illæ *triplicem* inſinuant p. m. Mei Collegæ *Relationem* ad *Acad* ad *Eccl.* & ad *Civit.* Lapides interim ſunt, non homines, quibus iſthæc, *& ſequentia Relata* XXXIX, Bœotiis ænigmatis obſcuriora viſuntur. Quaſi verò Meus ille, *(quem lugeo,)* quâ Membrum Academicum *Philoſophus* [1] dici nequiret vel è *Lyceô*, vel è *Porticû* [3]; iſque *Libris* [4] *inſtructiſſimus* ut *Orator* [5] etiam evadat, *Doctor* [6] atque *Profeſſor* [7]; Imò, *Scriptor* [8], iſque *Botanicus* [9] & *Anatomicus* [10], & quaſi verò rurſum, is idem & Profeſſor & Scriptor, Magnifici Rectoris *Aſſeſſor* [11] eſſe non poſſit, nec-non inſimul *Patres* inter *Academiæ* [12] *Conſcriptos*, ac *Apollinis* inter *Symmyſtas* [13] recenſeri.

Sic illi Momi mei, atque fungi, *veſpertilionum morê*, Sacras ad illas cæcutiunt Metaphoras, quibus, *Meus ille Defunctus*, quâ Membrum *Eccleſiæ Militantis*, Mihi primùm eſt *Vivus* de Chriſti Templô *lapis* [1], *gemma* [2] deinceps, *luminare* atque *Sidus* [4]. Immo gradatim, ex inanimô luminarî atque ſiderê, Chriſti fit *Ovis* [5], ac etiam *Aquila* [6] Corpus circa Myſticum *congregata* [7], atque *Symphoniaca* [8]; & illâ *Pietatê* [9] ſuâ *Fidelibus* [10] adſcribitur, *Chriſtique* [11] *fit particeps*, & *Membrum* [12], ac proinde *Cœlicola* [13].

Sic demum Metaphoræ *tredecim* aliæ, *Politicô de Membrô meô*, luculentiſſimæ ſunt Sacrî, Profanique *ſcientibus* Tropî. Sed de his non guſtabit *Aſellus*; Nec animæ ſteriles illæ mentem ſuam torquebunt unquam tot Metaphoras lugubres variis ut perpetuò concatenent annulis; *&*, *ſur tout, ils ſe garderont bien d'en avoir treize à la douzaine. Mais, c'eſt qu'ils ſavent, mieus que moi, que moi, que les habits de deuïl ſont ſans faſſon.*

1 Acad. 1 Eccl. 1 Civ. Cujus de Scholâ Philoſophus ille ille ſit abreptus: cujus é templô ſpirituali vivus ille Lapis ſit detractus: cujus ex ædibus ille ſit exturbatus Incola.

2 Acad. 2 Eccl. 2 Civ. Cujus è Lyceô Peripateticus ille ſit evulſus: cujus ex coronâ illa Gemma ſit prolapſa: cujus è communitatê Civis ille ſit exterminatus.

3 Acad. 3 Eccl. 3 Civ. Cujus Porticû Stoicus ille ſit excluſus: cujus de facibus illud Luminare ſit extinctum: cujus ex triviis atque quadriviis ille Galenicæ de oſſibus doctrinæ Vindex & Tympaniſta ſit detruſus.

4 Acad. 4 Eccl. 4 Civ. Cujus à Γραμματοφυλακείῳ ille Βιβλιοκώπατος ἀνὴρ expunctus: cujus è cœlô Sidus illud ſit delapſum atque devolutum: cujus à compitis Anatomicarum ille veritatum præco ſit ablegatus.

5 Acad. 5 Eccl. 5 Civ. Cujus de Roſtris Orator ille ſit deturbatus: cujus de gregê Ovis illa ſit vorata: cujus de Medicinis ille Medicamentarius ſit ablatus.

6 Acad. 6 Eccl. 6 Civ. Cujus è Gymnaſiô Doctor ille ſit expulſus: cujus è cœnaculô illa ſit Aquila fugata: cujus ex officinis Chirurgus ille ſit eductus.

7 Acad. 7 Eccl. 7 Civ. Cujus ex auditoriô Profeſſor ille ſit ejectus: cujus à piô confeſſû Confeſſor ille ſit proturbatus: cujus in excubiis ille corporum Epiſcopus ſit conſopitus.

8 Acad. 8 Eccl. 8 Civ. Cujus ex Athenæo Scriptor ille ſit deletus: cujus ex choró Symphoniacus ille ſit extractus: cujus è Prætoriô ille laborantium Aſſeſſor ſit extruſus.

9 Acad. 9 Eccl. 9 Civ. Cujus in hortò Botaniſtes ille, *hâc ineuntê rigentiſſimâ brumâ*, ſit confectus: cujus ex Synedriô piorum ille Virorum Antiſtes ſit ereptus: cujus à Comitiis ægrorum ille Centurio ſit remotus.

Cu-

1 Vid. infra n. 7.

10 Acad. 10 Eccl. 10 Civ. Cujus de theatrô Anatomicus ille sit refectus: cujus è conventû fidelis ille sit evocatus: cujus ex Conciliis morbosorum ille Consiliator & Rector sit excussus.

11 Acad. 11 Eccl. 11 Civ. Cujus Assessurâ ille Magnificî Nostri Rectoris Assessor sit depositus: cujus ex mensâ Κοινωνὸς ille sit abactus: cujus de valetudinario ille malorum Averruncus sit ipse Parcis immolatus.

12 Acad. 12 Eccl. 12 Civ. Cujus de Senatû ille Patrum unus sit proscriptus: cujus in corpore, Christi membrum illud sit amputatum: cujus è Curia Medica Senator ille sit rejectus.

13 Acad. 13 Eccl. 13 Civ. Cujus tandem Æsculapicô de Sacrariô Apollinis ille Mysta sit exemptus: cujus demum è mansionibus ille Cœlicola beatas in sedas sit raptus: cujus denique, de Medicô Tribunali morborum ille Judex sit devolutus & ad fata sua deductus.

Non solùm igitur propter dignissimum suum Professorem peremptum acerbè dolet *Academia* [1]; optimum à communionê suâ Christianum sejunctum *Ecclesia* [2] plorat effusè; atque meritissimum Medicum sibi extinctum lugubris plangit *Leida* [3]; verùm etiam ipsæ Musæ suum illum dolenter & asperè lugent alumnum; suum Præceptorem studiosi; suum *Institutorem* [1] Orgiis Medicinæ initiati; suum Promotorem Candidati; suum *Sectorem* [2] cadavera; suum Demonstratorem Anatomica corona; suum *Botanisten* [3] hortus; suum Cognitorem plantæ; suum *Interpretem* [4] Itali, Angli, Galli atque Germani; suum *Assessorem* [5] Rectoratus; suum *Deca-*

1. Medicinæ siquidem *rudimenta* νεοφύτες perdocebat.

2. & 3. *Anatomicus* etenim fuit immortali nominê dignus, atque *Botanices* insuper curiosissimus.

4. Illorum namque *Linguas* apprimè callebat.

5. & 6. Obitûs enim Annô, Unus de quatuor Magnifici Rectoris *Assessoribus* erat, ac insimul Medicinæ Professorum *Decanus*.

Decanum [6] Ordo Noſter Medicus; ſuum *Dominum* domus & fundus; ſuum *Lectorem* [7] libri; ſuum *Scriptorem* [8] Bibliothecæ; ſuum *Exploratorem* [9] vulnerati; ſuum *Obligatorem* atque *Glutinatorem* ſauciati; ſuum *Purgatorem* ulceroſi; ſuum *Reſtitutorem* atque *Concinnatorem* luxati; ſuum *Depulſorem*, & *Extinctorem* inflammati Phlegmonê, vel Eryſipelatê; ſuum *Defenſorem* atque *Repreſſorem* Oedematê, vel Scirrhô tumentes; ſuum, *uno verbo*, *Fratrem* Podalirius atque Machaon; ſuum præterea *Civem* populares; ſuum *Dilectum* affines; ſuum *Fulcrum* amici; ſuum *Amatorem* conſanguinei; ſuum *Largitorem* egeni; ſuum *Æſculapium* ægrotantes; ſuum *Collegam* Medici; ſuum *Philoſophum* Schola; ſuum *Doctorem* auditorium; ſuum *Oratorem* ſuggeſtus, ſuum *Decus* [10] ſubſellia; ſuum *Explicatorem* [11] Fallopius; ſuum *Auctorem* [12] Veſalius; ſuum *Correctorem* [13] & *Emendatorem* Celſus; ſuum *Explanatorem* Medicina; ſuum *Conciliatorem* [14] Græcia diſcors; ſuum tandem *Oedipum* [15] Oracula *Coa* [16] atque *Pergamena*.

D. I. X. I.

7. & 8. Ipſi quippe, ſicuti numeroſa fuit *Librorum* ſupellex; ita & ejus *Scriptio* multiplex magnô Bibliothecas ornavit incrementô.

9. Iſthæc profectò de *vulneratis*, *ulceroſiſque*; *luxatis* item, atque *tumentibus*, ipſi quadrant ad amuſſim omnia, utpote rei Chirurgicæ calentiſſimo.

10. Quoniam Profeſſorum quiſpiam quidpiam de Suggeſtû dum reponit, reliqui Collegæ tunc Auditores tantùm, mutæque Perſonæ, *ſubſellia* premunt.

11. 12. & 13. *Fallopium* nempe Commentariis illuſtravit; *Veſalium auxit*; atque *C. Celſ.* mendis ab innumeris *repurgavit*.

14. 15. & 16. Feliciſſimus nimirum erat Græcorum in paginis pugnantibus *conciliandis*; præprimis autem in *Hipp. Coi*, *Galenique Pergameni* locis, *vel Pythiis obſcurioribus Oraculis*, elucidandis. Utinam Ipſe *Sphinx* in Contextû ſi quandoque fuerim aſpera, argutus evaſerim inter Commentandum *Oedipus*!

FINIS.

Numerare dies noſtros ita doce *Nos*, ut inducamus
cor ſapientiæ.

Moſes Pſalm. XC. *verſ.* 12.

CAROLI DRELINCURTII

Medici Regii in Galliis;

Nec-Non

Lugduni-Batav. Profeſſoris Practici

& Anatomici

ANATOMICUM PRÆLUDIUM,

QUOD

Lugdunenſium in Amphitheatrô,
ſuam ad primam Anatomês
ἐγχείρησιν adhibuit.

PSALMUS CXXXIX.

verſ. 14.

Celebro te, eò quòd ſuſpiciendis *operibus iſtis* in admirationem traducor: *celebro* mirabilia opera tua, quàm maximè novit animus meus.

CAROLI DRELINCURTII

Suam in primam Adminiſtrationem

Anatomicam præfata,

SIVE

PRÆLUDIUM ANATOMICUM.

Collegæ honorandi;
Myſtæ Apollinei quotquot adeſtis;
Tuque ornatiſſima, quæ me cingis Spectatorum Corona.

Provinciam Mihi ab Illuſtribus & Nobiliſſimis, hujus & inclytæ Academiæ & florentiſſimæ Civitatis, D. D. Curatoribus & Coſſ. demandatam ut fungar, ornatiſſimos hujus Athenæi φιλιάτρους Anatomen ſum edocturus. Id certè negotii mihi dati, imprimis operoſum & moleſtiarum plenum ac ſubinde tædioſum eſt. Quis tamen Noſtrûm tantæ molis opus viriliter non aggrediatur, totque tædia non voret alacriter, finem Anatomes ſi reſpiciat. Is quippe, non duntaxat omni hominum ſorti frugifer eſt cùm ad *Sui*, tum ad *Dei* immortalis cognitionem, τὰ γὰρ ἀόρατα τῦ θεῦ

ἔστι

ἀπὸ κτίσεως κόσμε, τοῖς ποιήμασι νοέμενα καθορᾶται, ἥτε ἀΐδιος αὐτε δύναμις καὶ θειότης [1], sed præsertim omnibus *Apollinis filiis* tantæ frugis est ut illius ignoratio sit illis penitus ignominiosa atque damnosa. Hæc siquidem *corporum resectio*, totius est Medicinæ *verus oculus*, *fidissimus clavus*, & *tutissima pyxis nautica*. Qui proinde Anatomês lucê atque beneficiô non fruitur, morbis tamen gravioribus curandis sese accingit, tanquam Nauclerus oculis & mentê captus, citra clavum & navigatoriam acum, æstuosum atque procellosum in æquor vela pandit, naufragium tandem miserè fracturus; uti faciunt & nominê tenus [2] Medici plures, non modò suæ famæ, cujus jacturâ non tanguntur (*nam infamia non lædit* [3] *occæcatos & amentes*) sed quod rei totius caput est, miserellam illam corporis humani cymbam morborum fluctibus ultro citroque jactatam, & illorum curæ infeliciter commissam, lugubriter tandem ad sepulcri rupem allidunt & in mortis abyssum demergunt.

Ne igitur vel maximis ipsis atque [4] turbulentissimis morborum tempestatibus subortis, corpora vel vestra, vel vobis aliquando credenda, naufraga fiant, sed salva & incolumia finibus optatis reddantur, magnopere vos hortor, *quotquot circunspicio* φιλιάτρους *oculatos atque prudentes* ut cæcam illam & animis vestris primitus offusam Anatomiæ caliginem discutiatis. Talem profectò, tantique faciendum in finem Vobis est Anatome summô in pretiô habenda atque gnaviter excolenda.

Illa

1 Rom. 1. 20.

2 Hippocrati *personati* sunt histrionum more! *Medici* quippe *personam* sustinent, nihil tamen minus sunt.

3 *Fictos* illos ignomiâ nequaquam affici idem docet Hipp. ἀδοξίῃ δηλονότι ὃ τιτρώσκειν τὲς ἐξ αὐτέης συγχειρήσες.

4 Elegans est certè Hippocratea *Medicorum* cum *Naucleris* comparatio. Nullius enim peritia magis elucet, quàm sævâ & immani vel *cæli*, vel *morborum* urgentê procellâ.

Illa porro duplex eſt, *fortuita* una & *inconſulta*, quam vulneribus viſis [1] corpori hominum inflictis conſequimur, quàmque utpote rudem, ad rudes Empiricos ablegamus; *artificialis* altera atque *conſulta* & illuſtrium Medicorum propria, quæ induſtriè ac ſolerter partes alias ab aliis diſjungit atque reſecat, nec ex unâ plures effingit, nec ex pluribus unam exhibet; ſed quæ connatæ ſunt atque conjunctæ, connatas atque conjunctas relinquit; at è diverſo, naturâ ſuâ ſejunctas atque ſecretas, mutuò tamen ſibi aſſociatas atque cohærentes diſſociat & abalienat [2].

Hæc autem Anatome apud nos unicè *Practica* & ſimul *Scientifica* audit, atque propterea *Theoreticæ* & *Hiſtoricæ* alteri jurè meritoque eſt opponenda, vocitandaque *Scientia factiva*, *quæ partis cujuslibet humanæ nomen*, *figuram*, *ſitum*, *connexionem*, *communionem*, *ſubſtantiam*, *magnitudinem*, *numerum*, *actiones* [3] & *uſus rimatur & patefacit.*

Hanc igitur Practicam Anatomen Vobis explanaturus atque demonſtraturus oculatiſſimis Φιλιάτροις, illam rurſus divi-

1 Interdum enim vel gladiator in arena, vel miles in aciê, vel viator à latronibus exceptus ſic vulneratur, ut ejus interior aliqua pars, & in aliò alia aperiatur, &c. *C. Celſ. Præf. in Lib.* 1. Τῷ ἰατρίνῳ τῷ ἐκ τραυμάτων ἀνατομικῷ τῷ κατ' ἀφίπωσιν καὶ πολυθρύλλητον *Gal. vocat.* 1 & 2. *Adm. Anat.*

2 Et hæc rurſus vel *ſpirantium* eſt hominum, vel *defunctorum*. Herophilus namque & Eraſiſtratus nocentes homines à Regibus ex carcere acceptos, vivos inciderunt. Crudele ſiquidem ſibi non proponebant hominum nocentium, & horum quoque paucorum, ſuppliciis remedia populis innocentibus quærere. Sed ſcelus iſtud *C. Celſus* execratur; Exhorret enim *ſalutis humanæ præſidem Artem, non ſolum peſtem alicui, ſed hanc etiam atrociſſimam inferre.*

Cadaveroſam autem ſectionem, quam hic *Practicam* atque *Scientificam* Anatomen voco, *Celſus* idem *neceſſariam* nuncupat *mortuorum lacerationem*; Galenus vero, τῷ ἐγχειρήσιν vocitat τῷ Ἀνατομικῷ.

3 *Cadaveris* proſectorem *partium actiones* detegere numeroſi negant vitiligatores, altum nimis ſapientes. Sed diſcant illi rudes, depreſ-

viſurus ſum in *Particularem* quæ unius duntaxat vel [1] alterius partis ſtructuræ ſtudet, reliquis intactis, non minoris mehercle ad praxim momenti, & *Univerſalem*, quæ ex æquo omneis omninò corpus humanum parteis integranteis indagat, aſſequitur, disjungit, contemplaturque: ac proinde hæc poſtrema priorem includit, illaque longiùs atque latiùs ſeſe diffundit. Quocirca, qui hanc *Univerſalem* ſuâ ἐγχειρήσει conficit, conficit & *Particularem*; quique inſuper, majorem illam atque latiùs patentem perdocet, minorem & alteram longè ſtrictiùs arctatam itidem perdocet.

Illam ergo, quam (*Vos Aſclepiadea Juventus*) nactus ſum docendi ſpartam ut aggrediar, *Univerſalem* hanc anatomen quadripertitam eſſe primùm profitebor, & ſubinde ſigillatim illam omnem edocebo, τὴν δηλονότι ὀστεολογίαν, καὶ σαρκολογίαν, καὶ σπλαχνολογίαν καὶ καὶ ἀγγειολογίαν, prout ſcilicet hacce meâ Anatomicâ praxî, vel *oſſa* ſuis & cartilaginibus munita, & ligamentis colligata; vel *muſculos* ſuis tunicis obvolutos atque diſcretos; vel *viſcera* varios ad uſus ſubſtantiâ multiformî dotata & confertiſſimô adipê offerta; vel *vaſa* denique *triplicia*, *arterias*, *venas* (quibus includo lacteas & lymphaticas) & *nervos*, ſum proſecuturus atque diſcriminaturus.

Quæternæ autem partes illæ, methodô duplici & docentur & diſcuntur, *Syntheticâ* nimirum & *Analyticâ*. *Synthetica* à ſimplicioribus illis orditur è quorum harmonicâ compoſitionê tota corporis exurgit συμμετρία, ac proinde ſeorſum ſpeculatur [2] tanquam diverſa, quæcunque illius Anatomico cultello ſubjecta ſunt. quæque quindenariô numerô concludun-

tur,

preſſam, reſilientémque *cadaveroſam Epiglottida*; adductum inſuper, remiſſumque *cadaveris muſculum* &c. partium *actiones prodere* luculenter.

1 Veſtrum quippe plurimi unius duntaxat vel *pancreatis*, vel *conarii* deſiderio tenentur. Sed quod dolentius eſt, propudioſum iſtud damnoſumque cacoëthes ægro Veſtro ſeneſcit in corde, necnon indies, *Veſtros*, *uti gangræna*, ſerpit *ad Contubernales*.

tur, ſi modò talem ac tantum auſim numerum Vobis ſpondêre, antequam *ut aïunt*, vel rem ipſam acû tetigerim, vel erectum in illorum fontes digitum intenderim, *oſſa* nimirum, *cartilagines*, *ligamenta*, *fibras*, *tendines*, *membranas*, *arterias*, *venas*, *nervos*, *humores* (nam & oculorum humores anatomiæ ſunt ſubjectum) *carnes*, *adipem*, *cutem*, *pilos* & *ungues*, quæ tanquam ſenſibilia corporum noſtrorum elementa contemplatur, è quorum concurſû & copulâ, miranda illa totius corporis humani compages exoritur, quæ nunc *analyticâ methodô* ſuas in parteis integranteis eſt reſolvenda. Noſtris igitur manibus diruendum venit operoſum illud atque mirificum cœleſtis & immortalis animæ terrenum caducùmque nuper *tabernaculum* [1] atque *templum*, [2] ſeu ut aptiùs [3] eloquar, *ergaſtulum*, in quod conjecta *Divinæ iſthæc auræ* [4] *particula* tot mirificas atque ſtupendas operationes exercebat. Quum

2 *Architectus* quidem diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis: *anatomicus* vero, haſce *Jobi* τὰς ὶκίας πηλίνας, *argillaceas ædes* deſtruit revera, ſed illas nequaquam extruit. Ejus itaque *Synthetica Methodus* proprie nulla eſt, *niſi in compingendô ſceleto*. Alias enim, hominem componit nuſquam, niſi mentê tenus. Illum quippe tot portiunculis conſtructum eſſe docet, quot ſeorſum cadaveribus in aliis, atque aliis, ſuâ percepit αὐτοψία. Sed tot partium illarum procreatio mirifica, compageſque miranda, unius eſt Opificis ſummi, ſummum Opus, ὃ χεῖρές ἔπλασάν με, καὶ ἐποίησάν με, *cujus manus me finxerunt, & me fecerunt*; καὶ ὃ ὀφθαλμοὶ ἀκατέργαστον με εἶδον, *& cujus oculi me viderunt informem*. Job. IV. verſ. 19. & X. verſ. 8. Atque Pſalm. CXXXIX. verſ. 16.

1 Τῷ ἐπίγειον ἡμῶν ὶκίαν ϑ σκήνες, *terreſtris domus noſtræ tabernaculum* Divus dixit Paulus 2 *Cor.* V. *verſ.* 1.

2 Τὸν ϑ ϑεῦ ναὸν, *Dei templum*, Apoſtolus Gentium idem fideles vocat 1 *Cor.* III. *verſ.* 16.

3 Abſit blaſphemia dicto. Iſtud enim *aptiùs*, ſacrum textum nequaquam emendat, ſed meum unicè collimat in ſcopum *humanis de functionibus indefeſſis*. In *tabernaculis* nempe, vel in *templis*, tam improbô laborê homines deteruntur nunquam, ac ſuis in *Ergaſtulis* mancipia.

4 *Horatianam* iſtam *animî periphraſin* vel in *Xenophontem* retundo, ipſi

Quum igitur ſpiritus ille cœleſtis, cadentê morbis hocce corporê, ſuum ad Datorem [1] avolaverit, nobis hoc inane ſuî domicilium [2] reliquit, quod Ædepol, quoniam inane & prorſus inhabitabile relictum eſt, demoliemur funditus, non quidem in odium Sacroſanctorum adorandi Numinis operum, ut id criminis olim ſtultiſſimi hominum *Abderitæ*, in Philoſophorum ſapientiſſimum cadavera diſſecantem [3] *Democritum*, injuriosè conjiciebant. Abſit ab animis veſtris vel levior de me cogitatio uſque adeò criminoſa, atque in ipſam Divinitatem ſuſpiciendam tantopere injurioſa. Quin potiùs, vobiſcum id reputetis velim (*quotquot adeſtis genuini Apollinis alumni*) me *Galeni* exemplò [4] atque hortatu [5] permotum hujuſce mirabilis [6] opificii textum ſingulatim atque minutatim [7] re-

namque *Memorabilium* 4. ἡ ἀνθρώπε ψυχὴ ϑεῖς μετέχει, *hominis anima Divinitatis particeps eſt*: vel in *Platonem* regero, ipſi quippe *homo*, non duntaxat, uti *Divo Paulo*, & *Arato*, θρέμμον ἐστι ϑεῶν γενος; *Divinum atque cœleſte genus eſt*, ſed & ϑείας μετέχει μοίρας, *Divinæ ſortis particeps eſt*.

1 *Redeuntê ipſo pulverê in terram quemadmodum fuerat: Spiritû autem redeuntê ad Deum qui dederat illum.* Eccleſiaſtæ XII. verſ. 9.

2 A corpore ſecedens *anima*, *relinquere* dicitur ab Hipp. *ſui domicilium*, atque *tabernaculum*, *frigidum*, *mortaleque ſimulacrum*, καταλείπει ἡ ψυχὴ τὸ ϑνητὸν σωμα σκῆνος, καὶ τὸ ψυχρὸν καὶ τὸ ϑνητὸν εἴδωλον.

3 Uti conſtat ex Epiſt 2. Hipp. ad Damagetum.

4 *Is quippe* lib 3. de uſu part. cap. 10. *veram in eô pietatem collocat, ut quam in hominê condendô Dei ſapientiam, virtutem & bonitatem perſpectam habet, hominibus aliis illam omnem patefaciat*: νομίζω τὸν εἶναι τῶν ὄντως εὐσεβέσταν &c εἰ γνοίμι μὴ αὐτὸς πρῶτος, ἔπειτα δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἐξηγησαίμην, οἷος μὲν ἐστι τὴν σοφίαν, οἷος δὲ τὴν δύναμιν, ὁποῖος δὲ τὴν χρηστότητα.

5 Ille etenim rurſus *eodem loci* nos hortatur ut ab Artificum operibus quæ miramur, in ſummî Noſtrum & rerum omnium Opificis Artem extollendam deducamur. ὡς γάρ φησι, τὴν Φειδίε κνήμας τέχνην, ἴτω καὶ τὴν τέτων ἁπάντων ἐξέταζε δημιεργὸν, *uti enim*, inquit, *Artem Phidiæ expendis, ita & illius Artem qui omnia condidit excute atque perpende.*

6 Id etenim Deus ipſe *in abditô artificioſè confecit*, velut *in imis partibus terræ*. Pſalm. 139. verſ. 15.

[1] retexere non duntaxat ut Divini noſtri Textoris [2] *(atque Fictoris, qui ex* pulverê & lutô, *talia nobis ac tanta* [3] *finxit præcordia, quanta noſtris pectoribus imis condita gerimus)* perfectiſſimam bonitatem, ſapientiam ſummam, atque potentiam inſuperabilem [4] ſupremis ipſe laudibus efferam; ſed mirum illud præterea quod tectum eſt partium noſtrarum artificium, Vobis, *prudentibus rerum æſtimatoribus*, retegens, erumpatis & ipſi, veſtri in Creatoris laudes ſempiternas, his vel ſimilibus verbis, *Celebro Te, eò quòd ſuſpiciendis operibus ſis in admirationem traducor: Celebro mirabilia opera Tua, quàm maximè novit animus meus.*

Non celata eſt vis mea Tibi ex quô factus ſum in abdito, artificioſe confectus, velut in imis partibus terræ.

Maſſam meam vident oculi Tui, & in Librô Tuô hæc omnia ſcripta ſunt, ex quibus diebus formabantur quum nondum ullum ex eis extaret [5].

Nonne ſicut lac fudiſti Me? Et tanquam caſeum coagulaſti Me?

Cutê & carnê induiſti Me? Oſſibúſque & nervis texuiſti Me [6]*?*

Et

1 Nullò certè *Penelopês* nocturno dolo, ſed propalam & fidê bonâ.

2 Δέρμα δὲ καὶ κρέας με ἐνέδυσας, ὀστέοις δὲ καὶ νεύροις με ἔπηξας. *Cutê & carnê induiſti Me? Oſſibuſque & nervis* TEXUISTI *Me?* Job. x: verſ. 11.

3 Hominem è pulverê cretum eſſe liquet è *Gen.* III *verſ.* 19 *Joh.* VII. *verſ.* 5. & *Eccl.* XII. *verſ.* 9. Eundem verò *lutô fictum eſſe*, non non à fabuloſo *Titanê*, ſed à Verò Cœlorum ac Terræ *Conditore* conſtat apud *Jobum* hiſce viſcera Dei commoventem, Μνήσθητι, ὅτι πηλόν με ἔπλασας, εἰς δὲ γῆν με πάλιν ἀποστρέψεις. *Recordare* quæſo, quòd *a gillam*, & *lutum*, *finxiſti Me: Et in pulverem reduces Me?* Cap. x. verſ. 9.

4 Τῷ τελειοτάτῳ χρησόντῳ, τῷ ἄκραν σοφίαν, καὶ τῷ τε δύναμιν ἀπλανῆ. Galen ibid. 3. de uſû part.

5 Pſalm. 139. verſ. 14. 15. & 16.

6 Iob. x. verſ. 10. & 11.

Et hâc certe tantâ, tâmque mirificâ corporis mei fabricâ totus afficior admirationê; præfertim, dum ruminor preſſiùs *quantulà*, & quàm *rudî* materiæ molê hocce Tuorum exurrexerit Operum complementum? Quâm mirabiliter, & quàm affabrè *partis uniuſcujuſque* [1] *delineationi præfueris?* Quantâ præprimis induſtriâ mihi *plantaveris* [2] *Aurem?* Quantóve artificiô meorum *Oculorum mirabilia* [3] *formaveris?* Quàm denique potenter *de pulverê* quidem *terræ Me* [4] *finxeris* (Sed quàm ſapienter *meas in* [5] *nares halitum inſufflaveris vitæ? Cum* [6] *Tu ſis* deinde, *qui eduxiſti Me ab uterô, faciens ut ſecurus agerem ad ubera matris meæ, Tibi innitor inde ab uterô,* -- & *in Te eſt laus mea jugiter* [7].

Tales certè [8] *hymnos* Deo dum publicè canam, (*ut cum Sapienti Galenô verba ſapientiæ rurſus eructem*:) meo illi Sacroſancto Conditori acceptiorem eſſe me profitebor, quam ſi [9] *taurorum hecatombas ei plurimas ſacrificaverim, & caſias atque aliorum* odoramentorum & *unguentorum myriadem illi ſuffumigaverim.* Veſtram igitur hodiernâ lucê, (*Auditores curioſiſſimi & ſagaciſſimi*) mirationem occupare liceat, haud quidem Vobis offerendo *rudia* illa & ſemper *inanima mortalium manibus*, multæ revera ætatis atque plurimæ famæ, *caduca* tamen confecta hominis ſimulacra, & quorum opifices Pa-

1 Ier. 1. verſ. 5.
2 Pſalm. XCIV. verſ. 9.
3 Eod. Pſalm. nec-non Prov. XX. verſ. 12. Et Exod. IV. verſ. 11.
4 Gen 2. verſ. 7.
5 Ibid. & 1 Cor. XV. verſ. 45.
6 Pſalm. XXII. verſ. 10. Iob. X. verſ. 18. & Ier. 1. verſ. 5.
7 Pſalm. LXXI. verſ. 6.
8 *Sermonem* enim iſtiuſmodi (eodem in contextû) *Sacrum* Galenus vocat, & *veri hymni* nomen illi tribuit, τὸν γὰρ ἱερὸν λόγον καὶ τ' ὕμνον τ' ἀληθινὸν φησιν εἶναι.
9 Τῶν ταύρων ἑκατόμβας αὐτῷ παμπόλλας καταθύσαιμι καὶ τὰ ἄλλα μυρία μύρῳ θυμιάσαιμι καὶ κασίας. Gal. eod. lib. 3. de uſû part.

Pagana gens olim elogiis propemodum Divinis extulit, v. gr. Phidiæ *Venerem*, Polycleti *Herculem*, Alcamenis *Ityn*, Lyſippi *Alexandrum* & *Hephæſtionem*; Praxitelis demum *Cupidinem*, atque *Minervam*. Nullus inquam talia Vobis obtrudam opera, eorum opifices, veſtris collaudationibus ut excipiatis, ſed Perfectiſſimî & Immortalîs Noſtrûm Opificis, hoc opus, jam quidem abſolutiſſimum, ſed inſimul immortale quondam futurum (*nam mortê licèt caro hæc ceciderit* [1], *hæc tamen ipſiſſima reſurget, non per aliquot famigerata ſecla, ſed æternùm victura*) Veſtris oculis ſubjiciendo; quod certè, uti Solemne eſt Artis Altiſſimæ, *nullus noſtris elogiis ſatis proſequendæ*, Specimen; ita eſt & Univerſi archetypus, & μέτρον [2] ἁπάντων, καὶ θαῦμα θαυμάτων, *rerum omnium menſura & mirabilium* omnium *mirabile* maximum [3].

Miremur ergo ſuis numeris omnibus completiſſimum illud tanti Opificis, tantum Opificium; & ex innumeris illis, quæ deinceps, *hoc intra cadaver*, acerrimâ noſtrâ contuentes oculorum aciê, nos in admirationem rapient, utpote quæ paſſim Divinitatis characteribus impreſſa ſunt, & ſummî artificis, ipſiſſimî ſcilicet Dei digitum ubivis oſtentant, hæc pauciſſima ante occupare mihi fas eſto, & primò quidem, ut id ipſum quod in *exequutione poſtremum* [4] erit, in admirabilitate *primum* ſit, mentis noſtræ vî varias illas corporis noſtri baſes atque columnas, numeroſam ſcilicet illam tot fulcrorum compagem, *ducentis quadraginta & octo* [5] *conſtru-*

1 *Equidem ego novi Redemtorem meum vivere; & poſteriorem ſuper pulverem reſurrecturum: Et poſtquam Vermes confoderint iſtud, evigilantê Mê; tum carnê meâ Me viſurum eſſe Deum.* Iob. XIX. verſ. 25. & 26.

2 Iuxta *Protagoram* in Platonis *Theætetô*.

3 Immo, θαῦμα θεῖον, *miraculum Divinum* eſt, Platonem apud eundem.

4 *Partes etenim molles priùs reſecabo, omnes ad unam; ſubindè verò* oſſifragium *aggrediar, atque minutatim oſſa ſingula contundam & effringam, ut illorum interiora oculis agnoſcamus.*

5 Huic certè computationi ſi minora iſthæc officula quæ *ſeſamoidea*

ſtructam oſſibus, multiplicî tum diarthrωſi, tum ſynarthrωſi, tum ſymphyſi tam arctè conjunctis atque compactis, ut *Unum* ſint & *non Unum*, contemplemur.

Innumerabiles præterea illorum vel ſolidiorum cavernulas atque cryptas medullares, vel fuſcas, vel candicantes, vel purpureas; atque etiam *cartilaginoſas tot oſſium* incruſtationes atque ſuggrundas, mucorê tam lubricô delibutas, & inſimul tot ligamentis inſtructas atque colligatas ſpeculemur.

Ex illis oſſium antris denſiſſimam quæſo *muſculorum ſylvam* ingrediamur, ubi, *deductorê Deô*, hocce anatomicô cultello ſuprâ [2] *quadringentos cæſuri ſumus lacertos*, qui hanc oſſium machinam, in omnem poſitionis differentiam, ſurſum & deorſum, dextrorſum ac lævorſum, antrorſum atque retrorſum, nec non introrſum & extrorſum impellunt. Priuſquam autem à muſculis revellamur, illorum tum tum *capita*, tum *ventres*, tum denique *caudas* ſumus amputaturi longè ſupra *quadringenta*, muſculorum enim complures ſuapte naturâ *bicipites*, *tricipites*, διγάστρους atque *bicornes* eſſe patefaciemus.

Nec modò id miraculî, noſtri præ ſe ferunt lacerti, ſed illorum alii, vel per *trochleam* oſſeam, vel per *crenam* oſſibus inſculptam traducuntur, uti contueri eſt *in oculorum amatoriis ſuperioribus*; in *bicipitis* qui cubitum flectit *alterô capitê*; in femoris *pyriformî* & *obturatoribus*; in pedis extenſoribus *tibiæô atque peronæô poſticis* &c.

Imò quidpiam hiſce mirabilius attendere eſt, eorum ſcilicet aliquot caudam gerere non vulgarî (*inſtar aliarum tendinê*

moidea nuncupant, accedunt, *trecenta & octo* computanda venient univerſè. Nam capiti 60 tribuere eſt, trunco autem 68; Artubus verò ſupernis ac inferioribus 120; Flexibus porrò digitorum 60, *Seſamî* figurâ.

1 Calculis etenim, *quantâ poſſum fidelitatê*, ſubductis, muſculi *octodecim* ſuper *quadringentos* in computationem veniunt.

nè præditarum) lævorè conſpicuam, nec ſimplicî ſubrubicundô atque ſubcæruleô, candorè, *matris perlarum æmulô*, rutilantem, uti paſſim alibi; nec ſimpliciter *bifidam*, ut in *bicorni* extenſorum carpi alterô, & *in tibiæô poſtico* pedis extenſorum unô, nec vulgariter ramoſam atque multifidam, ut in ſedecim digitorum *extenſoribus ſex* [1] *communibus*, ſed præciſè *quadrifidam* atque *quadriforem*, uti compertum erit cuivis inſpicienti *in muſculorum ſublimium ſex & decem* [2] *tendines*, qui primas atque ſecundas flectunt artuum phalangas.

Inſuper his, in alios introſpicere erit non *caudâ*: ſed *ventrê*, ad aliorum muſculorum trajectionem pertuſos, uti artificium iſtud ob oculos ponam, muſculos demonſtrans *ſtyloceratohyoeideos*, qui *digaſtricos* maxillæ inferioris tranſmittunt.

Atque demum, *alia ut innumera circa muſculos mirabilia taceam*, illorum alios, *Vobis oculatiſſimis Viris*, ſum exhibiturus, mediô ſuî corporê craſſa, numeroſaque, non ſuos peculiares in uſus, ſed in univerſi corporis utilitates ſummas, *vaſa tranſducentes*, uti Vobis contueri dabitur in alterô *cervicem flectentium parî*, quod à trigonalî figurâ *ſcalenum* nuncupant, quodque *nervi* & *arteriæ* [3] *brachiales* trajiciunt atque permeant.

Illinc oculorum obtutus corporis in univerſi & planitiem &

1 *Pollices* enim, ſuis extenſoribus ſingulatim donantur. Reliqui autem digiti, manuum quidem *duos*, pedum vero, *quatuor* communes nacti ſunt muſculos extenſores.

2 Noſtris enim digitis ſedecim, *(pollices quippe quaterni, ſuos quidem flexores, ſed nequaquam pertuſos obtinent)* inſunt muſculorum *quatuor*, quos *flexores ſublimes* vocitant, *quadricornes caudæ*, quæ ſingulæ ſic *quadrifariam* diviſæ, ſedecim formant tendines, qui mediô ſuî corporê pervii ſunt, ut muſculorum, quos *flexores profundos* nuncupant, ſedecim itidem tendines, illos permeant, atque ſic extremas attingant flectantque digitorum phalangas.

3 *Venæ* verò non item, uti fallaciter ſcribunt.

& intimiores etiam receſſus ſi converto, circumſpiciam illico mirabundus *arteriarum* & rivulos innumeros, & flumina numeroſa, illos omnes microcoſmî tractus ſuis brachiis & largiter amplexantia, & ubertim irrigantia.

Illis, præterea, *partes omnes circumfluentibus*, rivis, ſummatim annumerandi ſunt contigui & ipſis ſingulatim innumerabiles *venarum* tubi, quos eôdem oculî circumjectû arteriis vel incubantes, vel accubantes conſpicere eſt, qui ſanguinem arterioſum ſingulis à partibus in Cavam, *vel uti ſuum in Mare*, dum revehunt, plurimis hiantibus quaſi valvis donati ſunt, quò ſanguinem refluentem moderentur.

Partibus iſtis poſtquam *ſacratiſſimum* illum quem Deus in nobis *funem* [1] *argenteum* contorſit adjunxero & annexuero; nemo Veſtrûm omnium eſt, quem ſummam in admirationem non ſim traducturus, *medullam* enim *ſpinalem* dictam, veſtros ante oculos ſtatuam revera ὑφ' πεπλεγμένῳ [2] ſeu numeroſis *funiculis* denſatam, atque innume-

1 Sic enim propter ſua, *miræ tenuitatis, & quàvis carbaſo tenuiora*, filamenta candicantia, aut fibrillas niveas, longe rectiùs atque ſignificantiùs deſignatur, quàm ubi *medulla* vocitatur *ſpinalis*. Totus enim *argenteus* ille *funiculus*, filorum & fibrarum albentium, *aranei tenuiſſima vincentium ſtamina*, congeries atque complexus eſt, qui medullaris ſubſtantiæ hilum vix habet, niſi in mediâ, ſupernaque ſuî partê cerebro cerebelloque conterminâ. Sacrum igitur illum *argentei funis* luſtricum (*ut ita dicam*) parentem, Virum Phyſicâ ſcientiâ Divinitus afflatum atque perfuſum ſuſpiciamus & veneremur, quòd (*in myſticò & allegoricò Eccleſiaſtæ cap. ult. verſ.* 8.) hoc ſingulare nervoſæ propaginis artificium tam ſignificantî & perappoſitò vocabulò nobis detexerit.

2 Hanc meam fidem obſtrictam Publico, publicitus liberavi; totius enim ſpinæoſſea acumina retudi atque diffregi, ejuſque membranas ſanguinê roſcidas exhibui, ſingulaque nervorum paria ſuis arteriolis irrigua, & ſuis gangliis ſtatim ab exortû munita detexi, atque demum, ſpinalem hanc meduilam ex ejus oſſeâ vaginâ eduxi, inque minutiſſima fila diſcerpſi atque diduxi, illaſque filamentorum, *quovis ſericô tenuiorum*, [illegible] *quibuslibet araneæ telis ſubtiliorum*, ſuper chartâ explicatas myriades curioſis oculis ſubjeci. Abſit tamen

(m)

merabilibus *fibrillis* conſtipatam, quibus, *ceu fimbriâ denſa*, exornatur, ſuæ non modò per univerſum oſſeæ thecæ decurſum, ſed præſertim, ubi equinæ caudæ adinſtar longè lateque ſe pandit; ſeu potius, dum *Solis* morè vivificos undique radios ejaculatur, *nervulos volo innumeros ſpirituum animalium convectores*, quibus noſtri corporis *compagem univerſam* colluſtrat & impellit, & quos ſingulatim enumeraſſe, non minùs Divinum foret, quàm vel *capitum noſtrorum pilos*, vel *Cœlorum*, ac *Oceani*, ſtellas, arenulaſque recenſuiſſe [1] numerando.

Viſce-

(*mi φιλιατρε*) ut hoc inventum apud te glorier, meos enim ante Majores natos, τὺπαν τῶν νεύρων ἴνας ἀραχνῶν λεπτοτέρας ὁ Γάλλως ἔλυσεν, *illorum nervorum fibras in filamenta aranei telis tenuiora diſſolvit Galenus* (lib. I. de ſem. c. 10.) Probe ſiquidem tenebat, eſſe nervorum interiora, *fibroſa*, uti luculentam nobis ſuper ea re (*lib. I. de muſcul. motu c. I.*) fidem facit his verbis, ἡ ἐσία τὲ σωμάτως τ νεύρων, ὡς ἂ νοήσεις πεπιλημένον τε ἢ πεπυκνωμένον, ἢ ἀφ' τὲτο σκληρότερον γεγονότα τ ἐγκέφαλον, *ſubſtantia corporis nervorum* talis eſt *ac ſi concipias coactum & denſatum, ideóque durius factum* eſſe *cerebrum*. Sicut autem nervos Galenus agnoſcit *ſtipatum* eſſe *cerebrum*, ita pariter, totam medullam ſpinalem docet eſſe *cerebrum compactum* atque *conſtipatum* τὸ τὲ νωτιαίε σῶμα ὡσαύτως ἐγκέφαλον εἶναι ἐγκεφάλῳ πεπιλημένον τε ἢ ἀφ' τὲτο σκληρὸν γεγονός. *ibid lib. I. de muſc. motu, c. I.* Ex illâ profectò Galeni doctrinâ, veritas elucet una & altera, primùm quidem *cerebrum* preſſius atque contractius in ſacram fiſtulam cogi, elongari atque deduci; *nervos* deinde, nil aliud eſſe quàm cerebrum coactum atque compreſſum & coarctatum. Cùm autem ex adductis conſtet & ſpinalis medullæ truncum, & illius ſurculos (*nervos nimirum*) maximam partem eſſe fibroſa, conſequens eſt illorum radices, cerebrum nempe atque cerebellum, maximè itidem *fibroſas* eſſe, uti profectò palam & ante oculos fibras illas poſui in cerebri, cerebellique Anatomicâ meâ ἐγχειρήσει, idque potiſſimùm in eminentiis illis cerebri maximis, quæ *Striatæ* viſuntur, & quarum *Striæ* nihil aliud ſunt quàm *congeries & faſciculus fibrarum nervoſarum*, quæ cum aliis undecunque à cerebrô & cerebello protenſis, coëunt demum (*ſed cum præparcâ medullâ*) in prægrandem illum caudicem, quem *medullam ſpinalem* vocitant.

[1] Unius ſiquidem eſt *Dei* & *capillos* numerare, *Matth.* x. *verſ.* 30. Et numerum ſupputare *Stellarum*, *Pſalm.* CXLVII. *verſ.* 4. Et *arenam*

Viſcerum ſtructuram enucleatim excutere ſi aggrederer, occiduus jam hicce dies citiùs me deficeret (*abſit ſuperbia dicto*) quàm dicendi finem facturus eſſem. Subſiſtam ergo, vel præ ipſô, *tot Nutritiorum, totque Generantium organorum*, liminê, utpote tot illorum mirificiſſimis operationibus obſtupefactus.

Poſt illud, *nihiloſecius* ſalutatum limen, (*meâ jam exſtaſi ſolutus*) ab hôc Amphitheatrô pedem non referam, nec dicendi filum abrumpam, quin priùs ab *infimo ventrê*, me ſubvexerim in cordis & atria, *quæ auriculas vocitant*; & thalamos, quos, *variis tricuſpidibus hamatos*, *numeroſiſque hemicyclis obvallatos*, ſpecus aut ventriculos nuncupant.

Ex hâc ſplendidiſſimâ *Solis* noſtri *Regia* [1] me ſubducens, lubens contuerer illius *ventilabra* atque *ſpiracula*, pulmones nempe, unà cum annexis *quintuplici* [2] illorum *lobô* & numeroſiſſimis illis *fiſtulis Æoliis*, quæ tubulos ſuos acceptos referunt concavis pluribus orbiculatim colligatis teſſerulis cartilaginoſis, à quibus ita compactis atque cohærentibus, cartilaginei atque membranacei, nervoſique exurgunt tubuli aërei, qui *bronchia* vocitantur, quique denſis in locis veluti confracti ſunt, ubivis tamen amicâ copulâ membraneâ conjun-

denique, Nobis prorſus *innumerabilem Oſ.* 1. *verſ.* 10. ſuo commetiri numero:

Οἶδα δ' Ἐγὼ ψάμμου τ' ἀριθμὸν, καὶ μέτρα θαλάσσης.
Menſura eſt Pelagi, & numerus Mihi notus arenæ.

1 *Regia ſolis erat, ſublimibus alta columnis.*
Ovid. Metam. l. 2. verſ. 1.

Quidni ergo *Regiam* mihi foret licitum *ſoli microcoſmico* tribuiſſe; & quidni rurſum, *Regiæ* illius *ventilatæ* meminiſſe juvaret, ſiquidem illa *Regia* & laudatior & ſalubrior eſt, quæ ventis undecunque verberatur.

2 Ἔστι γὰρ ὁ πνεύμων πέντε ὑπερκορυφώσιας ἔχων, ἃς δὴ καλέουσι λοβούς. *Pulmo enim quinque habet* ſummitates, apices, vertices, vel *faſtigia*, *quæ fibras aut lobos nuncupant.* Hippocrates libello de Anatome. Quàm ergo & *Hippocrateæ veritatis* tantæ, & ipſius *Naturæ* malè gnari ſunt, qui ſcriptitant *Pulmonibus*, quatuor duntaxat ineſſe lobos.

junguntur atque revinciuntur, ut quaquaversum in pulmones flabellandos fistularum morê diducantur & exporrigantur.

Ab illis fistulis aëriis evehamur ad ipsarum truncum, qui tot *inter se similibus annulis conflatur*; *Tracheæ* enim *arteriæ* [1] *orbiculi*, eâdem analogiâ sibi mutuùm & supercubant & succumbunt, congeneribusque carnosis, musculosisque fibris concatenantur. Attamen orbes illi, sicuti Suî anticis, lateralibus & externis partibus gibberi & asperi, atque candicantes cernuntur, ita profectò & iisdem partibus illis cartilaginosi sunt, & *dimidiati* duntaxat *annuli*, vel *hemicycli* [2], vocitandi veniunt; quod enim in illis reliquum circulî complet, id universê in posticis & internis ejus sedibus planum, atque læve, purpureumque, nec-non membranaceum est.

Hemicyclorum autem illorum caput & operculum *larynx* audit, qui *quadruplici*, *multiformique cartilagine* compactus & coagmentatus est. Alia quippe Turcicum, *quo sagittas ejaculaturi pollicem sibi muniunt*, æmulatur annulum; & ab anticâ, gracili atque depressâ partê, sensim crassescit, inque posticam latiorem assurgit [3].

Alia verò, *scuti* [4] quidem formâ percrebuit, sed protuberantiæ suæ anterioris ergó, *Mali Adamî* ludibriò magis infamata est, quasi ex traduce, & ab illò πρωτοπλάστῳ in Nepotes, damnosum illud *Paradiseum pomum* nostris in faucibus inhæresceret.

Alia deinceps, *urcei* [5] *aquarii labrum* exhibet, concrescitque

1 Significantiùs dixit Hippoc. *lib. de corporum resectione*, πύτλῳ τῷ ἀστραγάλῳ τῆς κεφαλῆς ξυγκειμένην εἶναι ὁμορυσμοῖς, *annulis conflare hanc arteriam eâdem ferè dispositis, seu circulis coagmentari ejusdem speciei, ejusdémque figuræ & inter se vicinis atque finitimis, conterminísque.*

2 Ἔστι γὰρ ὥσπερ σίγμα τὸ χόνδρων ἕκαστον, ὅθεν αἵμαι σιγμοειδὴς αὐτὸς ὀνομάζουσί τινες. *Gal.* VII. *de Usû Part.*

3 Hæc κεφαλοειδὴς *Gal.* dicitur. *Lib. de Vocal. instr. dissect.*

4 Ac idcirco θυρεοειδὴς dicitur *Libellô de vocalib. instr. eôdem.*

5 Atque propterea Ἀρυταινοειδὴς *ibid.* nuncupatur. Hanc porrò,

que ex unius & alterius, *quæ utrinque & ſurſum* biſida *eſt*, cartilaginis conglutinatione.

Alia demum, *ſcanſilis hederæ folio* vulgariter aſſimilatur; verûm, illius *officii* [1] *cauſâ* apté congruenterque vel *ſubſticio ponti*, vel magis adhuc appoſitè *Elateri* (*elateris enim more*, citra muſculos, *vel in ipſis cadaveribus movetur*) comparaveris; alternis enim, eſculentorum in cibariam ſyringam detruſorum ponderè deprimitur; ſed mox ſponte ſuâ reſilit atque reſurgit; virtutè ſiquidem elaſticâ, *qua pollet*, ſeſe protinus erigit, ne reciprocantis ſpiritûs iter intercludat.

Quinta porrò, quam his *quatuor* annumerant, non *cartilago*, ſed *membranea* [2] utrinque *rimula* eſt, in internis thyroideæ lateribus efficta, *illius adinſtar ligulæ, quam fiſtulatores ex tenuiſſimis arundinum lamellis ad ſuas tibias aptant*, unde hæc una & altera *rima*, ceu *linguli* quædam foret, γλωττιδος nominè famigeratur, & modulandæ vocis inter organa perhibetur.

Hîc profectò *ligulâ* lubens necterem & iſtud alterum *vocis plectrum*, quod ex palati fornice, tanquam ex *tholò*, aut *lacunari*, muſculoſum, *glandulóſumque* [3] pendet, ſed urgeor altius evehi, in *ſummam* ſcilicet *Palladis arcem*, ut illius mirabilia, *feſtinanter licèt* contempler atque referam. O me feli-

nec *biſidam* norunt, nec *articulò mobilem*. Sicut namque ſurſum eſt *fiſſa*, atque adeò *quadripertita*, ſive *quadruplex*, ita certè *arthrodiâ* ad baſin, cum annulari cartilagine, mobiliter committitur.

1 Id officii eleganter & ab *Hipp.* Lib de Corde; & à *Philoſopho* de part. Anim. III. c. 3. deſcribitur.

2 Iſtos profectò limbos, iſthæcque membranea *ſuggrundia* noſtris cum valvulis vel *mitralibus* cordis, vel *ſemilunaribus* venarum, meritò comparaveris. In hæc porro putem, longè frequentiùs quàm ipſum in βρόγχοις, ἀπὸ λάρυγγος, illapſas aſſumtorum portiunculas πτισάνης, ἢ πτισμοῦ, ἢ βήχιος χαλεπῶς ἐκπεσόντος, quas ſummus annotavit Philoſophus.

3 Lynceos mirari ſubit Scriptores de glandulis, luculentiores illas *uvulæ*, quàm Epiglottidis, *glandulas* vidiſſe nuſquam.

felicem eo ſubvectum; & fidum etiam rerum à me inibi viſarum relatorem, ni tantâ Minervæ, *cujus eò loci Solium ſuſpexi*, Majeſtatê caligins; tantoque ſenſuum, *quibus illa Regina ſuperbit*, ſatellitiô permotus, meis à ſenſibus abductus eſſem.

Numeroſos igitur Satellites illos & Excubitores, *regiè omnes inſtructos*, ſigillatim & luſtraſſe & collaudaſſe nequaquam potis ſum, utpote qui & ipſi meam admirationem longè ſuperent omnem, meque rurſus præ mirabilitate ſuâ in ἔκπληξιν traducant. Cùm itaque, nequidem ipſos Minervæ ſtipatores tot vel auſim, vel queam cominus contueri, *Regiâ quippe apparatû ſuô atque ſplendorê micantî me denuo perſtringunt*; quibuſnam quæſo, vel aquilinis oculis, vel Hippocrateâ μεγαλοψυχίᾳ, ipſiuſmet Reginæ ſuſtinebo vultus?

Sed quò feror, & quò me dicendi abripit æſtus? Sub ipſum etenim meum Exordium, hujuſce nuper Microcoſmi Reginam receſſiſſe profeſſus ſum. Nequaquam ergo, ſi palatium ejus, *quod deſeruit* vel penitiùs intro, in illam (*utpote abſentem*) intuebor.

Ab illius igitur, non *Dianæ*[1] quidem, ſed *Palladis* conſpectû procul, ingrediar ego ſecurus, atque cerebri primùm multiplices gyros & anfractus, ceu Dædala quædam, mens mea permeabit; ac ſubinde, *quatuor* inibi *fluviorum* attendet[2] *brachia*, morê Mæandrî longé, lateque per cerebri flexus ex-

1 Alluditur ad notiſſimam *Actæonis* fabulam, qui inſcius antrum illud nemorale ſubiit, ubi tenuî fontis undâ, ſylvarum Dea venatû feſſa, virgineos artus perfundebat &c. *Ovid. Metam. l. 3. fab. 2.*

2 *Carotidem* nempe duplicem, & *cervicalem* unam & alteram, quæ, *fluminum ſinuoſorum* morê, arva rigantium, cunctos cerebri pererrant & alluunt labyrintheos anfractus. *Arteriæ* ſiquidem *flumina ſunt, quibus univerſum hominis corpus irrigatur*, & quæ ſuum liquorem *ventriculis cordis* tanquam *humanæ naturæ fontibus* debent acceptum. *Quamdiu* enim *fontes illi ſaliunt, viget homo, ubi ſiccantur, perit*, uti mirificis verbis iſthæc me docuit *Hippocrates libellô de corde*, ἅνπερ πηγαὶ ἔσιν ἀνθρώπῳ καὶ οἱ ποταμοὶ σύπαντα ἀνὰ τὸ σῶμα, τῶνπερ ἀρξάντων τὸ σκῆνος

exporrecta & expanſa, *ſanguinem* ut non duntaxat illuc, ſed & intrò, Cerebri nimirum in glandulas, atque choroidem etiam in plexum, inque numeroſas itidem [1] glandulas ejus, nec-non ſpeciatim geminas in [2] pituitoſas, diffundant atque diſpergant; eundemque illinc per *quatuor emiſſaria*, *Sinus* dicta, ceu quaternis quatuor illorum fluminum oſtiis, in Venæ Cavæ Oceanum eructent confundantque.

His atriis & exterioribus relictis, ipſa penetranda veniunt adyta; ac proin, recluſis omnibus valvis, ſeu potius amotis velis illis, quæ *Meningas* vocant, quibus cerebri penetralia obvelantur, ipſâ αὐτοψίᾳ, cerebrum inter demonſtrandum. Vos quocunque, ὦ γνήσιοι Ἰατρῶν παῖδες manû quaſi deducam ad omnia mentis noſtræ & *domuncia* & *palatia*, ad ſingula nimirum ejus, & [1] monteis, & [2] monticulos, & [3] colleis & [4] colliculos, & [5] valleis atque convalleis, & [6] acclivia

ἔστι δὲ τὸ ξωὸν φέρεσι πρὸς ἀνθρώπου, κὴν αὐανθέωσιν, ἀπέθανεν ἄνθρωπος.

1 Cùm acrior in plexum choroidem inſpectio, *glandulas* in illo detegat, *Riolanum* hic noto, quòd glandularum illarum teſtes oculatos *Varolium* & *Bauhinum* taxaverit.

2 Vulgò *glandula pituitaria* nuncupatur, quaſi *gemellæ* non forent, nec veluti *ſe amantes* ſuæ matris in ſinu, lectuli ſui intra fulcra, recumberent. Jacent enim intra clinoides apophyſes, matris craſſæ medios inter complexus.

Hic [1] *monteis* voco, maxima illa cerebri juga atque cacumina, quæ *ſtriatæ* ſunt *radices* medullæ dorſalis, de quibus mox ſcripſi, meis in notulis p. 179. [2] *Monticulorum* nomen tribuo Galenicis illis nervorum opticorum thalamis, de quibus *l. 16. de uſu part.* tam ingenioſè diſſerit. [3] *Collibus* nates, uti [4] *colliculis* teſtes deſigno, [5] *Valles* autem atque *convalles* ſpatia ſunt quæ hæc cerebri apices atque faſtigia interjacent, ſicuti [6] cerebri *acclivia* atque *declivia*, itinera ſunt aſcenſu atque deſcenſû, *illis in montoſis & aſperis*, ardua. Atque hæc in cerebro, quatenus Palladis eſt Ditio, ſpeculor. Prout verò ejuſdem Minervæ *Palatium* eſt, illius primùm, *pontem* obſervo, qui ſub illo eſt fornice, quem ſibi invicem commiſſæ nates effingunt; aliud ſubinde concameratum illius opus contuetor, καμάραν ſcilicet, ſive ϰαμαρίδα, vel ϰαμαρίδα τὸ σῶμα, quod eſt vulgaris

Ana-

clivia atque declivia; Unô verbô, ad cerebrî, cerebellique pontem & concamerata opera, atque illius utriusque [1] columnas; ad illorum item [2] cameras testudineatas, & ab unâ in aliam [3] itinera varia, [4] sepimenta insuper, parietes [5] intergerinos, [6] lacunaria, [7] trabesque lacunarias transversas & obliquas, quibus, *ceu commissuris atque juncturis*, *harpagonibus item & fibulis atque retinaculis quibusdam*, tota cerebri compages atque structura fibrosa, medullarisque, quàm diutissimè perstat indemnis.

En ergo Minervæ Regiam, & præcipuos illius Dominii tractus, *illâ absentè*, à nobis perlustrata. Sed quæso, ditionem ejus ne egrediamur, insalutatis ejus *Satellitibus*, hoc est *sensuum organis*, quorum beneficiô huc usque pervenimus, nam à sensibus [8] nostris omnis Anatomica veritas explorata dimanat. Anceps

Anatomicorum *fornix*, cujus [1] terna crura, ternosve pedes, *columnas* nuncupo, uti [2] cerebri ventriculos sub illis fornicibus & cameratis operibus locatos, *cameras* appello *testudineatas*, in quibus circumspicere juvat tot *itinera*, [3] seu vias tendentes v. gr. ab illo foramine ovali & antico, quod *vulvam* vocitant, in infundibulum, *seu manicam hypocraticam*, haud secus ac ab illo foramine altero, rotundo atque posteriore, quod *anum* indigitant, via ducit in cerebelli cisternam. Vias autem ventriculorum [4] *sepimenta* intersepiunt, *apophysin puta vermiformem*, quæ quarti ventriculi obsepit iter. Sic mehercule [5] *parietes intergerini*, ventriculos anteriores, *atque etiam posteriorem*, à medio secludunt ventriculo. Illorum quippe primus, ab officio ἀμφίφραγμα Galeno dicitur *(lib. 9. de Administr. Anat.)* ἀμφιφράττει γὰρ ἀπ' ἀλλήλων τὰς πρόσθιας κοιλίας, *secernit enim ab invicem anteriores ventriculos*. Huic autem analogum & istud alterum *membraneum diaphragma*, seu *velum*, quod apophysi vermiformi obtenditur, & ad testiculorum apices, *quibus tanquam fulcris sustinetur*, alligatum est; quodque, *orê aliô*, indictum. His demum, [6] *lacunaria* cum suis *trabibus* [7] accenseo, cavitatis enim quaternæ, quibus ventriculorum nomen inditum est, pars superior, *laquearia* haud ineleganter repræsentat; sic pariter, incrementa illa fibrosa, tum quibus nates *transversæ* nectuntur, tum quæ à cerebrô in cerebellum sibi committendum, *obliquè* protenduntur, laquearium illorum *trabibus* atque tignis, cùm *transversis*, tum *obliquis*, haud ineptè comparantur.

8. Διὰ τούτων γὰρ γνῶσις ἀνθρώποισι. *Horum etenim opè cognitio hominibus*

Anceps tamen hæreo, quid de illô primùm dicturus ſim Euripidis famigeratiſſimô τῷ τῶν λόγων ἀγγέλῳ, qui Jovis & Deorum nuntium effinxit & effecit Mercurium, quique noſtrarum tot cogitationum interpres eſt, totque motibus motitatur inenarrabilibus, ut idiomatê, unicuique Genti variô atque varió, tot hominum conceptus renuntiet, idque duntaxat *triplicî* carnoſô, nervoſoque fibrarum *textô*, quod unà cum filamentis *muſculorum ſex* [1], qui corpus illius diversè ſubeunt, unaque cum *nervoſis trinæ claſſis papillaribus illis ejus tuberculis*, quæ comperta habentur guſtûs [2] organa, totam linguæ muſculoſam, papillaremque ſtructuram (*triplicî tunicâ ſuccinctam*) complet. His porrò fibris atque papillis, (*ne inter loquendum vel mandendum areſcant*,) rigandis numeroſus partium apparatus inſervit: præter namque *arteriam* unam & alteram exterioris caroticæ, linguam alluunt Veterum glandulæ σιαλ χόοι [3], atque præterea numeroſiſſimæ aliæ, eæque *Spo-*

comparatur. Illis quippe unis innititur ratio, dum uſû percepta componit atque conjungit. Hinc, τῷ τριζὺν μὴ λόγε, Hippocratis extollunt παρεγγελίαν; Subdunt ſiquidem, τὸ λογισμὸν μνήμην τινὰ εἶναι ξυνθέτικὴν τῶν μετ' αἰσθήσεως ληφθέντων. *Ratiocinationem memoriam quandam eſſe combinantem ſenſibus accepta.*

1 Probè quidem conſcius ſum, linguæ muſculos tribui *decem*, ſed certè, rem in ipſam dum ſedulus inquiro, unum & alterum illorum par excludendum eſſe comperio: *myloglofſum* ſiquidem quod nominant, oſſi hyoidi uſque adeò ſingulariter addictum eſt, ut ad linguam nihil attineat. *Ceratoglofſum* verò, carneis fibris, tam intimè *baſiglofſo* jungitur & unitur, ut illacera, ab invicem divelli nequeant. Quidni igitur unicum par audient, *cerato-baſiglofſum* vocitandum, ſui principii duplicis ergo?

2 Lingua ſiquidem, non unius duntaxat *Sermonis*, ſed &, *uti loquitur Hippocrates de Diæt.* ἡδονῆς τε καὶ ἀηδίης, *voluptatis & injucunditatis, grati* ſcilicet, *ingratique* Saporis inſtrumentum eſt.

3 Id eſt *ſalivam fundentes*, in illis enim, tanquam in ciſternis (*cavæ enim atque lacunoſæ ſunt*) ſalivoſus conſervatur humor, & ab illis, *copiâ turgens*, ſuperfunditur in fauces, ora rigaturus. Atque ſic ab officiô, longè gratius nomen accipiunt, quàm ubi ex loco natali

vel

Sporades [1], quæ huc & illuc disjectæ atque dispersæ, ceu totidem forent fonticuli perennes, humorem fundunt, quô singulas oris, faucium & laryngis plagas ubertim irrigant, & varium à variis salientis lymphæ scatebris nomen sibi vindicant: Illarum siquidem aliæ *basilares*, aliæ *laterales*, aliæ *hypoglottides*, aliæ *proglottides*, aliæ *epiglottides*, aliæ *uvulares* [2], aliæ *palatinæ*, aliæ tandem cùm *superiores*, tum *infernæ labiales* nuncupandæ veniunt. Præ illis autem omnibus uberiorem lympham in os effundunt *salivosi ductus sex*, quorum *superni duo*, à glandulis lacrymalibus in utriusquè *lacrymalis* [3] *pun-*

vel ἀνλώδες, vel παρόθμια denominantur, quòd *utrinque*, & *oppositæ*, *faucium isthmo adjaceant.*

1 *Cyclades* nomen potuissem illis indere, (*idque potiorî jurè, quòd Cyclades & Sporades Veteribus fuerint unvoca*) uti enim in Ægæo *Cyclades* circa Delon in orbem sitæ sunt, ita profectò glandulæ illæ ori circunjectæ, linguæ circumjacent. Acceptior tamen mihi est nomina[illegible] Τὸ quippe σποραδικὸν, jam olim Medicâ Civitate donatum est; atque præterea, sicut Insulæ *Sporades* in mari Carpathio sparsæ sunt, ita prorsus illæ glandulæ huc & illuc in oris ambitum disperguntur.

2 Vid. pag. 182.

3 Quis, *Neotericorum*, isthæc lacrymarum in *nares*, inque *palatum* & *os* itinera sibi Unis arrogantium, *ferat supercilium*? Discant ergo rivulos consectari Græcos, & attendant συρρέειν τε καὶ καταπίπτειν ἀφ' ἕ τρημάτων τάτων εἰς τὰς ῥῖνας ἄπαντα τῶν ὀφθαγμῶν τὰ ἀφιπλώματα, καὶ τὰ γε τὰ φάρμακα τὰ ὀφθαλμικὰ ἀφὰ τάτων ἕ πόρων ἢ πλύεται, ἢ ἀπομύτλεται. *Per hæc* palpebrarum *foramina*, *recrementum oculorum omne*, lympham scilicet lacrymalem omnem *in nares*, (ni fletû in genas exundet) *confluere*, *atque etiam*, genarum motû, *propelli*; *Imò*, recèns *Oculis illita hisce canalibus vel expui*, *vel emungi.*

O mirum, *profectò*, inventum! Exultet igitur *veridica Græcia*, & *mendacis* ludibrium excutiat omne. Neotericos verò pudeat, tantâ Græcorum lucê perfusos, erroribus nihilominus cæcari. *Fallopiô* quippe, cæcato & erroneo ducê, vias illas Veteribus inaccessas clamitant. Sed, *quod gravioris est longè cæcitatis*, ductus illos *lacrymarum Scatebras* esse fingunt; cùm ediverso, lacrymarum, *è glandulâ superioris Orbitæ salientium*, canales sint genuini ab *oculis* in *nares*, inque *palatum* industriè, utilitérque protensi.

puncti compluvium, inque nares, depluentem lympham, ad extremum palati fornicem, colliciarum morê, corrivantur. *Laterales alii*, à carnosis, trigonisque *parotidum* [1] glandulis, salivare suum phlegma trans buccones musculos, in buccas internas, juxta molares extremos, comportant. *Alii demum* oriuntur ab inferioris maxillæ trigonalibus & laxè connexis albicantibus acinis, quorum congeries & colligatio laxa *glandulas* illas efficit, quas *natura mirabiliter spongiis similes, ad linguam apposuit, utrinque unam, & à quarum partibus lateralibus & infernis, canales enascuntur qui eructant phlegmaticum humorem, atque sic madefaciunt & irrigant tum longuam ipsam tum oris partes alias infernas & laterales, tumquæ in ambitu sunt omnes* [2].

Haud

O cæcatas hominum mentes! O pectora cæca! Et fontibus à Græcis, *nec-non ab ipsô Naturæ librô*, devia turpiter.

1 Meum certè, contra scriptitantes exardet ingenium glandulas illas, ad auris externæ radicem, *Veteribus indictas esse*. Quid igitur, O Viri εἰ ἀπεχνίης βυθῷ *imis demersi tenebris ignorantiæ*, sibi volunt vel [1] *Hipp.* vel [2] *Gal.* vel [3] *Æginetæ*, vel [4] *Aëtii*, vel [5] *Actuarii*.

οἱ { 1 καθ' τοὺς ἀάτους / 2 παρ' ὧπε / 3 ωθ' τοῖς ὠσὶν / 4 ωθὲ τὰ ὦπα / 5 ἐπὶ τοῖς ὠσὶν } ἀδένες ?

2 *Ταυτας ὧς γὰ ἡ φύσις σπόγγοις ἐοικότας ἀδένας ἕνα παρέθηκεν ἑκατέρωθεν κατὰ τὼ γλῶτταν, ἢ ἀπ' αὐτῶν γε, πόροι ἄφθω τ' εἰ τῖς πλαγίοις ἢ κάτω μέρεσιν αὐτῶν ἐξερεύγονται φλεγματώδες ὑγρὸν, ἐπιτέγγοντες τὼ τε γλῶτταν αὐτὼ, καὶ τὰ κάτω, καὶ τὰ πλάγια, καὶ τὰ εἰ κύκλῳ πάντα ℈ σώματος*. *Ipsissima sunt Galenica verba*, lib. II. de usu part. pag. 490. vers. 43. Tom I. edit. Basil. 1538, quæ datâ operâ huc transtuli, ne supinè deinceps & oscitanter, uti hactenus factitatum est, legantur.

Apertiùs adhuc *Galeni* Simius atque transcriptor *Oribasius*, Edit. Paris. 1556 p. 23 *Τὸν πυρῆνα Stylum εἰς ἐκεῖνα τὰ ἀγγεῖα τὰ σιαλοχοα Vasa in isthæc Salivam eructantia*, Maxillares in glandulas usque contrudit, atque sic, ipsas ad origines remeat.

Tales & Stylos, *pari diligentiâ*, eadem in vasa compulit *Avic. T.* I. *Lib.* III. *Fen.* VI. *Cap.* I. *Edit. Ven. pag.* 579. & nihilosecius, *ad*

pri-

Haud finirem, ſi reliqua circa hanc particulam mirabili[a] Dei, debitis laudibus efferre contenderem, ſatius igitur erit cum illô θεοπνεύϛῳ [1] Virô mirari, & ſummè mirari, *pu*ſillum illud & exile membrum tot grandia jactare; μικρὸν γὰρ μέλος ἐϛὶ ϗ μεγαλαυχεῖ. Immo, uſque eò jactanter ſeſe effert, ut *hominum nemo* [2] *illud refrænare & compeſcere potis ſit*, nam frænatum licèt, & lorô tenuî, *ſed robuſteo*, revinctum & coërcitum ſit; nec-non duorum & triginta dentium cuſtodiis atque carceribus concluſum, quibus, *ceu totidem ſepimentis & clathris*, obvallatum eſt; effrænatum tamen & furioſum ſeſe prodit, atque ſuos extra cancellos furibundé vagatur, *hominibuſque maledicit ad imaginem Dei creatis* [3].

Dubius inſuper pendeo, quid ſim prolaturus de alterô iſthoc organô, mediâ in faciê locatô, per quod vis omnis emanat cùm [4] *odora*, tum præprimis [5] vivida; & à cujus vel con-

primam uſque hujus Editionem Præludii, tota ſcriptitat Neotericorum turba *canales illos eſſe noſtri inventum ſeculi.*

O homines Veterum in Manes injurioſos! Veniet ætas, quæ, *Tationis legê*, Surdis Veſtris Nominibus ſuppreſſis, Veſtra, *ſi quæ ſint*, ſibi arrogabit Inventa.

1 *Divô* ſcilicet *Jacobô* in Epiſt. cap. 3. verſ. 5.

2 Τὴν γὰρ γλῶτταν οὐδεὶς δύναται ἀνθρώπων δαμάσαι, ἀκατάσχετον κακόν. *Linguam enim, hominum nullus domare valet, malum eſt, quod coërceri nequit.* Ibid. apud Jacob. cap. 3. verſ. 8.

3 Ἐν αὐτῇ καταρώμεθα τοὺς ἀνθρώπους, τοὺς καθ' ὁμοίωσιν θεοῦ γεγονότας. Eodem loci, cap. 3. verſ. 9.

4 Hic paſſiva vox eſt, haud ſecus ac Æn. IV. verſ. 133. *odora* dicitur canûm vis; *nares* ſiquidem nullæ, (*niſi rancidulæ ac ozænicæ*) *odoræ* ſunt; ſed vel *ſuaves* illis, vel *inſuaves* excipiuntur *odores*, ὀδμὴ πέρπουσα ϗ λυποῦσα. *Epid. VI.* ἡ γὰρ ῥὶς ὀδμῆς ὄργανον. *Naſus enim odoratûs inſtrumentum eſt.* I. de Diæt.

5 *Vivifici Spiritûs* non *Os*, ſed *Nares* ſemitas eſſe, (*nec* pueri, *nec* polypoſi, *hiatuſpirantes*,) verùm, Moſaïci codices docent, *Finxit verò Jehova Deus hominem de pulvere terræ, ſufflavítque in* NARES *ipſius halitum vitæ.* Gen 2. verſ. 7. *Naſus* iccirco, Hiſt. Anim. I. *Spiritûs quem ducimus atque reducimus canalis eſt*, ἡ ῥὶς τοῦ πνεύματός πόρος· καὶ γὰρ ἀναπνεῖ, καὶ ἐκπνεῖ ταύτῃ (ὁ ἄνθρωπος.) *Naſus*, vertit Gaza, *meatum præbet Spi-*

concinnâ, vel inconcinnâ figurâ, non ſolùm facies, ſed & integer homo, vel *decoratur* [1], vel *dedecoratur* [2]: Ab illô quippe denominamur naris vel obeſæ, vel emunctæ, prout vel reſimi, vel naſuti ſumus: atque etiam exinde vel ſtupidi & bardi, vel ſagaces atque perſpicaces audimus; quaſi naſus ille *Unus*, formæ noſtræ non duntaxat exterioris fidiſſimus index, ſed & interioris renuntius locupletiſſimus eſſet. Particula tamen eſt, ſpeciê tenus quidem exigua & parcioris apparatûs, ſed quæ nihiloſecius plurimum artificii in ſe recondit, præter enim iſthæc ejus *impluvia duo*, quæ ab oculorum hirquis modò [3] commemoravi, *nervis conſtat quaternis*, *arteriis duabus* & *venis totidem*, atque præterea *oſſibus* extruitur *ſeptem*, *quadratis* nimirum *duobus* externis, ſuperioribus atque prominulis; *rotundis* & *ſpongioſis* unô & alterô, ſupernis etiam, at interioribus; *contortis* & *replicatis* atque *criſpioris elegantiæ geminis aliis*, itidem internis, ſed inferioribus; atque demum *impari ſeptimô*, oblongô & planô, ſed interiùs erectô atque ſurſum protenſô, quod *vomerem* vocitant, quodque appoſitiùs narium vel *ſeptum*, vel *paries intergerinus* nominandum foret [4]. Duobus autem primis, & huic ultimo, *quinque cartilagines* appenduntur, quas una cum oſſi-

ritui: aërem enim illâ partê reddimus & accipimus. Notes obiter Interpretis ὕστερον πρότερον, nati quippe recèns aërem prius *admiſimus*, quam *ejecimus*.

1 Tanto propterea ſtudio adlaborant Perſæ, ne alii à *naſutis* Regni moderentur habenas.

2 Et iſtud dedecus tantum fuit ut σιμοπρόσωπος arcuerit à Sacerdotio. *Levit.* 21. *verſ.* 18. Quanti igitur & opprobrii fuit *naribus* mutilari, prout liquet Dei minis in populum adulterum? *Ezechiel.* XXIII. *verſ.* 25.

3 Pag. 185.

4 Uti doctus ſum & à *Galeni* Com in VI. Epid, & à *Pollucis* Onom. 2. n. 62. Ipſis quippe τὸ τῆ ῥινὸς διάφραγμα, τὸ τὰ τρήματ' ἀυτῆς διαιρῶν, ὥσπερ τειχίον, καὶ κίων, καὶ σωλὴς ἐστι, *narium ſeptum, quod illarum foramina ſecludit, ceu paries tenuis, vel columna; vel baſis eſt.*

ossibus internis, densæ & robustæ, purpureæ atque *spongiosæ* [1], *glandulosæ* item, ac etiam vibrissis hispidæ *membranæ* (*à fibris duræ matris ethmoideô traductis, intraque narium fistulas expansis* [2]) investiunt. His demum, si cuticulam & cutem, quæ universam illam narium compagem amiciunt & condecorant, annumero, totius organi illius respiratorii nactus ero complementum.

Oculorum silêre laudes consultius esse duco, quàm illas ingenii culpâ deterere. Quî tamen silebo, *etsi condigne laudaverim nullus*, illorum & *celeritatem* [3], & *perennitatem* [4], unà cum *vigore* atque *fulgore* [5] verè *igneô* [6] & nihilosecius con-

1 Membranas illas nominat *Galenus Spongiosâ carnè plenas*, Lib. de resp. util. atque adeò *Spongiolas* ipsarum, sive *glandulas*, nec à *Galenô* putem invisas.

2 Et hæ sunt usque adeò sensiles, ut, vel *vibrissis* evulsis, aliave causâ leviori externa, internave, totus *vibretur* homo, atque *flatus Sonorus narium exaudiatur angustius, signô certe Augurali, atque Sacrô, & cui propterea benè precantur*, ita me docentè & *Summi Medici*, & *Summi Philosophi* textu triplici, *Aphoristicô* nempe, *Historicô*, atque *Problematicô*.

3 Τῇ γὰρ ὀφθαλμῷ ῥιπῇ, *oculi namque jactû* nihil celerius est. 1 *Cor.* xv. *vers.* 52.

4 *Oculi* quippe, ὐ πληθόντῳ ϑ ὁρᾶν, *non satiantur videndo. Eccl.* 1. *vers.* 8. Ipsis, idcirco, *perennitatem* eodem tribuo sensû, ac *Cicero*, atque *Columella*, *fontium* dixère, *stirpiumque perennitates.*

5 Sic *Augustus oculos habuit claros ac nitidos, quibus etiam existimari volebat inesse quiddam divini vigoris: gaudebatque, si sibi quis acriùs contuenti, quasi ad fulgorem solis, vultum submitteret.* Suet. cap. 79.

6 Sed *ignis* ille, quo plurimo vel *amantes*, vel *irati* refulgent, *Platonicus* est, *lucens*, *non urens*, quem ipse ἀυγὴν τε καὶ φῶς *splendorem ac lucem* appellat; quemque, *Galenus*, VII. *de Placitis*, τὸ ϑ πυρὸς καθαρώτατον ϰαὶ λαμπρότατον, *ignis purissimi genus* nuncupat. *Oculis* enim *in amore ducibus* atque radiosis *igneâ cedunt sidera*; Amantibus, saltem, *radiant ut sidus ocelli.* Sic profectò Romani militis *iram* & vindictam in Samnites exæstuantis *ardent in conflictû oculi*, Flor. I. XVI. Nusquam ergo fabulosa putem & *Hesiodi*, & *Homeri*, & *Anacreontis* τὰ ὄμματα τὰ φλεγέϑοντα, ἢτε ὀφθαλμοὶ πυρὶ λαμπετόωντι ἐοικότες. Imò, *flammea* isthæc *lumina*,

concordi cum *humorum* confluxû triplici, quorum diſparilitas atque diſcordia concors (*conſiſtentiâ quippe variant, at pelluciditatê decertant*) omnem omninò humani ingenii captum ſuperant. O mira fluiditas *aquoſi*! O mirifica *vitrei* conſiſtentia! O miranda firmitas atque compactio *trifidi* (*rariùs enim quadrifidum illum reperi*) *cryſtallini!* O mirabilis omnium *diaphanеitas* atque *refulgentia*, tunicis licèt ſinguli obvelati ſint. O admiranda nominatim cryſtallini *globoſitas*, *unitas* & *inſertio*. En quippe *ſphæram* [1] nobis exhibet, haud quidem Mathematicè globoſam, verùm affabrè, leniterque anteriora, poſterioraque verſus depreſſam.

Tantâ inſuper *dexteritate* corpus illud trigonale compactum eſt, ut compagis nexus omnem fugiat vel lynceum contuitum (*niſi accidat illum*, uti id vidi, in veterum glaucωmate, *vel tripertitum*, *vel quadripertitum præ nimiâ ariditate* [2] *findi atque*

lumina, *Divini ſigna decoris*, ipſi *Chriſto* tribuuntur in ſymbolum ejus & *pulchritudinis*, quâ ſuî in amorem nos pellicit; & *iræ*, quâ plenus, hominum ulturus eſt flagitia. *Apoc.* 1. *verſ.* 14. & 2. *verſ.* 18. & XIX. *verſ.* 12.

Sed affectus citra, en oculos rutilantes, atque flammigeros, ac morê *felium*, *leonum* atque *pardorum*, noctû lucidum fulgentes, recens præſertim à ſomno, in *Cæſare Tiberiô*, *Galenô*, *Aſclepiodorô*, *Scaligeris*, *Cardano*, *Caſaubono*, *Porta* &c. &c. Ipſis quippe ſingulis id evenit quod *Alex. Aphrod.* explanat *Probl.* 1. 69. Τὸ ὀπτικὸν δηλοῖ-τι πνεῦμα συναγόμενον καὶ πολὺ γιγνόμδμον ἐν τῷ καθεύδειν, ἀθρόως ⊖ πλυῦξιὸν χ⃝ τὸ σκότ⊖, καὶ λάμπον αὐτὸ, ὁρᾶν φωτειδές. *Spiritus nempe viſores ſomno plurimùm congeſtos*, *& repentè ac ubertim*, evigilantibus & oculos aperientibus, *in tenebras irrumpentes*, *ipſas colluſtrare*, *atque* ſic *ſplendores vidêri.*

1 Eleganter à *Gal.* x. *de uſû Part.* cum ligneo comparatur globo, cujus alterum hemiſphærium eſt aquâ merſum; alterum verò ſupernatat, διὰ τὸ ὑαλοειδὲς μέσον ὀχεῖσθαι τὸ χρυσαλλοειδὲς, οἷον σφαῖραν ἡμίτομος ἐν ὕδατι. *Medius immergitur cryſtallinus vitreo*, *ceu Sphæra quædam*, *media innatans aquæ.* Vel, *medio vehitur vitreo cryſtallinus*, *quaſi media ſecta quædam Sphæra in aquâ.*

2 *Paulo* ſiquidem *Æginetæ* nequaquam aſſentior, dum *glaucedines* aſſerit, *cryſtallini humoris affectus eſſe humiditate tranſmutati cæſium in colorem*,

atque hiscere) sed digitorum duntaxat dexterô compressû sese pro-

lorem, πὶ γλαυκώματα τῆ κρυσταλλοειδῆς ὑγρῆ πάθη εἶναι ὑπὸ ὑγρότητ⊕ μεταβαλλομένα ἐπὶ τὸ γλαυκόν. Illum locus ille decepit, quem ἐν τοῖς Ἰατρικοῖς ὅροις legere est, ubi vetustus ille, quisquis sit *definitionum* illarum Auctor, *glaucomam* definit πάθ⊕ τ κατὰ φύσιν τῆ ὀφθαλμῆ ὑγρῶν εἰς τὸ γλαυκὸν χρῶμα μεταβολὴ, *mutationem naturalium humorum oculi, cæsium in colorem*. Ne autem multus sim in adducendis rationum ponderibus, quæ me procul abducunt ab Æginetâ, unicum proferam Pergamenum, quem, hâc in re, simiolus ejus (*Paulus enim Galeni simia passim audit*) pessimè imitatus est. Galeno namque, conceptis verbis, *glaucoma siccitas est & concretio immodica crystallini humoris*, τὸ τῶν (*inquit l.* 10 *de usu part.*) ὀφθαλμῶν πάθημα, τὸ κατ⊕ τ Ἰατρῶν ὀνομαζόμενον γλαύκωσις, ξηρότης μὴ ἐσι καὶ πῆξις ἄμετρ⊕ τῆ κρυσταλλοειδῆς ὑγρῆ. Ab illo igitur Magistro tanto, *& quod potius est, ab ipsâ Magistrâ rerum experientiâ*, doctus, firmissimè asservero *glaucomatum omne* à crystallini *qualore* atque *siccitate* repetendum esse, quando scilicet *impurus*, simulque *siccus*, crystallini globulus evadit, & ex *aqueo* & *molli* atque *perlucente*, *terrenus* & *siccus* nec-non *opacus* redditur, dum scilicet vel gypseo, vel calcario, vel tartareo inquinamento *sordescit*, *siccatur* & *opacatur*. Haud secus ac enim tophacea, nodosave in calculosis, arthriticisve concretio, nihil nisi *impurum siccum* & *opacum* exhibet, sic revera ubi crystallinus humor à particulis tartareis *inquinatur* & *siccescit*, tam firmiter cogitur atque solidescit, ut arenati, vel gypsi, vel calcis, vel albi denique tartari frustum *siccitate*, *duritie*, *asperitate* & *opacitate* referat. Talem profectò, *quem ex vivente oculô effodi & erui contuitus sum*, tartareum crystallinum conservo. Nec modò siccescens impensiùs, in massulam, seu *potiùs orbiculum utrinque depressum*, coagmentatur, sed & instar sitientis terræ, rimas agit, & pîneorum Americanorum morê, quorum putamen apricatione nimiâ triquetrô hiatû discedit, *trifariam finditur*. Imò *quadrifariam* discissum illum vidi, & crucis, stellulæve ideam phantasiæ meæ excitantem. Sive autem in *tartaream lenticulam* concreverit minimè *hiscentem*, sive *tripertitò*, *quadripartitóve* diffindatur, perpetuò tamen *visionem abolet*, ut *experientia* id mihi comprobavit, *auctoritas* insinuavit, & *ratio* dictavit. Nullum quippe oculum *glaucomate morbidum* conspexi, cujus *actio* non fuerit *abolita*, τυφλῆ γὰρ, φησὶ π καὶ ἀκο τ κῆ τὰς ὀφθαλμὰς νοσημάτων. *Occæcat autem* (glaucoma scilicet) *præ omnibus aliis oculi vitiis*. His & adstipulatur ratio, quî etenim corpus usque adeò *terrenum* & *opacum*, intraque luminum orbes prognatum, & oculorum fenestellis è diametro oppositum, luminis radios non interciperet?

prodat. Tanto demum artificiô triquetra cryſtallus iſthæc *humori albugineo* immergitur & inſeritur, ut non tanquam gemma auro incluſa, ſed tanquam *gemma gemmæ conſerta* renideat, rutilet atque ſplendeſcat.

Tunicarum oculi ſeptem non minùs mirifica ſunt *varietas* atque *contextus*, *niveum* quippe *candorem* æmulatur *adnata*. *Cornii* denſitatem, firmitudinem, duritiem & opacitatem poſſidet *ſclerotica*; anticè tamen, (quâ ſcilicet partê *cornea* dicitur *diaphana*,) rebus illius, ut & nominê mutatis, *cornu* vel pellucidioris *diaphaneitatem* vincit. Pelliculæ nigrioris *uvæ inverſæ* opacitatem ſibi arrogat *Uvea*. Cerebri *medullæ* griſeum alborem, *arterioſo* [1] *ſanguinê roſcida ſit licet*, ſibi *retiformis* vindicat. *Ciliorum* vel nigriores, denſioreſque phalanges *ciliaris* exhibet; imò, non unicâ vel nigredinê, vel fuſcedinê donatur, ſed, Iridis morê, *mille trahit varios adverſo*

1 Quis Neotericorum ἀδολεσχίαν ferulâ non cædat? *Has* quippe negant *arterias retinæ*. At illas oculis ſubjicio fidelibus, *ab internâ & anteriori carotide juxta nervos opticos*, ſurculis diffuſas numeroſis per totum expanſum retiforme. Mihi fidem ſi derogant, vel Naturæ Librum conſulant, vel ad Galenicos Manes adeant, X. *de P. uſu*, quò diſcant, & vere diſcant, ταύτας τὰς ἀρτηρίας (*venas* addit ſed falſo) πολὺ πλείονάς τε καὶ μείζονας, ἢ κατὰ τὸ ἴδιον ὄγκον ἅμφιβληστροειδὲς καὶ χιτῶνα εἶναι.

O ſuperbi ſeculi tenebras Cimmerias, ſed Anatomês vel unâ facè diſcutiendas! O vituperandos Artifices, qui luxatam corporis omnium inſtructiſſimi compagem, ejus ignoratâ ſtructurâ, reſtituere ſtudent! En caſum Vobis abſtruſum & impervium. Oculi ictu, (*uti & Fernelianô liquet exemplô, de Abd. rer. cauſ.* II. XV. *& Henrici II. noſtris in Annalib.*) vel valentiſſimus homo de medio tollitur ἄφωνός τε καὶ παραφορᾶς. Compulſûs nempe oculus, *ictûs vî*, in altiſſimam orbitam, arteriolam tundit anterioris internæ caroticæ, quæ ab opticis eſt indivulſa; atque ſic media crepat, & ſanguinem *lethiferum* effundit in cerebri baſin; ſuis enim inibi grumis, utriuſque tum *caroticæ*, tum *vertebralis* confluentem intercludit, quo intercluſo, commeatus omnis & intercluditur *cerebrum inter & cor*; atque ſic hominem ſuffocari conſequens eſt ſuis & principibus, & miniſtris, ſenſibus orbum.

verſò ſolè colores; atque præterea ad luminis appulſum, vel receſſum, mirabiliter ſeſe vel contrahit, vel dilatat, ut oculi pupillarem, rotundamque feneſtellam vel ſtringat & anguſtet, vel protendat & [1] expandat. *Aranei* fila, vel ſubtiliùs

1 Τὴν κόρην διϋνεσθαι τε καὶ σφίγγεσθαι, ἤτοι σκεδάννυσθαι καὶ συνάγεσθαι, *pupillam dilatari atque conſtringi, vel expandi atque contrahi*, paſſim lego. Id igitur Veteribus detraxiſſe ſycophantari eſt. En porrò mirificæ motionis illius organa meam ad incudem revocata.

Inter utriuſque corneæ confinium, qua ſcilicet eſſe deſinit *opaca*, & *diaphana* fit, circulus eſt, è cujus oris internis *fibræ carneæ centralem ad pupulam* protenduntur, atque ſic *pupularem* conſtituunt *muſculum*, cujus *textum exterius* atque *multicolor*, (corneæ obverſum diaphanæ & internæ, ſed ei nequaquam attextum,) IRIDEM deſcribit. Illius igitur muſculi *cauda*, ſive *apices*, circulum minorem habent alterum, in quem, *ceu ſuum in centrum*, orbiculatim deſinunt: Et circulus minor ille ipſa eſt oculi *feneſtra*, ſeu *pupula*, qua *pupuli* videmur.

Fibras autem *pupulares* illas uti ſpiritibus *retina* colluſtrat, ita ſuâ & illas, *ne areſcant*, proluit lymphâ, de quâ inſcite nugantur, *aquei* nominê *humoris*.

Contractis igitur *pupillaribus fibris*, hoc eſt, à minori circulo ad majorem reductis, *latior* fit *pupilla*, *iris* verò *ſtrictior*; ſicut ediverſo, fibrillis diductis atque laxatis iiſdem, *major* fit *iris*, *minor* autem *pupilla*, idque ratione & *lumnis* vel multi, vel pauci; & *objectorum* vel propiorum, vel diſtantium.

Muſculum inſuper illum, *quem Veteres oculi coronam vocant*, millenis ſuis ab originibus circulatim reſeco, & auricularis, *coronæ* ritû impoſitum apici illum & *expando & contraho*, atque ſic, cùm myriadas fibrarum ejus multicolorum; tum *iridis* atque *pupillæ* vagum atque mutabilem ambitum delineo.

Tribus porrò *vitiis*, (raris quidem & παραδόξοις, ſed ipſâ verioribus Veritate) *ciliares* illas Auctorum *fibras* genuinum efficere *pupularem muſculum* evinco, Primùm enim illò *palpitante*, ſola pupilla tremulo concutitur motû: Sic illo *convulſo*, id eſt, ſua principia verſus jugiter retracto, tam effuſe diffunditur pupilla ut iridem abſorbeat: *Paralyticô* demum, ſive laxiori atque longiori eodem, iridis ambitus in tantum ampliatur, pupillam ut ferme claudat. Iſthæc autem vitia poſtrema duo, ſui ratione ἅπαντα, Veteribus notiſſima fuiſſe adverſum Neotericos, (ἐκ δικῆ neſcios,) contendo. Τὰ

liùs texta, ſuperat *aranea*. *Opus* denique *bombycinum* omne *albuginea tunica*, tenuitatê ſuâ, longè antecellit.

Nervos opticos dum ſpeculor, en me admirationê affectum novâ, dum ab ipſis ſuis medullaribus, atque *fibroſis* thalamis viſuntur oriri ab invicem diſcreti, ſed ut breve poſt intervallum uniantur, ac rurſum disjuncti, triplicem (*uti vulgò ferunt*) ad oculi tunicam effingendam ſeſe diffundant [1].

Muſculorum ſex motoriis nervis, arteriis, venis, tunicis & adipê copioſiſſimô inſtructorum, opus & artificium omne, αὐτοψίᾳ, atque ſeriâ tanti miraculi ruminationê, longe majus (*apud Vos, Auditores ingenioſiſſimi atque ſagaciſſimi*) pondus habitura ſunt, quàm verbis meis, ſi de tantâ partium illarum ſtructurâ aliquid ipſis decederet.

Hiſce igitur Præfatis meis Anatomicis colophonem additurus, auris noſtræ primùm exteriora quædam, *lobum*, *antilobum*; *helicem*, *anthelicem*; *tragum* & *antitragum* luſtrabo; ac ſubinde ipſum auris [2] antrum (*ejus cum canaliculô in* [3] *fauces*

γὰρ Veterum τὴ κόρης εὐρύτητα, καὶ στενότητα ἢ κῷ τὸν πρώτον διάπλασιν, ἢ ὕστερον, ne *Muſæ* quidem *Atticæ* aliter intellexerint quàm de *pupillæ vel conformationis vitiô, vel deinceps, aut ampliori, aut ſtrictiori?* Imò, pupillam ἢ λόγῳ νοσήματος, ἢ φύσει, *vel morbi ratione, vel naturâ* majorem, minoremve commemorant. Et id ipſum præterea ſonat illorum pupula ἢ διεσταλμένη, ἤτε στενοχωρεῖται; Vel aliter adhuc, ἤτε εὐρυχωρίη, ἤτε μειωμένη; Vel ſimpliciter, ἤτε μείζων, ἤτε μικροτέρη. Væ Vobis præjudicio cæcatis, & meorum interim & *tremoris*, & *convulſionis*, & *paralyſeos* ignaris.

Coronidis vicè Medicos & aliof ὑποδειγματίσω ſibi fingentes *Tullii*, *Ovidii*, *Plinii*, *Agellii*, aliorumque δικόρους, *duplices ſingulis in oculis habère feneſtras*. En Vobis Ocularii oculatiorem *Salmaſium* ſuper *Heſychii* διαυγεῖσκοις, *Juſs in Sol. Com. T. 1. p. 190.* Vos rurſum pudeat indoctiores Monacho, *Zonaræ* ſiquidem δίκορον Ἀναστάσιον διὰτοῦτο ἐκαλεῖτο, ὅτι ἀνομοίως ἀλλήλαις εἶχε τὰς κόρας &c: O pudendam Medicorum ἀμαυλωπίαν vel acriori levandam ὀξυδερκικῷ quam hocce Meo!

1 De *Herophilianis* ſpirituum animalium canalibus iſtis, deque omni aliâ mirabili ſtructurâ totius oculi Divinæ Gal. differit, *X. de uſû Part.*

2 Neoterici complures, quo ſunt Noſtros in Majores odio, *autrum*

ses pervio) in oſſe petroſo, ceu in petrâ, vel in [1] rupê, Dei ipſiſſimô digitô exciſum, penitiùs ſubibo, & omnes ejus *cavernas*, ſeu potiùs *cellulas*, aut *cameras quatuor*, meatum [2] ſcilicet auditorium, concham [3], labyrinthum [4], & cochleam

trum illud *Veteribus inacceſſum* ſcriptitant. Sed putidam calumniam eſſe, Contextibus liquebit, modò proferendis.

3 Iter iſtud, primus omnium *V. de gen. Anim.* 2. Philoſophus indicavit. *Inibi* quippe docet ἐπὶ τῷ πνευματικῷ μορίῳ τὴν τελευτὴν ⁊ αἴσθησις εἶναι ⁊ τῆ ἀκοῆς, *extremum ſenſorii auditûs ad partem ſpiritalem*, (id eſt, extremum in palati fornicem) *terminari*. Et ne quis Veterator meam gloſſam, ſeu parentheſin, repudiet, diſcat, *ex Hiſt. An.* l. c. XI. τ πόροι ἐκεῖνον ἐς τ ⁊ στόμαλος ἐραιὴν ἀφικνεῖσθαι, *ſemitam illam in oris pertendere cœlum*, ſeu *palatum*. Auris igitur *antrum* Contextû illo, vel Uno, *Veteribus* nequaquam *inacceſſum*, ſed *pervium* eſt.

1 Ἐκεῖνο τὸ ὀστέον σκληρόν τε καὶ ξηρὸν, καὶ ὅμοιον λιθῳ, *iſtud os & durum, & ſiccum, ac petram referens*, primus deſcripſit *Hipp. Lib.* π. ἀρχῶν.

2 Τὰ τρήματα τ ὠτῶν *aurium foramina*, idem, *medius fidius*, apud *Hipp.* ſonant, ac Nepotes apud ejus οἱ πόροι οἱ ἀκουστικοὶ, *Meatus auditorii*. Imò, *Hipp.* ipſe *meatus* illos πόρους vocat σκολιὺς καὶ στενὺς, *ductus obliquos & anguſtos*. Tullius vero, *multos flexus* illos, *duros* vocat & *quaſi corneolos introitus*. Alii autem ipſo adhuc veſtibulo magis hærentes τὴν κυψέλην dixêre, aurium *alveare* ſordibus ſcatens, quas à loco κυψελίδας vocitant, & de quibus, non Soli duntaxat Ἰατρῶν παῖδες, ſed & Clariſſ. quique Viri *Ariſt Tullius*, *Plin. Meletius*, &c. plura ſcripſere, quam Neotericorum ὁ Δεῖνα. Is quippe, *quæſita licèt operâ*, id lemmatis elucidandum præſumſerit, nullis interea valuit vel ingenii luminê, vel Anatomês luce genuinos *cerumnum* detegere latices. Ignoravit enim, *unâ cum aliis Scriptoribus*, totius aurium antri glandulas, toti ſcilicet ejus cartilagini, *piloſâ ſub cutê*, firmiter appreſſas, quæ recrementum illud ſpiſſum, oleoſum atque ſulphureum, bilioſumve, perinde ab arteriis emungunt, ac jecoris acini bilem à ſanguine repurgant.

3 & 4 *Concham* illam, atque *Cochleam*, Empedocleum aurîs eſſe τὸ κοχλιῶδες lucê meridianâ clarius eſt. Iſthæc igitur auris internæ ſtructura *cochleæ adinſtar contortæ, ac in ſpiras revolutæ*, vel ipſo *Hippocratis* innotuit ævo, Neotericos igitur pudeat, vel iſtud ignoraſſe, vel Veteribus detraxiſſe. Præſertim, quòd *Empedocleô auris illô buccinô*, *multos* Nobis *Tullius* aurium *flexus* buccinaverit, intra quos *ampliſicatur aër*; illosque *cum teſtudine atque cornû* comparaverit, in-

am [1], duobus auris internæ cum muſculis (ceu *lacertis* [2], petræ cavernulas illas perreptantibus) propiùs contuebor. Id autem eò lubentiùs exequar, quòd cryptis in illis (*quæ tum caroticis irriguæ ſunt internis, tum nervorum myriadibus* [3] *à quintò donatæ conjugiò*) rerum Me delectet varietas. Inſunt enim primùm *feneſtellæ* [4] duæ, Ovalis una, altera rotunda, quibus Aures, *Diſciplinarum Organa*, noſtram ad mentem addiſcenda tranſmittunt. En deinceps mechanica duo, *incudem* nimirum, cruſculis alterò, atque alterò, ceu columnis duabus innixam atque ſuffultam; & *malleolum* ſuis & manubriolò, & capitulò, & proceſſibus inſtructum. En denique vel bellica, vel equeſtria duo, *tympanum* [5] nempe, idque duplex, chor-

quibus *tortuoſis & incluſis reſonatur, & ſoni referuntur ampliores.* O Lectorum oſcitantiam obelo dignam!

1 E quaternis cavitatibus unus duntaxat *Labyrinthus* ſupereſt Veteribus aſcribendus. Id ut præſtem, nullus mihi *labor intus erit.* Primum namque *Hippocratis* τὸν τῶν ἀάτων κοίλωσιν σηραγγώδεα, *auritum fiſtuloſas cavernas*, Interpretum ſordibus obſeratas, referarem merito. Sed eſt acutior mihi pugio, quo juguletur adverſa cauſa. *Hippocratis* enim Nepotes, conceptis verbis, illi fiſtulæ tribuunt τὰς ἕλικας τὰς λοξὰς δίκην λαβυρίνθε, ἐν αἷς τὸ πνεῦμα οἷον κυλινδεῖται, *flexus & ambages* LABYRINTHI *admiſtar, in quibus aër veluti volutatur*, ſeu *volvitur* atque *revolvitur.* En rurſum, *Diocletianî morè, apros occidi, ſed alter utitur pulpamentò*, & Me interea Diris devovet, quod ipſi Veteres evincam inacceſſos eſſe. O dura, ſed æquo interim animo ferenda fata!

2 Hic *lacertos* homonymice ſum elocutus, quo naſutis mea foret acceptior Metaphora, de ipſis in petrâ reptantibus.

3 Nervorum dixi myriadas, frequenti doctus αὐτοψίᾳ. Rudes illos igitur apage, qui mirificam, *Cardinalis* v. g. *Richelii*, ὀξυακοΐαν ab ἀκουστικῇ duplici repetunt. Librum enim Naturæ ἀναμάρτητον ſi diligentiùs evolviſſent, non *duo* duntaxat *nervorum fila*, ſed *filorum myriadas* in aurem diſpergi comperiſſent, Vid. pag. 178.

4 Uti namque *Oculos*, ſic & *Aures* Natura *feneſtravit.* Quod etenim *Oculis* eſt *pupilla*, id *Auribus* illæ ſunt *feneſtræ.*

5 Iſthæc *integri Synecdoche* Hippocrateam deſignat *pelliculam, quæ in auditorio meatu juxta os durum, ad inſtar aranææ tenuis eſt, quæque præ reliquis pelliculis eſt ficciſſima.*

En

chordaque contentum transversâ; Et *stapedem*, ceu subicem ephippiarium, atque pedaneum, qui interius profectò mirificè striatur atque sulcatur, nec non quoquoversus, *dispari stapedum sorte*, tunicâ [1] tenui succingitur & occluditur, atque ligamenti demum interjectû, *ex ejus apicé Sesamocideo* [2] *protensi*, validè suam ad petram, *suum velut ad Ephippium*, adalligatur. Istis tandem omnibus & singulis accedunt & illæ Musis gratissimæ solitudines, quas per universum auris *labyrinthum* captant, & in quas profectò si ulteriùs penetrarem, jurè meritoque vererer, ne filô Ariadnæô carens Ego, egressum exinde quæritarem frustra, atque sic interea loci occasio sese mihi subduceret Vobis demonstrandi, *Spectatores curiosissimi*, *atque Dei tot mirabilium studiosissimi*, quæ Vobis demonstranda mihi incumbunt, si priùs hujusce cadaveris compagem universam in *truncum* & *artus* divisero; atque rursum *truncum* dispelcuero in [3] &c.

En rursum igitur Veteres suis *inaccessos* Sycophantis, hæc quippe *sine fuco*, Hippocratea sunt, τὸ δέρμα τὸ ἔσω τῆ ἀκοῆ, ἔσω τῷ ὀστέῳ τῷ σκληρῷ, λεπτόν ἐστιν ὥσπερ ἀράχνιον, ξηρόν τε καὶ ἄνευ ἁιμάτος.

1 *Membranulam* illam, striato attextam Stapedi, Scriptoribus propterea latuisse putem, quod vel *obelô* vel *acû*, Stapedem eruant, & amiculum illud perforent, quo perfosso, nihil nisi Stapedis *cavum*, ejusque *Strias*, *paucis notas*, cernere est.

2 Quam inepte *quartum* istud *officulum* vel *cochleari*, vel *squamæ piscis*, comparent, ejus *solida* liquet, globosaque substantiâ. Et quam mendaciter rursus, id Sibi vindicet ὁ Δεῖνα, *cui plausérunt Amici*, ex *Columbo* patet. Is etenim, (*antequam noster ὁ δεῖνα vagiret in cunis*,) id officuli descripsit *, *capituli rotundi* nomine, quod aptius *Sesamoideum apicem* dixi, utpote quia *colore*, *figura*, & *soliditate*, (mole vero nequaquam) *ossa* refert *Sesamoidea*.

* Lib. de Oss. 1. Cap. VII. pag. 27. Edit. Ven. M. D. LIX.

3 Istud certè τὸ &c. addidi merito. Aliàs namque, tota nunc delineanda foret ἑλομελία, quam Anatomes meæ Ἐγχειρήσει publica prima, (*Singulis iterata diebus matutinis* atque *vespertinis*, *à 3. Feb. in 3. Martii 1672.*) & *resolvi*, & *enarravi*. Tanta autem scriptio onus excrescceret in ἀμαζιαῖον, & mole sua Lectorem omnem absterreret. Nunc enim, *si unquam*, μέγα βιβλίον, μέγα κακόν. Et exinde fit ut Neotericorum *Epitomis* totus mutiletur homo; & *ingentia*, sed *completa*

pleta atque *mirifica*, jaceant *Galenica* de Partium usu *Volumina*.

O quàm pauci, *Carneadis Academici more*, superiora corporis Octoo repurgant *Elleboro*: Aliàs namque, mens ipsis tam læva non foret Scriptores in optimos.

FINIS.

Καὶ εἴτε πάσχει ἓν μέλος, συμπάσχει πάντα τὰ μέλη· εἴτε δοξάζεται ἓν μέλος, συγχαίρει πάντα τὰ μέλη. 1 *Cor.* XII. *vers.* 26.

Ξύῤῥοια μία· Ξύμπνοια μία·
Ξυμπάθεια πάντα.

Hipp: Lib: Π. τροφῆς.

CAROLI DRELINCURTII,

Medici Regii in Galliis,

NEC-NON

in Almâ Batavor. Acad. Profeſſoris
Medicinæ Primarii,

LIBITINÆ TROPÆA,

pro concione,

Quum Faſces Academicos deponeret,

computata;

Die Solemni, *VIII. Feb.* 1680.

PROGRAMMA

Valvis affixum Academicis, hujus Orationis pridie.

Sicuti votivæ morientium voces *religione* quâdam excipiuntur, ita & craſtina* mea veſtri Rectoris expiraturi verba *religioſis auribus* hauriatis velim. Occaſione ſiquidem recèns nobis ereptorum Nobiliſſ. *Mejedamii*, & Illuſtris Thiltii, Acad. Curatorum; nec-non Ampliſſ. *Golii* Conſulum Præſidis; ac trium inſuper Profeſſorum Conſultiſſ. nempe *Cœman*; Solertiſſ. à *Schooten*; & Literatiſſ. *Uchtmanni*, aliquot *Libitinæ Tropæa* ſum enarraturus, eaque

vel { *Singularia*, { morbis { capitis, pectoris, abdominis, & totius corporis; eventibus raris, ab ævô Loti, ad *Carolum* uſque *IX.* Galliar. Regem; *Pluralia*, numeróque vel { *certô*, à duobus ad 1500000; incertô, à diluviô *Noachi*, ad *Chriſti* Natalem.

* *Ne glorieris de die craſtino, quia neſcis, quid pariturus ſit dies.* Prov. cap. XXVII. verſ. 1.

MORTE MORIERIS.

Gen. 2. verſ. 17.

Sicut per unum hominem peccatum in mundum introiit, ac per peccatum mors; ita in omnes homines mors pervaſit quandoquidem omnes peccaverunt.

Rom. v. verſ. 12.

Stimulus verò mortis peccatum eſt: & vis peccati Lex eſt.

1. Cor. xv. verſ. 56.

Quis vir ita vivat ut non experiatur mortem? eripiat ſe ipſum à ſepulcro; Excellentiſſime?

Pſalm. LXXXIX. verſ. 49.

GE-

GENEROSISSIMO

D. D.

SALENTINO JUSTO SINOLT,

BARONI VON SCHUTZ,

SERENISSIMI

BRUNSVICENSIUM

ET

LUNÆBURGENSIUM

DUCIS

CONSILIARIO INTIMO,

AC

NEOMAGUM NUPER

LEGATO

PLENIPOTENTIARIO,

C. DRELINCURTIUS

S. P. D.

Hominem Diogenes ipsô meridiê, accensâ lucernâ quærit, nec reperit; hâc ego meâ, publicæ lucis, ferali tædâ Lectorem dum quærito, qui aliter me, quàm cursorias legat Epistolas, en Te, *Vir Illustris*,

animi Tui dotibus non minùs ſplendidum offendo, quàm & Natalibus clarum, & Muneribus conſpicuum ſuſpicio.

Te ſiquidem, *Vir Excellentiſſime*, quò ſtudioſiùs obſervo, eò certiùs apud me conſtat Tuos annos animô Te præterîſſe ſemper, & maximô propterea Tui meritô (*nec unius Avitæ Tuæ & Nobilitatis, & Virtutis ergò*,) Auguſtiſſimam ad Cæſaris Aulam, ætatis Tuæ quinto duntaxat ineuntê luſtro, Delegatum eſſe. Et inibi profectò, ingenii Tui Excelſitas atque Magnitudo tergeminis Tuis cum honoribus certatim refulſit.

Tantus & ille Genii Tui ſplendor, tantæque Tui, (*Neomagi nuper ad Europæ pacem Perſpicacis ac Omnipotentis Internuntii*,) Dignitates me ſicuti traducunt in admirationem, ita & Gloriæ Tuæ promovendæ ſtimulo me fodicant jugi. Sed eheu! Curarum ingentes volvo pectorê fluctus, Tuis tot laudibus imparem me tubicinem eſſe mecum dum reputo; nulla namque latera mihi ſatis firma, quò meritis Te præconiis in Cœlos efferam: Iſti propterea mei ſpiritûs exilitati, quâ tuba remiſſè clangit, ſcriptionê proſpicio.

O utinam mihi, è Tubicinê Scriptori, venæ ſaliant ſupra Plinianas, quò Tibi, *Virtutibus Trajanô potiori*, Panegyricum dicam Pliniano perenniorem! Verùm, quia tantam ſcribendi facultatem mihi Deus non conceſſit, conſultiùs eſt, VIR ILLUSTRIS, tot iſthæc merita Tua grandia altum ſilêre, quàm ingenii deterere culpâ.

Sed, ut undè orſa eſt, in eodem hæcce terminetur Nuncupatoria, Te mihi Lectorem gratulor acris & ſubacti judicii, quò lemmata mea vel calumniis abſolvas

&

& protegas; vel plagii damnes & probroſo confodias obelo. Uni quippe Tibi, exquiſitiſſimo rerum æſtimatori, Oratio ſi diſplicet, denſis ad me revolabit ſepelienda tenebris: Sin autem arridet, contento, nec fugientê, legenda reveniet oculo, atque ſic mei deriſores lævi peſſum erunt premendi. Me ſiquidem Oraturum Præco defecit, qui profanos à me ſtultoſque ſcurras procul arcuerit. Illi propterea, *ſacram juxta parœmiam*, * me non ſolùm ſpreverunt, verùm, ſuis, *tot illi crabrones*, venenatis aculeis ita pupugerunt, hâc ut publicâ lucê, *aëre ceu liberiorî*, & *apricatione*, peſtilens venenum illud difflaſſe ſufficiat nequaquam, ni Tuis, *mî prudens Opifer*, mihi nunc (*mutuis Noſtrûm Ægrî atque Medicî permutatis vicibus*,) præſtò ſis Alexiteriis, & reliquum mihi virus aſperſum, nec adhuc diſcuſſum, ſed ſerpens, coërceas atque perdomes, quò hæcce Tecum vigeat, floreatque pagina

IMMORTALI TUO NOMINI
CONSECRATA.

* *Prov. Cap.* XXIII. *verſ.* 9.

PRÆ-

PRÆFATIO.

Nihil esse quod invidia non arrodat meæ periculô famæ comperio; illius enim obtrectatio me rodit, me lacerat. Nuperis quippe diebus Fasces depositurus Academicos, *lugubres illos, lugubris deposui. Sed meos* Auditores *dum* plurimos in luctum voco; *ecce, malevoli suam in me exæstuant invidentiam, & plenis buccis me* Polyantheam *exscripsisse* [a] *deblaterant. Isti nempe maledici* Polyantheam totum *suam in medullam* sambucina viliorem, *ita converterunt, ipsâ ut* Laverna *callidior etsi forem, nullum nihilosecius è* Polyanthea *suffurarer* ἴδιον, *quin protinus plagiarium me deprehenderent.*

En me igitur αὐτόφωρον, *& furtivi* Tota *multiplicis conscium atque confitentem. Quid etenim furtûm negem* capitibus *tam* acutis? *Illos nimirum* φοξὸς *nihil fugit quoniam acutiê suâ vel in animos penetrant & corda scrutantur.*

O quàm stupeo tam altam illorum [b] *sapientiam! O quàm mihi dolet quòd,* præter Epitomen Sennerti, & glandularum maximam unam, atque minimam alteram, *ipsos putaverim sapuisse nihil. Nunc porrò constat apud me,* Polyantheam *ipsos nosse. O reconditas Virorum Literas, quibus universus Literatorum Chorus assurgat! O dolenda Literariæ Reip. fata, quòd* Poly-

a Nam, sicuti *lingua sapientum bonam profert scientiam*; ita *os stolidorum eructat stultitiam.* Prov. cap. xv. vers. 2.

b *Eruditio stultorum scaturigo est stultitiæ.* Prov. cap. xvi. vers. 22.

lyantheam [c] *tanti Viri, nullam ad praxin revocent? Aliàs certè, mirifici fructus ex illo cornu copiæ nobis offerrentur, quibus in admirationem atque ſtuporem traduceremur; ſed nos* ſtupere *nolunt, illorum namque dotes miraremur nuſquam. Prudentes itaque & ab orando & à ſcribendo ſeſe continent. Ipſis ſiquidem abundè eſt Judices in me ipſo Momo & otioſiores & mordaciores ſedére: Illorum nihilominus reprehenſionem longè fugiſſem, ſi Rector expirans, Profeſſor & expiraſſem. Mea ſcilicet fata ſuprema, (etſi me raperent ad Divos, & illorum foret meam* Ἀποθέωσιν *celebrare,) minùs ipſis invidioſa forent, quàm halitus hicce meus in oris Batavis. Sim* Divus, *modó non ſim* Vivus.

Eſt & aliud rei pondus, quod me, licèt ſuperſtitem, *illorum invidiâ liberaſſet, ſi rationibus nimirum ad Incolas Lunæ concatenatis vel Præ-Adamitas, vel alterum Orbem, Orbe in illô Lunari, aſtruxiſſem. Tunc, meherclè, laudum diribitores illi ſuis me plauſibus in cœlos extuliſſent, ubi* felici *nunc* ferirem ſidera verticê. *Sed, cùm Jovi minùs fuerim in deliciis, ſors alia ſuſtinenda venit: atque adeò, ſi qua mihi virtus,* illâ me *tacitus* involvam; & mihi canam & Muſis.

Interim caveant æmuli mei, ne invidiâ rumpantur; præſertim, dum contentiùs & identidem [d] *buccinant* am-

[c] *Polyantheâ* expreſſâ, *utpote notiori*, Theatra velim & expreſſa *Savingeri*, atque *Beyerinckii*, ad univerſalis *Polyantheæ* normam extructa.

[d] Nam, *ut canis redit ad vomitum ſuum, ita ſtolidus iterat ſtultitiam ſuam.* Prov. Cap. XXVI. verſ. 11.

ambabus me manibus Apographum excepiſſe Langii. *Veriùs* Calepinum *me deſcripſiſſe proclamarent, nihil namque ſum elocutus, quod apud ipſum non pateat. Veriùs adhuc*, Elementarium Exſcriptorem *me traducerent, aliud quandoquidem nihil*, Oratione mea tota, *quam* Elementarium Codicillum *millies atque millies tranſcripſi; atque etiam nunc, quid aliud quæſo, quàm ejuſdem* Elementariæ Tabellæ *tranſcriptor fio? Sed* INVISUS, (Luci *tamen, ut* & Invidiæ *objicior publicæ,*) *dum ipſi*, invidentia ſua cæca; *vituperandos* [c] *in tenebriones tranſcribuntur.*

[c] *Si ſapias, ſapies tibi, ſin deriſor eris, ſolus reportabis.* Prov. cap. IX. verſ. 12.

ALLO-

ALLOQUIA.

Illuſtres & Nobiliſſ. Viri Summates, alta quidem, ſed nihiloſecius inconcuſſa Reip. Columina; Legationum Vobis demandatarum Exornatores Splendidi; Academiæ Fautores benigni; Educatores providi, & Altores munifici;

Tu ſecundùm, Juris Academici Propugnator non duntaxat acerrime, ſed & vigilantiſſime Promotor:

Tu deinceps, Ampliſſ. Coſ. qui Hippocrateam dignitatem & Juſtinianæum decus pariter ſuſtines atque protendis;

Vos inſuper, Viri Coſſ. & alii, atque Scabini, tum Civitatis Almæ Patres Almi, tum æquiſſimi pœnarum præmiorumque Diribitores;

Voſque Magiſtratus reliqui, quorum & prudenti Conſilio & dextera manu ſuos vegeta hæc Civitas lacertos movet;

Vos præterea Conjunctiſſ. Collegæ, Scientiarum omnigenum fœcundiſſima Pectora;

Vos etiam, quotquot adeſtis Honoratiſſ. Viri, meritis veſtris & in Remp. & in Literas conſpicui atque ſuſpiciendi, grande meum decus hodiernum;

Vos pariter, Venerandi Protomyſtæ Oraculorum nullius mendacis ſpiritus, ſed ipſius Veritatis æternæ & ſequeſtri fideles & diſpenſatores accepti;

Vos deinde, Triplicium Doctorum Cœtus frequens ipſis Gratiis amœnior;

Tuque poſtea, Multiplex Academiæ Civis, quem multijuga doctrina, *atque adeò Medica noſtra*, & delectat & juvat;

Vos itidem, Myſteriorum Dei ſcrutatores indefeſſi:

Vos quoque, Themidos fatidicæ pervigiles Proci;

Vos ſimiliter, Arcanorum Æſculapii Auſcultatores avidi;

Vos adhuc, ſecretioris Phyſices inveſtigatores naſuti;

Vos demum, chara Minervæ ſoboles, Literis Humanioribus & ubertim lactata & (*vel in præſens*) uberius lactanda.

EXOR-

EXORDIUM.

SIngulis eſt ſingulare cordi negotium,
Navita de ventis, de tauris narrat arator [a];
—— Quod *Medicorum eſt*,
Promittunt Medici: tractant *fabrilia fabri* [b].

Cum igitur Medica mea, quam nactus ſum ſparta, millies me docuerit unicum in vitam ingreſſum, ſed exitus è vita millenos eſſe, eoſque ità dubios atque præcipites ut neſciatur quid *ſerus veſper vehat* [c]; & hac ipſa ſolenni die ſurgere queat *amari aliquid, quod in ipſis floribus angat* [d], lubet ex redundantia cordis eloqui [e], ac veſtrum in ſinum meos effundere luctus. Hippocrateas itaque *à luce in orcum migrationes* aliquot [f] Medica virgula dimetiar, & ſtipendia peccati, morbos ſcilicèt, nec non Libitinæ tropæa, Medicis etiam calculis computaturus ſum. Id enim lemmatis ad nos volentes, nolentes; ſerius aut citiùs ſepulcri prædam futuros, attinet. Mors ſiquidem, non ab Heſiodici Promethei furto [g], ſed à ſacri Πρωτοπλάστου faſtu in mundum eſt illata [h], & in ſingulos dominatur, unis exceptis *Enoch* [i] & *Elia* [k], typis Chriſti. En homo ſors tua! En Curator Illuſtris alter atque alter, maximis veſtris in Remp. & in Academiam meritis alioquin immortales!

En-

a *Propert.* 2. *Eleg.* 1.
b *Hor.* Ep. 2. 1. V. 115.
c *Prov.* 27. 1. *Georg.* 1. V. 461. *Sen.* Ep. 101.
d *Lucret.* IV. V. 1127.
e *Mat.* 12. 34.
f *Generari* ſiquidem ipſi eſt *ab Orco in Lucem erumpere*; *Mori* autem *à Luce in Orcum migrare.* Lib. 1. de Diæt. p. 82. V. 44.
g *Oper. atque dier.* V. 49. & 58.
h *Gen.* 3. 5. 6. 19. *Rom.* 5. 12.
i *Gen.* 5. 24. *Heb.* 11. 5.
k 2 *Reg.* 2. 11.

En florentiſſime Conſulum Præſul, digne rogo ſeriore!
En lugende Collega, qui, nuper nobis duntaxat oſtenſus es!
En flebilis Collega ſecunde, Archimedis inclyte genio! En demùm, Πολυγλωττώτατε Collega tertie, reconditiorum literarum penu reconditiſſimum, fata veſtra ſuprema! Vobis naſci contigit, mori reſtabat; naſcentes enim morimur, finiſque ab origine pendet. Hanc autem Conſtantinus Πορφυρογέννητος cum *Tytio* terræ filio communem accipit: Spumantis enim libidinis uterque bulla inter ſaccati humoris utres aliquamdiu fota; ſed deinceps *ab orco in lucem* erumpens, idque poſt Cainum & Abelem natos, longe porrecta ſerie, nullis unquam mortalium ſeculis vel abrupta; vel abrumpenda [l]. Nemo quippe tam bardus eſt, quin vel Aſcræi Θεογονίας [m], vel *Nonni* Διόνυσιν διασότοκον [n] non explodat? Ortus ergo

l *Nam abeunte generatione una, advenit altera.* Eccleſ. 1. 4.

m *Heſiodi* volo *Deorum generationes, quas & Θεοποιίας Iſidorus Peluſiota* vocat *Epiſt.* 1. 21.

n *Bacchum bi-genitum.*
Dionyſiac 1. V. 4.
- - - - 9. V. 10.
Διμήτρα, δίγονόν τε καὶ διθυραμβοτενῆ *bimatrem, bis natum & duabus januis egreſſum* dixere *Diodor.* l. 3. p. 137. & *Epigram. Gr.* l. 1. p. 82.
Διθύραμβον κύημα vocatur ab *Evagr.* Hiſt. Eccl. 1. XI. *Fœtus binis foribus exiens.* Imo *Dithyrambum* ſimpliciter, *pro Baccho*, enunciarunt alii. Id enim Epitheti non unice *Hymno in Bacchum* ſed *ipſi Baccho* competit ex *Semele* nato, & *ex femore Jovis*, juxta *Etymol. Magn.* fol. K α. Fabulam porro vel fuſe narrant, vel ſtrictim attingunt, vel falſe derident *Nonni* Majores, *Hom.* Il. XIV. V. 323. ubi legere eſt Schol. Gr. p. 436
Heſiod. Θεογ. 940.
Orph. hymn. in *Dionyſ.* & in *Semelen.*
Pindar. Ol. Od. XIII. una cum Schol. Gr.
Herodot. l. 1. c. 23.
Euripp. Bacch. univerſe.
Ariſt. Nubes, p 145.
- - - Aves, p. 606.
Plat. Phædr. 241.
- - - 3. de Rep 394.
- - - 3. de Legib. 700.
Ariſtot. Rep. 8. 7.
- - - Poët. 1 653.
Apollod. 3, 138.
Cic. 3. de Or. n. 47.

Dio-

ergo noſter unicus eſt, at occaſus numerum neſcit. Quis enim omnivagas Proſerpinæ ſtrages vel fando numeret?

PARS PRIMA.

1. An Reges itaque narrabo Carolomannum [o], vel Ludovicum VII. [p] paralytice vitâ ſolutos?

2. An Pontifices Leonem decimum [q], vel tertium decimum Gregorium [r] catarrhô ſuffocatos?

3, An Poëtas Statium [s], vel Petrarcham [t] lethargo ſepultos? 4. An

Diodor. l. 3. 4. 5.
Horat. Carm. 4. 2.
Hygin. fab. 179.
Ovid. Met. 3. 3.
Strabo, l. 15. p. 473.
& *Curt.* 8. 10.
Plin. VI. 21.
Plut. Alex. 668.
Arrian. l. 5.
Pauſan. paſſim.
Jul. Poll. 1. p. 12.
Lucian. Sacrif. 365.
- - - D. Dial. 202.
Clem. Alex. Strom. 1. p. 308.
Athen. 10. & 14.
Julian. Or. VII.
Cyrill. H. Catech. 12.

o *Mezeræus* ad A. 880. de *Carolomanno*, Ludov. III. fratre.

p *Id* A. 1137. 1180.

q *Serreus* A. 1521. *Jovius* enim in Leon X. vit. lib. 4. tam ingenuus non eſt. *Onuphrius* autem venenum ſuſpicatur, p. 351. *Balæus* vero inter calyces potorios ſubito mortuum deſignat, fol. 246.

r *A. Cicarella* anginam vocat catarrhum illum. Sed mihi angina ſpontanea nulla tam pernix eſt ut duabus horis jugulet. At hic *Gregor.* XIII. apud *Thuan.* A. 1585. *Calviſ.* p. 947. & *Freher.* p. 9. nullis omninò præviis adverſæ valetudinis ſignis bihorio ſublatus eſt: catarrho ſcilicet confeſtim atque confertim in pulmones ejus irruente.

s Parentis obitum illum luget *Publ. Pap. Statius*, ex traduce Poeta, *Epicedio* III. *Sylv.* 5. V. 260.

t Herculeo morbo detruſus eſt in *lethargum*, æt. 70. *A.* 1374. ſicuti fert Bruxellenſis pagina de vita Petrarchæ 1660. cui, Chronologiæ ratione, concors eſt Baſil. Editio 1581. atque *M. Palmer. Flor.* Chronicon; nec non *Freheri* Codex, p. 1423. Trifariam ergo *Thevetus* errat, Coſmogr. XIV. Cap. x. p. 537. ubi *Petrarcham* extinctum di-

4. An Lucium Verum [v], vel Conſtantium [w], Cæſares, apoplexi raptos?

5. An Oſilium Hilarum [x], vel Pomperanum Gallum [y], catalepſi conglaciatos?

6. An Crotoniaten Athletam [z], vel Himerium Sophiſtam [a], luctifero comitiali divulſos?

7. An Bonifacium octavum [b], vel Carolum ſextum [c], maniaco furore mentis ad Erinnyas abreptos?

8.

dicit *æt.* 52. *A.* 1366. præ *mœrore* ob amaſiam morte ſibi ereptam. Cætero, *Jovium* puduit iſtam popularis ſui Epilepſiam vulgaſſe; *Suetonius* tamen non erubuit Cæſares ſuos, Julium atque Caligulam, *comitiali* vexatos enunciaſſe, *Lib.* 1. n. 45. & *Lib.* 4. p. 50.

v *Galeni* fuiſſet apoplexin illam vulgaſſe, Tom. III. ad Epigenem, p. 459. V. 5. ubi Cæſ. hujus obitum enarrat. Quam igitur Apoplexiam Lucii Veri, *ſedentis in vehiculo cum fratre*, ſilet *Galenus*, illam ore uno promulgant *Jul. Capitolin.* in Antonin. Phil. n. 14.
- - - in Vero, n. 9.
Euſeb. Ol. 237.
Eutrop. l. 8. c. 10.
Victor. Epit. 31.
Oroſ. 7. 9.
Caſſiodor. Chronic.
Herm. C. A. 170.
Suid. in Αποπληξία.
Platin. in Pio I.
Godeau. H. E. 2. 10.
l'Abbæus A. 169.
Le Suëur. A. 170.
Chrevreau. A. eod.
Miſſam itaque facio calumniam *Marco* Illatam à *Caracalla* apud *Dion.* l. 71. p. 802.
Herodian. 4. 5.
Xiphilin. p. 259.
Volaterr. A. l. 23.

w Super hoc Conſtantio, Apoſtatæ Juliani deceſſore, *Socrat.* eſt mihi auctor Hiſt. E. 2. cap. 47. atque *Platin.* in Pontif. 38. p. 47. Nam *Euſeb.* ad Olymp. 285. vel *Eutrop.* l. 10. c. 15. vel *Oroſ.* l. 7. vel *Cedren.* pag. 249. mortis ideam non effingunt. *Ammianus* vero *Marcell.* l. 21. c. 15. atque *Zonar.* Ann. 3. p. 19. rem aliter narrant.

x En dignam profecto hiſtrione tanto mimicam cataſtrophen, & quidem fœcundos inter calices, teſte *Plin.* Hiſt. Nat. 7 cap. 53.

y *Jov.* H. 26. fol. 29.

z *Ælian.* V. H. 9. 31.

a *Eunap.* p. 129.

b *Balæus* p. 175.
Gotofred. p. 49.
Serreus, A. 1304.

c *Mezeræus* A. 1392.

8. An Cæſarem Balbum [d], vel Lotharium ſecundum [e], phrenitide ſua deflagrantes?

9. An Lucretium [f], amatorio Luciliæ poculo; vel Lucullum [g], philtro Calliſthenis, mente vitaque tandem penitùs orbatos?

10 An denique, vel Alberti Magni τὸν δᾶνα, [h] vel Baldum JCtum [i], ὑδροφόβας, Themiſone Medico [k], vel etiam Aëtii Philoſopho [l], infeliciores, ſuaque rabie, *ceu Cerbero*, transverſos ad Eumenidas raptatos?

1. Quid rursùm ſi ad alios exitus ſupremos deflexerim? En

d *Zonar.* A. 3. 114.
Cuſpinian. p 189.
Cluver. A. 829.

e *Car. Sigonius*, Lib. 6. de Regn. Ital. ad A. exeuntem 949.
Calviſ. A. 950.

f *Lucretii* mortem regerit auctor vitæ Virgilii in A. U. C. 698. illius vero furorem narrant *Euſeb.* ad Ol. 171. *Volaterr.* Lib. 16. Anthropol. p. 384. *Cæl.* l. 17. cap. 2.
Glandorp. in O. R. *Maroll.* in vita Lucretii.

g *L. Luculli* mortem *Velleïus* refert ad A. U. C. 703. dementiam verò *Plut.* infamat, Tom. 1. p. 520. in Lucullo; nec non T. 2. p. 792. An ſeni gerenda ſit Reſp? Videſis etiam *A. Victor.* de Viris Illuſtr. n. 74.
Volaterr. l. 16. p. 384.
Glandorp. O. R. p. 532.

h *Magnus* enim *Albertus*, Tom. 6. Lib. 7. de Anim: Tract. 3. Cap. 2. p. 232. virum vidit à rabido cane morſum in brachio, cui poſt 12 annos cicatricis locus inflari cepit, & intra biduum hominem extinxit.

i *Baldus* etiam, Melitæo cane, quem ſinu fovebat, in labro leviter admorſus eſt, & quadrimeſtri ſpatio exacto in rabiem raptus eſt & in orcum, teſtibus mihi fidis, *A. Matth.* in Dioſc. 6. 36.
B. Perdulci, de Morb. animi 14. *A. Paræo*, 20. 14. *M. Donat.* Mirabil. 6. 1.
J. Wolf. 2. 433.
P. Freher. 789.

k *Themiſon* veneni perniciem eluctatus eſt, apud *Dioſcorid.* in Ther. Cap. 1. p. 423.
Cæl. Aurel. Acutor 3. 16.

l Philoſophus pariter apud *Aëtium*, Tetrab. 2. ſerm. 2. cap. 24. p. 107. & 315. *generoſo animo affectioni reſiſtens ſuperavit illam*; quod *Glycas*, Ann. 1. p. 64. ab *Aetio* mutuatus eſt, ſed ejus nomine ſuppreſſo.

En Attila [m], Rex Hunnorum, ob effrænem Veneris luctam, & Alexander [n], Græcorum Cæsar, ob Bacchi madorem, sanguineis narium eruptionibus exhaustos.

2. En Oratorem Nigrum [o], & Upsalensem Protomystam [p], Angina, [q], ceu laqueo, strangulatos.

3. En Gelasium secundum [r], & Bonifacium nonum [s], de Pontificatu pleuritide pulsos.

4. En Polemon [t], atque Lepidus [v], phthisi lethæa scelestus uterque.

5. En Maximilian. II. [w], atque Frederic. Palatin. III. [x], pectoris hydrope mersos. 6. En

m Exitum Attilæ *Marcellin. Com.* A. 454. *Niceph. Call.* l. 14. c. 57. *Baron.* atque *Spondan.* A. 454. aliter referunt.
Idatii verò Olymp. cccvIII. *Cassiodor.* A. 453.
Victor Tununensis A. id. 453.
P. Diacon. l. xv. mortis speciem silent.
Isthæc igitur hausi è *Jordano*, p. 743.
Matth. Palmer. Flor. A. 454.
Platin. in Leon. I.
Cuspin. p. 129.
Munster. 4. de Ung.
Jov. Elog. I.
Pantaleon. p. 168.
Wolf. I. 319.
Mausol. R. A. 34.

n *Cedren.* p. 500.
Zonar. A. 3. 147.
Cuspinian. in Alex. p. 216.

o *Plut.* de sanit. tuend. p. 131.

p *Th. Swinger.* 520.

q Ludicra Demosthenis crumenæque salubris *argentaria angina*, de qua *Plut.* in demosth. p. 857. & *Agell.* l. xi. c. 9. ferii mei funestique lemmatis est nulla. *Vinariam* autem *anginam* consultus omisi Manibus ut parcerem *Diogenei Chrysippi*, & *Erasmiani Hermici*.
Videsis *Diog. Laërt.* Lib. 7. p. 209. *Suid.* in χρύσππος.
Erasm. in Adag. tit. *Bibacitas*, ubi historia Scriptori singularis extat, quo Medici rigidius imperent, ægri vero submissius pareant.

r *Plat.* P. 168.
Balæus fol. 119.
Baron. A. 1119.
Spond. id.

s *Plat.* P. 210.
Balæus fol. 201.

t *Laërt.* 4. 101.

v *Appian.* Civ. I. Nec enim *Liv.* xc. nec *Plin.* 7. 36. nec *Flor.* 3. 23. nec *Plut.* in Pomp. nec *Glandorp.* in O. R. tabem illam Lepidi nostri, Triumviri patris, designant.

w *J. Crato*, in Or: fun: de Cæs. suo, 1576.
J. Wolfius 2. 932.

x *J. Schenk.* l. 2. Obs. 4.

6. En Medicis Fernelianis uni & alteri pulmonea rumpitur vomica; & alluvione sua, tetraque mephiti, lampada vitæ confestim exstinguit [y].

7. En Isabellam, Caroli septimi matrem [z]; atque Catharinam de Medicis [a], angore confectas.

8. En pericardii, vel etiam cordis ossea concretio Gaspari Schombergii [b], atque Mariæ Medicææ [c], vitales rotas sufflaminat.

9. En Antigonus Δώσων [d], & Valentinianus primus [e], expectorato sanguine purpuream animam effundunt.

10. En Aristobulum [f], & Epiphanium [g], vomitu cruoris inanimos.

11. En Timagenem [h], atque Condæum [i], cibis eructatis morticinos.

12. En Persius [k], atque Jovianus [l], ventriculi vitio, morteque pallida squalentes. 13. En

y Neuter ipsorum impendeatem sibi vitæ diem supremum præsensit, sed in media sanitatis malacia, turbine quasi suborto, mersus est uterque, intra quadrantem, teste fidissimo *Fernelio*, Pathol. 5. cap. 10.

z *Mezer.* A. 1435.

a *Id.* A. 1589.

b *Thuan.* Hist. 122. *Mezer.* A. 1599.

c *Riolano* teste oculato, in Anthrop. 3. 12.

d *Polyb.* H. 2. *Phylarchus* apud *Plut.* in Agide & Cleom. p. 819.

e Sanguinis illam eruptionem è pulmone me pudet *apoplexin* esse in *Hieronymi Chron.* p. 187. *Oros.* VII. 32. *Cassiodor.* A. 375. p. 669. *Paul. Diac.* l. XII. p. 159. *Hæmoptoën* enim esse patet ex *A. Marcellin.* l. 30. c. 6. *Zozim.* IV. p. 221. *Victor. Epit.* n. 70. *Hieronym.* ipsius sanioribus verbis ad *Heliodor.* T. 1. p. 26. atque *Præsidium* T. 4. p. 118. *Socrat.* 4. 31. *Sozom.* 6. 36. *Theophan.* p. 53. *Cedr.* Epit. 257, *Suid.* in Λείας. p. 32. *Niceph. Call.* XI. 33. p. 176.

f *Jos.* B. J. 1. 3. *Hegesipp*, 1. 8.

g *Etmap.* in Epiph.

h *Suid.* in Τιμαγένης. Videsis & *Horat.* Ep. 1. XIX. v. 15. *Plut.* l. de Amic. & Adul. p. 68. B.

i *J. Serreus*, in Henric. 3.

k *Suet.* in vit. Persii.

l Super *Joviani* morte alii alia causantur. Sed ex *Eutropio*, *A.*

13. En Auguſtum [m], atque Veſpaſianum [n], alvo profuſiori Plutonis ad imperia deportatos.

14. En Cæſares & alios Leonem tertium [o], atque Theophilum [p], torminibus fatiferis excarnificatos.

15. En Julianum, Apoſtatæ Patruum [q], & Anaſtaſium, Pontificem Byzantinum [r], immiſericors MISERERE MEI *Parcis* tradit.

16. En Trajanus [s], atque Magnus Theodoſius [t], muriatica colluvie ſubmerſos.

17. En

Marcell. Vit. juniore, *Hieron. Oroſ. Philoſtorg. Socr. Sozom. Phot. Cedr. Suid. Zonar. Niceph. Call. Platin. Volaterr. Cuſpin. Onuphr.* & *Pantaleone* elicio non unam ſtomachi cruditatem Joviano lethiferam fuiſſe; ſed *Jovianum* famelicum & cœnantem fungis; vino & aliis indulſiſſe, moxque in conclavi obdormiſſe, calce recens illito, & prunis æſtuoſiori, atque ita ſuffocatum noctu. Externorum enim impetum crapula juvit. Deviant ergo, qui huic morti cauſam unicam obtendunt, nec multiplices illas concatenant.

m *Alvinum Auguſti* profluvium lethale *Sueton.* inſinuat, Lib. 2. n. 98. quod ante me *Cuſpin.* atque *Matthias* odorati ſunt p. 9. atque 455.

n *Suet.* 8. n. 24.
Euſeb. A. c. 81.
Eutrop. 7. 20.
A. Victor. Epit. 19.
Oroſ. 7. 6.
Caſſiodor. & *Herm.* Chronic.
Cuſpin. p. 31.

o *Cedren.* p. 377.
Zonar. Ann. 3. 86.
Cuſpin. p. 166.

p *Cedren.* p. 437.
Zonar. Ann. 3. 122.
Cuſpin. p. 192.

q *Philoſtorgius* quidem H. E. VII. n. 10. atque *Sozomen.* H. E. 5. 8. aliud quidpiam narrant, ſed fide ſto *Theodoret.* 3. 13.
Theophan. p. 42.
Nicephor. 10. 29.

r *Zonar.* Annal. III. p. 88. mortis genus reticet; ſed *Theophanes* p. 359.
Paulus Diac. 22. 307.
Anaſtaſ. Hiſt. p. 145.
Cedren. p. 381. conceptis verbis id enunciant.

s *Trajanus δ' ὅλου ὑδρωπίκοσιν, aquam intercutem contraxit*, ob hæmorrhoïdas ſuppreſſas, è *Dion.* l. 68. p. 786.
Xiphilin. p. 241.
Zonar. Ann. 2.
Cuſpin. p. 41.
Iſte porro hydrops *profluvium* il-

17. En fideli Hiſtoriarum Conditor Thuanus [v], & Luxemburgenſis Heroïna [w], pancreatis ſcirrhoſi duro fato ſuccumbunt.

18. En Titus Pomponius Atticus [x], atque Selimus primus [y], Turcarum Cæſar, renibus ulceroſi liquefiunt ad ſeretrum.

19. En Epicurum [z], atque Mercatum [a], urinæ luxuries inundat.

20. En ultimùm, veſicæ calculis funda nulla, balliſta nulla, manu nulla projectis, de capite Vigilii primi [b], ac undecimi Gregorii [c], Pontificalis corona triplex; in gremium commune maternum decutitur.

Quid, triplicem illam Microcoſmi Metropolin ſi deſeram, ut in planitiem illius me diffundam? vaſtatricis Libitinæ monini-

illud *ventris* invexit, quod unice culpant.
Euſeb. A. C. 119.
Eutrop. 8. 5.
Oroſ. 7. 8.
Caſſiodor. Chron. Nusquam igitur inter Dionis *hydropem*, & aliorum *diarrhœam* fluctuare eſt, ſed illis utrisque, veluti pinnis, adnatandum veritati.

t *Socrat.* 5. 26.
Idatii Chron. Ol. CCXCIII. A. C. 394.

v & w Teſte mihi cadaveris utriusque rimatore ſagaci, *Joh. Riol.* Anthrop. l. 2. C. 16.

x *Cornel Nepos*, n. 21. *fiſtulam* aſſerit *putrem extremo tempore per lumbos erupiſſe.* At fiſtuloſum ulcus iſtud purulentos in renes refundo, qui fodicante pure cuniculos tandem extrorſum egerunt.

y *Munſter.* Cosmogr. 4. de Turcis, A. C. 1520.
Jovius, Elog. 5.
Cuſpin. p. 465.
Gutberleth. p. 526.
Chevreau, 5. 3.

z *Cic.* 2. de fin. p. 47.
Laërt. 10. p. 270.
Gaſſend. T. 5 p. 184.

a *Caſtellan.* de Medicor. vitis p. 253.
Mercklin 765.
Freherus 1305.

b *Marcell.* Chron. A. poſt C. Baſilii XIII.
Anaſtaſ. in P. 60.
Platin. in P. 61.
Ciacon. A. 556.
Spondan. A. C. 555.

c *Matth. Palmer. Florent.* A. 1379.
Plat. in P. 208.
Balæus fol. 169.
Ciacon. A. 1378.

nimenta mihi passim occurrent.

En è vestigio Titum [d], atque Tacitum [e] Cæsares, perustos acuta simplici.

2. En gradu facto Paulus Æmilius [f], atque Pius Antoninus [g], febre delira conflagrant.

3. En Pericles [h], atque Camillus [i], pestilente dissolvuntur.

4. Cæsar vero Galerius Maximinus [k], Juliusque Pontifex se-

d *Titi* febrem illam e *Suet.* l. 8. n. 10. & *A. Victor.* juniori, Epit. 22. nactus sum: Senior enim *Aurelius*, c. 10. de Cæsaribus, *balneum* atque *venenum* profert: sed venenum non magis expimit quàm *Suid.* in V. Δομιτιανός.
Id autem *Philostratus*, in Apoll. Tyan. l. 6. c. 14.
Glycas, Ann. 3.
Tzetzes, Chil. 6. n. 43. *leporem marinum* esse pronunciant.
Jam vero etsi *Plut.* l. de sanit. tuend. p. 123.
Titum acceperit *balneo* peremptum, id nihilosecius nec ævi sui *Tranquillum* exagitat; nec ullos elevat Nepotes veneni memores. Quid enim obest hominem insimul *febricitare*, *lavari*, & *venenum haurire?*
Cassius autem l. 66. p. 757.
Cedren. p. 179.
Xiphil. p. 216.
Zonar. Ann. 2.
Titum enuntiant *itineris æstu hæmorrhagicum*, sed à *Domitiano*, specie juvandi, *in arcam nivis conjectum & extinctum.* Absint à nobis tam insidiosa fratrum auxilia!

e *Eutrop.* Edit. Basil. *Taciti* febrem nominatim designat, quam recens Parisinus Codex expunxit, etsi conceptis verbis apud *Victor*; febris eadem extet, in Epit. cap. 51.
Illam porro vulneribus esse subortam elicere est e *Vopisci* Tacito, n. 13.
Euseb. Chr. A. 278.
Oros. l. 7. c. 16.
Cassiodor. Cedren. Zonar. & aliis.

f *Plut.* in Æmil.

g Jul. Capitol. n. 12.

h *Plut.* in Pericle.

i *Liv.* Lib. 7. C. 1.
Plut. in Camill.
Volaterr. p. 321.

k *Lactant* de mortib. persecutor. c. 33.
Euseb. H. E. 8. c. 16. & in Constant. vit. l. 1. c. 57.
Epiphan. de M. & Pond. T. 2. p. 176.
Hieronym. T 6. p. 341. in Zachar. cap. 14. V. 12.
Theophan. p. 12.

Cedren.

ſecundus [l], febre diffluunt colliquante.

5. Sed Numa Pompilius [m], atque Childebertus primus [n] aridiores etiam pumice, lentis ignibus penitùs macerantur.

6. Philippus autem Auguſtus [o], atque Philippus Longus [p], quartana mortifera tabeſcunt.

7. Febre demum vel morbillis vermiculata, vel variolis ſtellionata, geminum ſidus Auriacum ab Eccleſiæ cœlo abruptum eſt [q].

8. En aliunde Regem Aſam [r], & Poëtam Ennium, [s], arthritide, ceu compedibus, atque numellis revinctos, Proſerpina ſibi mancipat.

9. An Cardinalem proferam Fridericum Caſimirum, Régis Poloniæ filium [t], atque Franciſci primi pellicem [v], Venerea lue, ceu horrendo Dei in ſcortatores flagello, cæſos ad mortem?

10. An Reges eloquar Balduinum quartum [w], atque Robertum primum [x], lepra medullitus exeſos?

11.

Cedren. p. 224.
Suid. in Μαξιμῖνος.
Zonar. Ann. 2.
Glyc. An. 3. p. 245.
Niceph. Call. l. 7. c. 20. & 22.
Cuſpin. Onuph. &c.

l *Jovius*, in Pompeio Columna. *Onuphr.* de Jul. 2. *Ciacon.* p. 1372. *Bzovius.* A. c. 1513.

m *Plut.* in Numa, 74. *Zonar.* T. 2. p. 10.

n *Mezer.* A. 558. *Le Sueur.* A. 559.

o *J. de Serres.* A. 1223.

p *Mezer.* A. 1322.

q A. 1650. & 1660. Parentum ſcilicet obitu Celſiſſ. Guilielmi noſtri, qui diviſum habet cum Præp. Ord. imperium.

r II *Chron.* 16. ℣. 12. 13.

s *Q. Ser. Sammonic.* cap. 36. *Euſeb.* Ol. 153.

t Atque ſic majus Venere ſua ſceleſta, quam ulla virtute Cardinalitia, nomen adeptus eſt. A. 1503. e *Ciacon.* atque *Victorello.* p. 1329.

v C'eſt la belle Ferronniére de *Mézeray*, en 1538.

w *Calvis.* A. 1183.

x *Rob. du Cheſne.* A. 1327.

11. An Chironem [y], atque Zoilum [z], exuccos ulcerum tabo, ſepulcri nihiloſecius eſcas?

12. An ſapientem Carolum [a], & octavum Henricum, Angliæ Regem [b], fiſtulæ præcluſæ exundanti colluvione demerſos?

13. An Timonem μισάνθρωπον [c] atque Luciani ψιλοδομάντιον [d], gangræna corroſos?

14.

y *Ariſtot.* Eud. 3. 1.
Apollod. l. 2. 91.
Hygin. 2. de ſtell.
Ovid. Faſt. 5.
- - Met. 11.
Zenob. Cent. 6. paroemia 46.
Julius Pollux l. 4 c. 25. p. 221.
Lucian. in Dial. Men. & Chiron.
Volaterr. Philog. 33. p. 780.
Phavorin. in χείρων.
Natal. Com. 4. 12.
- - - - - - 7. 4
Paſſim denique C. *Celſ. Gal. Oribas. Aët. Æginet. Avic.* &c.

z Homerici *Zoili* mortem *Vitruvius* in proœm lib. 7. atque *Suid.* p. 1131. longe aliam atque aliam enarrant. Hic autem *Bœotorum* fuit *Sacerdos*, quem *Plut.* ulcere ſibi luget ereptum, in Quæſt. Gr. p. 299.

a *Joh. de Serres* atque *Mezer.* in Car. V. A. C. 1380.

b A. C. 1547. Jan. 28 ex Ann. Angl. *Gangrænam* hic *Jovius* profert, non *Elogior.* ſed *Vituperior.* VI. p. 222.
Gratianus autem *intemperantiam* atque *ſaginam.* Illuſtr. Vir. p. 184.
Thuanus vero *virulentum herpes in* crure. Tom. 1. p. 56.

c Illius *hominum oſoris* memoriam non unis duntaxat debeo Poetis *Ariſtophani*, *Callim. Senec. Tzetz.* &c. ſed & *Tull.* de Amic. n. 23. & *Tuſc.* 4. n. 31. *Straboni*, in Antonii Timonio, Geogr. 17 p. 546.
Plin. 7. 17.
Plut. in Alcib. 199.
Laërt. 9. 265.
Pauſan. in Attic.
Lucian. in Miſanthr. p. 121.
Liban. declamat. 1x.
Exitum vero *Timonis* fide dignum, non recordor me alibi legiſſe quam apud *Suid.* in V. Ἀποῤῥῶγας, & in V. Τίμων.
Illo igitur uno verba mea fulciuntur.
Auſonium quippe non moror dum Edyll. 15. ℣. 34.
Timonem nobis occinit,
- - Palladiis olim lapidatum Athenis.

d *Lucian.* ſub Alex. finem, p. 782.

14. An Miltiadem Marathonium [e], atque tertium Cæsarem Fredericum [f], cruris sphacelo corruptos?

15. An Juliam Augustam [g], & Annam Austriacam [h], Cæsarum, Regumque matres, cancro derosas?

16. An Viros demum Consulares Julium Rufum [i], atque Lecanium Bassum [k] carbunculis, ceu prunis; retorridos?

PARS SECUNDA.

Verum, calcatam illam lethi viam relinquamus, & è diverticulo aliquot insolentia pensiculatius attendamus.

1. Loti uxor in statuam salis [l], verius quam vel Aglauros [m], vel Niobe [n], in rupem induruit.

2.

e Is enim apud *Herodot.* I. 6. c. 136. crure sideratо periit, citra propinatam ipsi, ab ullo Sacerdote, maledictionis in adulteras aquam, qua femur deciduum erat, e *Numer.* c. 5. ℣. 27.

f Huic vero, e *Cuspin.* fide p. 412. herpetis exedentis ergo tibiam amputarunt; sed in cassum: mors enim in Imperatoris præcordia clandestino serpsit, A. 1493.

g Exitum Juliæ, Antoniorum matris, *Herodian.* l. 4. c. 13. verbulo tangit, sed illum plene narrat *Dio*, l. 78. p. 885. 886. & 899.

h Apertum mammarum alterum illum Annæ Austriacæ cancrum Gallorum Chironia manus levat nulla. Irrepit igitur immedicabile malum, & Regium istud perinde atque Cæsareum diadema addit Orco. A. 1665.

i *Plin.* 26. 1.

k *Ibid.* 26. 1.

l *Gen.* 19. 26.

m Hæc *Cecropis* est filia ex *Herodot.* l. 8. c. 53.
Apollod. l. 3. p. 193.
Ovid. Met. 11. ℣. 555.
Pausan. l. 1. p. 4.
Hesych. & *Suid. in* Ἀγλαυρος.
Illam autem *Hyginus* Fab. 166. & *Pausan.* in Attic. p. 31. in mare Præcipitem narrant, insania ipsi objecta a Minerva; sed *Ovid.* Met. 11. ℣. 831. saxeam illam nobis decantant.

n *Nioben* verbo tangunt *Mosch.* Edyll. 3. ℣. 82.
Tull. Tusc. quæst. 3. & 3. de Nat. Deor.
Horat 4. Od. 6.
Martial. 5. 53.
S. Empir. l. 2. adv. Math. p. 82.
Athen. l. 6. c. 1.
Libanius fuse in Progymn. à p. 143. ad 147.

2. Herum o, & Onanem p, ignoto mihi ſtimulo mortis Deus ipſe pupugit: ſed in Salmonea q, & in Æſculapium r ful-

Suid. in Νιόβη. Illam vero *Tantali* filiam eſſe docent *Sophocles* in Antigone ♆. 840.
Scholaſt. Anonym. in Hom. Il. Ω. ♆. 602. &
Ovid. Met. 6.
Eandem demum *ſaxeam* fabulantur *Homer.* Il. Ω. ♆. 617.
Callimach. hymn. in Apoll. ♆. 24.
Apollodor. l. 3.
Hygin. Fab. 9.
Ovid. 1. de Pont. El. 2.
- - Epiſt. Her. 19.
- - Met. 6.
Stat. Sylv. 5.
- - Epiced. 3.
Pauſan. l. 1. p. 37.
- - 8. p. 457.
Lucian. in ſomn. in Tragopod. & Philopatr.
Hieronym. in Epitaph. Nepot.
Nonn. Dionyſ. 2. p. 51.
- - 12. p. 331.
- - 14. p. 403.
- - 48. p. 1273.
Tzetzes Chil. 4. n. 141.
- - 6. n. 63.
- - 7. n. 137.
Iſtam porro fabulam explanant *Palæphat.* cap. 9.
Natal. Com. 6. 9.

o p *Gen.* 38. 7. 10.

q Salmoneum *Hom.* Odyſſ. Λ. ♆. 235.
inſontem ironice vocat, quod *Euſtath.* nusquam odoratus eſt: ſed *Schol.* anonymus id acutum olfecit. Videſis etiam *Pind.* Pyth. Od. 4. p. Schmid. 155.
Apollodor. l. 1.
Diodor. 4. 7.
Virg. Æn. 6.
Hygin. Fab. 61. & 250.
Lucian. in Tragop. & in Philopatr.
Nonn. Dionyſ. 28.
Suid. in Σαλμωνεύς.
Tzetz. Chil. 7. Hiſt. 107. & *Polydorum Virg.* l. 2. c. 11.

r Fabulam narrant *Orpheus*, Argon. ♆. 176.
Pindar. Pyth. 3. una cum Schol. Gr. fol. Γ. 11.
Apollodor. l. 3.
Virg. Æn. 6. & 7.
Hygin. c. 49.
Zenob. Cent. 1. Prov. 18.
Lucian. in Deor. Dial. & in Peregrin.
Fabulam rident *Democrit.* apud *Hipp.* in Epiſt. ad Damaget. *Plato*, 3. de Rep.
Tullius, 3. de Nat. Deor.
Diodor. 4. p. 190.
Plin. in Procem. l. 19.
S. Emperic. c. 12. adv. Mathem.
Juſtin. M. Apolog. 2. p. 67.
Athenagor. 33.
Theophil. ad Autolyc. lib. 1.
Minuc. Fel. in Oct. p. 203.

Clem.

fulmen, iracundum jaculatus eſt.

3. Nabal, iræ Davidicæ nuntio, certius concreſcit Marpeſiæ cautis adinſtar [s], quàm vel Atlas [t], vel Polydectes [v], capite Gorgoneo.

4. Arcam Dei nutantem arripit Huzza [w]: ſed ocyori morte peccatum luit, quàm Alcimus [x], Pontifex, dum adyta profanat.

5. Prophetes ad Jeroboamum miſſus, & Iſraëlitarum ὁ δᾶνα [y], pec-

Clem. Alex. in Adm. ad J. p. 18.
Tertull. Apologet. c. 14.
Philoſtrat. in Heroïc. p. 682.
Arnob. adv. Gent. l. 1. p. 12. & 14.
- - 4. p. 84.
- - 7. p. 147.
Lactant. de falſ. Rel. p. 49.
Euſeb. Præp. Ev. l. 3. c. 13. &
- - Lib. 3. de Conſtant. c. 56.
Ambroſ. l. 3. de Virg. p. 85.
Hieronym. in Eſ. Cap. 26. ℣. 14.
Glycas, An. 2.
Volaterr. Philolog. 33. p. 784.
Natal. Comes l. 4. p. 347. & 373.
Michaël Montanus, l. 2. p. 568.

s 1 *Sam.* 25. 37.

t Coeliferum *Atlantem* memorant *Homer. Heſiod. Æſchyl. Euripid. Ariſtot. Apollodor. Tull. Diodor. Virgil. Hygin. Silius Ital. Stat. Juven. Martial. Plut. Gal. Lucian. Clem. Alex. Nonnus. Cedren. Suid. Tzetzes, Polyd. Virg. Volaterr. Phavorin. Rhodig. Natal. Comes. Salmaſ.* atque *Bochartus*; lapideum vero canit *Ovid. Met.* 4. ℣. 660.

v *Pind.* in Pyth. Od. 12. p. 387.
Apoll. Rhod. Argon. 4. una cum Schol. Gr.
Hygin. Fab. 64. una cum *Lact. Plac.* narrat. 3. l. 5.
Ovid. Met. 5.
Strab. l. x. 336.
Pauſ. in Attic.
Nonn. lib. 47. Dionyſ. p. 1235.

w & x *Huzza* quippe conſeſtim ad arcam expirat, 2 *Sam.* 6. 7. *Alcimus* vero veterem adyti parietem diruturus, repente quidem ſideratur *robore* caſſus, ſed protinus non perit. 1 *Macc.* 9. 55. *Joſeph.* A. J. 12. 18. *Euſ.* Ol. 154. *Sulpic.* Hiſt. 2. 35. *Zonar.* An. 1.

y 1 *Reg.* 13. 24.
- - 20. 36.

peccant in mandata Dei, ſed in illos incurſat Leo, & animam ipſis effringit.

6. Jeſabelem, meretricie fucatam atque cincinnatam, de feneſtra Jehu deturbat, & canibus ceſſit in eſcam [z].

7. Joramo [a], biennium torminoſo, viſcera tandem vi tormínum elidúntur; ſic Catullus [b], & Arius [c], eadem ultrice ira Dei, ſua in foricas interanea profundunt.

8. Pherecyden [d], atque Sullam, pediculi [e], Ægyptiacis edaciores [f], redigunt in nihilum.

9. Sic Caſſander [g], Alexandri M: familiæ pro virili de-

le-

z 2 *Reg.* 9. 30. 36.
a 2 *Chronic.* 21. 19.
b *Joſeph.* B. J. 7. 31.
Videſis obiter *Juvenal.* Sat. 4. v. 113.
Plin. Epiſt. 22. lib. 4.
c *Athanaſ.* Or. 1. in Ar. p. 301.
- - Ep. ad Serap.
Nazianz. Or. 21.
- - 27. p. 380. 464.
Ambroſ. 1. de fid. c. 9. T. 2. p. 50.
Epiph. 11. Hær. 68.
- - 79. p. 722. 735.
Socrat. 1. 18.
Sozom. 2. 29.
Theodor. 1. 14.
Theophan. p. 26.
Phot. 207. 1418. 1435.
Cedr. p. 244.
Suid. in Ἄρειανός.
Zonar. A. 3. p. 20.
Glyc. A. 4. p. 252.
Niceph. 8. 51.
Cedin. de Orig. P. p. 22.
Platin. in Iul. 1.
Volaterr. 13. 311.
d *Ariſtot.* Hiſt. Anim. 5. 31.
Ælian. V. H. 4. 27.
- - 5. 2.
Laërt. ſub finem l. 1.
Q. Seren. Sammonic. Cap. 5.
Phot. Bibl. p. 1587.
Suid. in Φερεκύδης.
Volaterr. l. 18.
Salmaſ. in Solin. p. 844.
e *Sullæ* pediculos tacent *Appian.* & *Suid.* Rem vero aliter narrant, *Valer. Max.* 9. 3. & *Dio*, p. 475. ſed phthiriaſin illam ore uno promulgant *Plin.* 8. 43. & 11. 33.
Plut. in Sull. p. 474.
Pauſan. in Attic.
- - Boet.
Q. Seren. c. 5.
A. Victor, Ill. 75.
Phot. p. 1587.
f *Exod.* VIII. 16.
g *Pauſan.* 9. 553.

letor, atque Herodes Infanticida [h], ſuorum vermiculis ulcerum, Chironiis atque Telephiis mordaciorum, toti pariter exeduntur, ſed lentius, quam Herodes alter [i], Jacobi, atque cuſtodum Petri homicida, quem percuſſoris Angeli vermes exanimant die quinta [k].

10. Mendaces Sacrilegi Ananias, atque Sapphira, [l] anathemate Petri, ceu fulmine, concidunt exanimes.

11. Simon magus [m], Dardaniis Artibus, è Capitolio in Aven-

h *Joſeph.* A. I. 17. 8. 10.
Euſeb. H. E. 1. 8.
Photius, p. 967.
Niceph: Call. 1. 15.
i *Act.* 12. 2. 19. 23.
k *Joſeph:* qua fuit cæcitate avita Angelum Domini non videt; ſed ſtygium bubonem ſupra caput Herodis Agrippæ digito monſtrat, Lib. A. J. 19. cap. ult.
Euſeb. H. E. 2. 10.
Photh. p. 975.
Suid. in Ἡρῴδης.
Niceph. Call. 2. 13.
l *Act.* 5. 5. 10.
m Id quidem fabulam olet *Volaterr.* Anthrop. 19.
Lightfootio, in Hor. Hebr. ad ℣. 24. Act. 8.
Hornio, ad Sever. Cap. 41. l. 2. Hiſt. Eccl. p. 122.
Joh. le Suëur, ad A. C. 54.
Rev. denique *Collegæ meo* Frid: Spanh: in eruditiſſ. diſſert. de Petro.
Verum, dum Petri miraculis nihil detractum volui, hiſtorica fide Petrinum illud Simonis ſufflamen admiſi ex *Arnob.* l. 2. adv. G. p. 30.
Cyrill. Hieroſ. Catech. 6. de hæreſib p. 54,
Ambr. Hexaem. 4. 8.
- - Serm. 66. de natali Petri & Pauli.
Epiphan hær. 21. l. 1.
Sulpic. H. S. 2. 41.
Auguſt. T. 6. in hæreſ. catalogo.
- - T. 7. contra Fulgent.
- - T. 10. Serm. 3. de Petro & Paulo.
Iſidor. Peluſ. l. 1. Epiſt. 13.
Hegeſipp. l. 3. de excidio Hieroſ. C. 2.
Cedren. p. 173.
Glyca, An. 3.
Niceph. Call. l. 2.
Plat. in Vit. Petr.
Polyd. Virg. 8. 3.
Wiero, l. 2, de magis infamib. C. 3.
Baron. ad A. C. 44. n. 54.
- - 68. à n. 14. ad n. 21.
Spondano A. C. 68.
Ciacon. atque *Victorell.* T. 1. p. 33.

Aventinum volat; ſed Petri voto præceps ruit, & animam efflat: ſic Theodotus erroris ſpiritui ſeſe committit, & ab eo, ceu diſcus, in altum jactatur [n], ſed relabitur & medius crepat.

12. Herodias ſaltatrix fluvium gelu rigentem pedes trajicit; ſed infida glacie fallente greſſus, mento tenus demergitur; ac dum artus varie concutit, & quaſi tripudiat ecce, fluento truncus abripitur, reſiduo capite, flagitatore ſceleſto, horridis glaciei cruſtis hinc inde confixo [o].

13. Moſaïcam περιτομὴν ſubſannat Apion, ſed ſannæpœnas ſannio luit, pudendis quippe ſubortis ulceribus circumcidi cogitur, atque ſic efferato rodente tabo, magnis cruciatibus animam [p], amittit.

14. Pompilius [11]. Patruos ſuos, ceu Regni ſui vel perfidos, vel

Petavio, in ration. temp. part. 1. l. 5. c. 3. & 5.
Cluverio, in Nerone Claudio.
Ravanel. in Bibl. Sacr. part. 2. in dict. *Simon* n. 9.
Antonio Godeau, Hiſt. Eccl. L. 1. Cap. 28.
Ph. Labbæo, in Epit. Chron. ad A. C. 66.
Coronidis vice ſubnectam id ipſum velle *ſumtas* a Petro de Simone *pœnas*, apud *Euſeb.* H. E. 2. c. 1. p. 40. alias enim nullas ab illo ſufflamine ſuo Petrus de Simone ſumſit.

n En alterum Euſebianum exemplum de volatu Dædaleo & Icario, ex H. E. lib. 5. c. 16. atque *Niceph. Call.* l. 4. c. 23. nusquam enim implicat ab aëris principe mancipia quædam ejus in ſublime rapi, ſicuti v. g. narrant *Juvenal.* Sat. 3. v. 79. de quodam Athenienſi; atque *Lucian.* in Incredulo, de quodam Hyperboreo viro per aëra volitante.
Me talia ruminantem ſumme demulſit *Joh. Wierus*, Lib. III. de Lamiis, Cap. 12. ubi docet quomodo corpora per aërem à diabolo deferri queant.

o *Cedren.* p. 152.
Niceph. c. 1. 20.
Anaſtaſio autem, Hiſt. 15. *Herodiadem vivam* (non aqua ſed) *terra glutit.*

p *Joſeph.* l. 2. contra *Apionem.* p. 1069. Is eſt quem memorant *Senec. Plin. Gell. Iuſtinus M. Tatian. Clem. Alex. Tertull. Euſeb. Heſych. Suid. Niceph. Call. Volaterr. Glandorp. Voſſ. Simſon.* atque *Valeſius.*

vel rudes adminiſtros, enecat pharmaco q: & Epiſcopus Hatto II, ſuas oves nec tondet, nec deglubit; verum præ annona gravi, plurimas illas (ceu mures numeroſos fruges conſumere natos,) horreo concludit & inflammat. Sequitur ultor à tergo Deus; immanior quippe ranis r & locuſtis s Moſaïcis, quæ Pharaoni pepercerunt, murium turba, nec ſceptrum, ſatellite denſo circunvallatum; nec mitram, lituo Pontificali ſtipatam, aut venerantur, aut reformidant; nam objectas undas atque flammas agminatim perrumpunt; & naves atque turres, aſylo caſſas, aſſultim impetunt, & facinoroſa corda depaſcuntur t.

O pectora cæca! Mare licèt in extremum, alis auroræ, volaretis, ultrix tamen dextera Dei vos inibi deprehenderet v.

15. Thomas Arundellus, totius Angliæ Primas, puriſſimum Dei ſermonem vinctum non modò tenet w, ſed & Reformatis minas intonat fulmineas, iſthæcque nominatim fulmina ſua in Ordinis Equeſtris Athletam Chriſti x vehementer animoſum jaculatur: illum enim & ab Eccleſiâ abdicat, & diris devovet. Undè tandem & Antiſtitis illius, & ejus ſequacium malis artibus, piiſſimus ille, ſceleriſque neſcius Eques, impiorum, ſceleratorumque numero habitus eſt, ac publicis y etiam traditus flammis. Sed antequam ardens Chriſto iſthæc anima, igneo, ut ita dicam, curru beatas in ſedes raperetur, ira Dei fulgurantem Protomyſtam illum occu-

q Munſter. 4. de Pol. p. 891. Calvis. A. 823. Gotofred. 1. 414. Orbis Th p. 755.
r Exod. 8. 6.
s Exod. 10. 14.
t Munſter. 3. de German. Pantal. A°. 968. Wolf. p. 274. 805. Calvis. A°. 968. Cluver. p. 449. Matth. in Ott. M. Singulatim vero M. *Frid. Windelin. cap.* 21. *de Nili admirandis*, quo hiſtoriam ita ſolide fulcit ut nusquam nutet.
v *Pſ.* 139. 9.
w 2 *Tim.* 2. 9.
x In Joh. Oldcaſtel.
y Londini in campo *St. Gilles.*

cupavit [z] : ejus enim lingua, anathematis fœta, confertis humoribus ità distenta fuit, ut cibi, spiritusque vias præcluserit [a]. Sic itaque non una fames furentem virum exagitavit, sed & desperatio rabidum abduxit.

16. Johannis de Româ, Fidelium exactoris atque tortoris, argentarias opes expilant domestici; sed, quod acerbius, impium illum, jam exenteratum nummo, exenterant ulcera ipso fœtore olidiora [b].

17. Nonus denique Carolus, vultu Rex, sed animo lupus ovium Christi vorax, binas hebdomadas horridus convellitur; ac vindice Numinis ira, verius quàm Talos, Medeæ vindictâ [c], sanguineis scatebris atque laticibus undique proruptis, dirus ille Christiani cruoris effusor, cruore tandem suo fugiente venis [d], exanguem relinquit exanguibus [e] escam.

PARS

z Anno nimirum 1414. aliis 1413. At D. *Oldcastel* A°. duntaxat 1418. combustus est, sicuti doctus sum à *Martyrologio* nostro fol. 78. & 80 nec-non à *Fr. Godwin*, Edit: 1616. p. 179. *à Simeone Birkbekio*, Edit: 1657. p. 395. & à *R. Backeero*, Edit: 1660. p. 189. in Henric. V.

a L'histoire des Martyrs raporte fol. 80. col. 2. *que sa langue s'enfla si fort, qu'il ne put ni parler, ni rien prendre; de sorte qu'il mourut comme afame, & dans un grand desespoir,*

b *Il fut rèduit à l'Hopital, où il mourut bourellé & en son corps, & en son ame; Et ses ulcères étoient si puans, que personne ne pouvoit s'aprocher de lui.* Vid. Hist. Martyr. fol. 151. A°. 1545. Atque *Thuanum*, A°. 1550. p. 128.

c Hujus Cretæ custodis obiter meminere ———————— *Plato*, in Minoe. *Lucianus*, in Philopseude, *Suid.* Cent. 12. Prov. 63. Sed fabulam plene narrat, — *Apollon. Rhod.* Argon: 4. quæ *Rob. Baillius* ἀνονύμως decerpsit, Chronol. L. 1. p. 67.

d Mezeray, en 1574.

e Lucret. 3. v. 722. *ita sensit de vermiculis.*

PARS TERTIA.

Sed quid iſthæc ſingularia ſector? Evagari quippe conſultius eſt ad extrema fata plurimos ſimul implicantia [f].

2. Sic Nadab & Abihu eadem cœlitùs flamma vorantur [g]; eodémque prælio Hofni [h] atque Phinees occumbunt.

3. Sic Saülis filii tres pugna cadunt eadem [i]; Et Ptolomæus Simonem atque filios ejus ambos convivio eodem ut excipit; ſic iiſdem quoque ſicariis illos confodit [k].

4. Poſt cladem Cannenſem, Deorum placandorum ergò, homines [l] quatuor vivos Romani defodiunt; Galli verò, nubilam Caroli ſexti ſerenaturi frontem, pice atque carbaſo, quò mentiantur Satyros, obducti tripudiant. Jocô Dux Aurelianenſis tædam admovet; ſed illa *ferali* quaterni [m] conflagrant.

5. Joſua Cananæos Reges [1] quinque jugulat, patibuliſque ſuffigit; & Laodice Regina è filiis ſuis ſex, veneno quinque [2] tollit.

6. Joramus fratres ſuos ſex [3] gladio ſubjicit; ſic Aula ruente Comitiorum Friderici Ænobarbi, Comites ſex [4] Illu-

[f] Quæ hic paſſim, in eodem numero junguntur exempla, *parilem exitum* nequaquam important, ſed *parilem numerum unice reſpiciunt.*

[g] Levit. 10. 2.

[h] 1 Sam. 4. 11.

[i] 1 Sam. 31. 2.

[k] 1 Macc. 16. 16.

[l] Liv. 22. 57.
Plut. in Marc.
— Quæſt. Rom.

[m] J. de Serres A°. 1394. *Septem* illos enumerat: *Mezeræus* vero *tres* duntaxat incenſos refert. Litigium compoſiturus ad *Seth. Calvis:* adivi. Is autem ad A. C. 1593. *quatuor nobileis plane crematos* enarrat, quoniam ſcilicet *gypſo* non erant illiti adinſtar Satyrorum *Nonni*, Dionys. 27.

1 Joſ. 10. 26.

2 Juſtin. 37. 1.

3 2 Chron. 21. 4.

4 *Chron.* quidem, in Epit. ſua,

uſtres latrinis, verbo ſit honos, ſubmerguntur.

7. Saülis filios, nepotéſque ſeptem [n], in cruces attollunt Gabaonitæ: at Alcyonei filiæ [o] totidem, Saüle priores ævo, Thetidos in gremium ſpontè ruunt.

10. Decem [1] egreſſos femore Jobi turbine rapit Satanas: ſed ipſe Deus *decem* [2] è Moſaïcis exploratoribus dira clade percutit.

11. Neleo filios *undecim* Hercules tundit [3]; & Aſſueri juſſu Hamanes totidem [p] affigunt patibulo.

12. Ameſtris longævitatem ſpirat, & ſpiranteis viros *duodecim* [q] certiùs Plutoni tradit, quàm hoſtiles animas duodecim Cyclops [r] Halimedes vel uno difflat mugitu terrifico.

13. Rogo eodem Rex Robertus, Manichæis tredecim [s] Gallias repurgat.

14.

præter nobiles, numero vago, fœde ſuffocatos, Comites *quatuor* ſolum enuntiat: Sed *Calvis.* ad A. C. 1184. atque *Matth.* in Frid. 1. *Sex.* illos periiſſe commemorant.

n 2 Sam. 21. 9.

o Fabulam *Cœlius*, L. 14. 11. *Pauſaniæ* adſcribit; ſed *Pauſaniam* hactenus legi abſente Alcyoneo. Ipſum autem offendi apud *Pindarum*, & ejus *Schol.* Gr. in Nem. Od. IV. Apollodor. L. 1. *Claudian.* L. 3. de Proſerpinæ raptu; *Philoſtrat.* in Heroicis. p. 643. *Nonnum*, Dion. 48. & Natal. Com. 1. VII. c. 1. Ejuſdem vero filias, præ mœrore ſui patris ab Hercule tuſi, de Pallenes promontorio præcipites in mare, unis debeo *Suidæ*, in Ἀλκυονίδες; & *Apoſtolio*, Cent. 2. Prov. 51. atque *Phavorin.* fol. 35.

1 Filios nempe ſeptem filiaſque ternas. Job. 1. 2. 18. 19.

2 Duodecim computantur *Num.* 13. 5. &c. ſed Joſuæ atque Calebo Deus pepercit, Numer. 14. 38.

3 Ipſi Neſtore ſolo è 12 ſuperſtite. *Hom.* I. XI. *Ovid.* Met. 12.

p Hamanem ipſum annumero filiorum cadaveribus decem, ex *Eſther.* Cap. 7. 10. & 9. 10. 12. 14.

q *Plut.* de Superſtitione, nam *Herodot.* L. 7. c. 114. Perſas illos Plutoni ſacros, 14 computat.

r *Nonn.* Dion. 28.

s *Mezer.* in Phil. 1.

14. Athenienſes quatuordecim vorat Minotaurus [t]: ſic totidem Viri pugnaces, unà cum Cleomene, medias inter Alexandriæ turbas, libertatis ergò à ſe excitas [v] ſibi fortiter animam exturbant.

15. Inventis belli tormentis Lutetiæ fit experimentum; faxeus intruditur globus; ſed eliſa ſcintilla, globulóque retorto quindecim [w] diſcerpuntur.

18. Xerxes pueros novem [x], totidémque virgines vivas infodit; ſic & octodecim turris [y] Siloïca ſuis conterit ruinis.

20. Jonathan, unà cum Armigero ſuo, Philiſtinos [z] viginti debellat; & Aulici totidem [a] Aquitaniæ Ducis hoſtilem in abyſſum, ramis arborum ac cæſpite vivo ſuperficie tenus complanatam, ceu tot in decipulam aviculæ promiſcui devolvuntur.

24. Regni litigioſi cauſâ, Benjamitæ duodecim; totidémque Davidici Bellatores, ſicas in pectoribus ſibi defigunt invicem [b].

28.

t *Plat.* Phædon. 58.
Apollodor. 3. 206.
Catull. Epigr. 65.
Diod. 4. 183. 193.
Hygin. Fab. 41.
Ovid. Met. 8.
Ep. Heroid. 10.
Plut. in Theſ. 6.
Philoſtrat. Icon. 1.
Eus. A. DCCLXXVI.
Serv. Æn. 3. 276.
——— 6. 413.
Oroſ. 1. 13.
Suid. 1. 921.
Robinſon, A. M. 2763.
Simſon. A. M. 2773.

v Adverſus *Ptolomæum Philopatorem*, Ol. CXL, ex *Polyb.* H. 2, nº. 70.
—— 4. nº. 35.
—— 5. nº. 39.
Plut. Cleom. 822.

w Proximos ſcilicet XIV. & aucupem in campo, *Calvis.* A. C. 1478.

x *Herodot.* VII. 114.

y Luc. XIII. 4.

z 1 *Sam.* 14. 14. ubi numerum ſolidum aſſumo, ſicuti *Judic.* 9. 5.
—— 20. 46.

a L'année de *Mézeray* 1018. en conte 20. ou 30. des plus ſignalez. J'ay choiſy la vintaine.

b 2 Sam. 2. 16.

28. Vibius atque Campani Senatores alii 27. iisdem feralibus poculis sibi vicissim propinant [c]. Sic & alii 28 Senatores, pariter Capuani, Fulviana securi feriuntur [d].

30. Ascalonitas ter denos [e] Samson expellit è vita; sic Athenæ Tyrannos xxx ceu victimas mactant [f].

39. Josephi undequadraginta bellicosi, post excidium Jotapatæ mutuis officiis sese transfodiunt [g].

41. Cælium Pontium; ejusque consanguineos quadraginta, eadem acie cæsos [h] lugeo quidem; at compotores Alexandri totidem, jam olim ante Cælium, medios concrepantes execror [i].

42. Elisæi derisores duos & quadraginta [k] ursæ discindunt; & Rex Jehu totidem filios fratrum Achaziæ funeri tradit [l].

50. & 57. Eliæ voto cœlestis flamma satellites torret quinquaginta [m]; Et Philippi quarti jussû, Parisiis, Templarii [n] LVII. miserabili busto [o] cinefiunt.

60. Athenienses Tyranni [p] Civibus insimul sexaginta jugu-

c *Liv.* 26. 14 quem exscripsit *M.* Montan. l. 2. p. 254.
d *Liv.* 26. 15.
e *Judic.* 14. 19.
f Obvii quidem sunt xxx tyranni ranni apud *Lysiam*, *Isocrat.* *Plat.* *Tull.* *Nepot.* *Diodor.* *Valer.* *Senec.* *Plut.* *Ælian.* *Empiric.* *Laërt.* *Pausan.* *Euseb.* atque *Suid.* Illos vero vel in acie, vel ex insidiis cæsos narrant *Xenoph.* Hellen. 2. p. 281.
Justin. 5. 9. & 10.
Oros. 2. 14.
Aristoph. Scholiastes p. 110.
g *Jos.* Bell. J. 3. 14.
Hegesipp. 3. 15. 18.
h Cœliorum cladem istam *Volaterr.* Anthrop. 14. & *Rob. Steph.* in dict. *Cælius* vulgarunt ad verbum, aliter licet docti sint à *Val. Max.* 5. 6.
Plin. 10. 18.
Frontin. Str. 4 5.
i *Plut.* Alex. 703.
Ælian. V. H. 2 41.
Athen. 10. 10. 437.
k 2 Reg. 2. 24.
l 2 Reg. 10. 14.
2 Chron. 22. 8.
m 2 *Reg.* 1. 10. ubi una cum istis 50 Præfectus ipsorum flammis absorptus est.
n *Mezeræus*, A. 1307.
o On les brusla tout-vifs, & à petit-feu.
p *Diodor.* 14. 397.

gulum feriunt: & Scribæ totidem [q] Alcimi perfidiâ ſepulcro conduntur.

69. Fratres ſuos undeſeptuaginta ambitioni ſuæ devovet Abimelec [r]: Jehu verò, capita filiorum Achabi ſeptuaginta [s] decutit; & Judæos, Chaldæoſque totidem gladio conficit [t] Iſmaël.

80. Siſigambis fratres octoginta, eodem die, deſtruit Artaxerxes [v]? & Presbyteros [w] totidem Valentis Vulcanus atque Neptunus inſimul hauriunt.

85. Saül Immolatores [x] immolat LXXXV; Ochus verò Patruum, & Patrui centum ampliùs filios atque Nepotes jaculis configit [y].

200. Judæos [z] ducentos è ſcaphis in pelagus Jopenſes fundunt, & homines totidem Nicolai quinti [a] Jubileus vel calcat, vel Tyberinis undis extinguit.

251.

q 1 *Macc.* 7. 16.

r Judic. 9. 5. & 56. ubi per Synecdochen LXX. recitantur, licet Jothan illi cædi ſeſe ſubduxerit. Sic, extincto Juda, XII. enuntiantur Apoſtoli, 1 Cor. 15. 5.

s Suo ſcilicet ad Samaritas Reſcripto, 2 *Reg.* 10. 7.

t Jerem. 41. 5. 7.

v Ochus eſt ille, apud Q. *Curt.* Lib. 10. c. 5. no 23, cujus carnes felibus Bagoas objecit; oſſa vero in gladiorum capulos aptavit, ex *Ælian.* V. H. 6. c. 8.
Diodor. 15. & 17.
Valer. 9. 2. n. 7. E.
Plut. Artax.
—— Iſis. & Oſir.
Juſtin. 10. 3.
Sulpic. 2 21. & 24.
Simſon, A. M. 3667. p. 129.

w *Gregor. Nazianz.* Orat. 20. 348.
Socrat. 4. 16.
Sozom 6. 14.
Cedr. p. 255.
Suid. in Οὐάλης.
Zon. An. 3. 26.
Glyc. A. 4. 254.
Hiſt. Martyr. A. C. 371.
Godeau & Le Suëur. A. 370.

x Sacerdotes nimirum 85. in quos ferro, Saülis juſſu, Doeg irruit.
1 *Sam.* 22. 18.
Suid. p. 1153.

y Valer. 9. 2. n. 7. E.

z 2 Macc. 12. 4.

a Platin. in P. 217.
—— *Balæus* fol. 119.
Ciacon. A. 1450.

251. Core, ac Primores Iſraëlitæ quinquaginta ducenti [b], fulmineis Dei flammis deflagrant.

300. Tribunus Davidicus [c] fortem ſuam atque trabalem haſtam trecentos in hoſteis lethaliter contorquet: totidémque [d] Suſis ultioni ſuæ, Judæi mactant.

306. Fabios [e] ſex & trecentos, unius Gentis Patricios omneis, una nox involvit æternum.

307. & 358. Trecentos ſeptem [f] milites Romanos, ſupplicio fœdo, Tarquinienſes mittunt in Orcum; ſed redhoſtiunt Romani, & delectos [g] octo quinquaginta trecentos Tarquinienſes percutiunt ſecuri.

360. & 450. Sexaginta verò trecenti à Davide funduntur Abnero [h]. Sic & quinquaginta quadringentos Pſeudoprophetas ferro delet Elias [i].

500. Suſis autem quingenti [k] Hamanis cultores Judaïco mucrone feriuntur, totidémque, circiter, Nicanori Juda ſternit armis [l].

600. Samgar pedo ſuo Philiſtinos ſexcentos è numero vivorum exturbat [m], & in totidem perniciabilis iræ Cleandri mi-

b *Num.* 16. 35. 26. 10.
c 2 *Sam.* 23. 8.
1 *Chron.* XI. XI.
d *Eſther.* 9. 15.
e *Tullius* obiter l. 9. ad Attic. Ep. 5. Atque *Diodor.* L. XI. p. 269.
Dionyſ. longe plenius, ſed hæſitanter, l. 9. p. 577.
Rotunde vero *Liv.* 2. 49. 50.
Ovid. Faſt. 2. 196. 203. 236.
Valer. 9. XI. n. 4. E.
Senec. Benef. 5. 3.
—— *Epiſt.* 82.
Sil. Ital. 2. 4.
——— 7. 39.
Flor. 1. 12.
—— Epit. l. 2.
Plut. Camill.
Agell. 17. 21.
Euſeb. Ol. 72.
Vict. Illuſtr. 14.
Eutrop. 1. 16.
Oros. 2. 5.
Zonar. A. 2. 25.
Volat. Anthr. 16.
f *Liv.* 7. 15.
g *Liv.* 7. 19.
h 2 *Sam.* 2. 31.
i 1 *Reg.* 18. 22. 40.
k *Eſther.* 9. 6.
l 1 Macc. 7. 32.
m *Judic.* 3. 31.

miniſtros capitalior recidit Magni Macedonis ira [n].

700. Septingentos Pœnos Spendius deartuat, & cruribus ſuffractis, in foveas disjicit [o].

800. Syros Juda Maccabæus octingentos [p] dilacerat; & ſubditos totidem Alexander Judæorum tyrannus, medias inter Bacchi Veneriſque delicias, mediis in Jeroſolymis cruci ſuffigit [q].

1000. Abimelec mille Sichemitas in turri comburit [r]: Palæſtini verò totidem, mediis ſuis in caſtris, contra Jehudam, valida Samſonis dextera cadunt [s].

2000. Tyriorum millia duo, Alexander, ſævitie Magnus, per ingens littoris ſpatium, crucibus affigit [t]; & Judæos totidem, (auri è viſceribus terræ non effodiendi gratia, ſed ex humanis [v] extis refodiendi cauſa) Syrorum aviditas eviſcerat.

3000. In Iſraëlitarum millia ferè tria, aurei vituli crimen Levitæ ferro expiant [w]; & Philiſtinos plures adhuc templi ruinis ſecum obruit Samſon [x].

4000. Philiſtina victoria, Iſraëlitarum millia [y] quatuor peſſundantur; Sic vindictâ Caroli Magni totidem Saxonum capita demetuntur [z].

5000.

n *Curt.* 10. 1. nº. 8.
o Polyb. Hiſt. 1°.
p 1 Macc. 3. 24.
q Horrendum iſtud facinus *Joſephus* luget, B. I. 1. 3.
r *Judic.* 9. 46. 49.
s Iudic. 15. 9. 15.
t *Curt.* IV. 4. n 17.
Juſtin. 17. 3. nº. 18.
Iſtos ergo quos *Diodor.* 17. *p.* 586. ἑξακοσίους memorat, *de crucibus*, non vero *de fune ſuſpenſos* interpretor. Sic à Dario, Babylone recepta, Babyloniorum Procerum millia tria crucibus ſuffixa ab *Herodot.* recitantur. L. 3. Cap. 159.
v Transfugam enim deprehenderant Syri è *fimo ventris aureos colligentem*, rati igitur reliquos & transfugas auro plenos veniſſe *una nocte duorum milium viſcera patefaciunt.*
Jos. B. I. 6. 15.
Hegeſipp. 5. 24.
Zonar. A. 1. 213.
w *Exod.* 32. 27. 28.
x *Jud.* 16. 27. 30.
y Τέσσαρας χιλιάδας ἀνδρῶν *plene* habent Interpretes LXX. citra Gallicam μείωσιν *d'environ* quatre milli hommes, 1 *Sam.* 4. 2.
z Iſthæc capita nuſquam memorant *Cuſpin. Jovius*, *Sigon. Pantal.* &c. Ipſa vero quingentis augent *Reuberi* Annales p. 24.

Seth.

5000. Lysiæ millia quinque Judæi ferro tollunt [a]; & Byzantii totidem in templo pyrius pulvis disperdit. [b].

6000. Afrorum [c] Amilcar, & Pœnorum Minutius [d] millia sex Herculanea machæra decollant.

7000. Arabum verò millia septem exitio gravi sternit Herodes. [e].

8000. Sed Timotheo Iuda [f] Maccabæus octies mille viros eripit occisione; sic Ionathan, ferro ac flamma in Azotum grassatur, totidémque Philistinos Marte ac Vulcano delet [g].

9000. Q. Minutius Ligurum millia novem ense fatifero trajicit [h]; & Nicanoris millibus totidem Judæi gladium in pectus infigunt [i].

10000. Tribus Judæ Cananæorum copias integra vastant myriade [k]; sic Idumæorum millia totidem, è fastigio petræ, dejicit Amazias, & omnes dirumpuntur [l].

11600. Samaritæ sexcenti super undecim millia Cerealis [m] virtute bellica vitam cum sanguine fundunt.

12000. Hajum igni, ferroque ad hominum millia duodecim Josua pervastat [n]: Jerosolymis autem Pompeianus ensis totidem transverberat [o].

13000.

Seth. Calv atque *Joh. le Suëur.* Hanc ego solidam summam accepi ab Anno *Mezereæi* 783.

a 1 *Macc.* 4 34.

b *Calvis* ex Annalib. Turcic. A. C. 1490.

c *Polyb.* 1. n. 76.

d *Liv.* 22. 24.

e *Joſ.* B. J. 1. 14.

f 1 Macc. 5. 34.

g 1 *Macc.* 10. 85.

h *Liv.* 35. 21.

i 2 Macc. 8. 24.

k Iudic. 1. 4.

l 2 *Chron.* 25. 12.

m Ioſ. B. I. 3. 12. Hegesipp. 3. 14.

n Ioſ VIII. 25.

o *Oroſ.* L. 6. c. milia sunt 13. Rem vero tangunt, sed numero nullo, *Tull.* pro Flacc. nº. 28. *Liv.* Epit. 102. *Strab.* 16. p. 524. *Joſ.* A. J. 14. 8. *Tacit.* Hist. 5. 9. *Flor.* 3 5. *Plut.* in Pomp. & in lib. de Superſ-

13000. M. Valerii generoſa Pallade Sabinorum tredecim millia funditùs evertuntur [p]; & Judæi totidem, in medio nemore ſecuri dormientes, à Scythopolitis contrucidantur [q].

14700. Obſtrepentes Moſi & Aaroni cœlitùs exanimantur ſuper millia quatuordecim [r].

15000. Pugna Punica, ad Thraſymenum, quindecim Romanorum millia in acie cæſa ſunt [s]; & Pompeiani totidem Pharſalica protriti [t].

16000.

perſtit.
Appian. B. Syr.
Dio. 36. p. 36.
Euſeb. Ol. 178.
A. Marcell. 14. 8.
Sulpit. 2. 38.
Aug. de C. D. 45.
Herm. Contr. A. M. 3925.
Cedr. p. 148.
Xiphil. in Pomp.
Zon. An. 1. p. 160.
Niceph. Call. 1. 6.
Volat. Numerus itaque meus *Joſephi* eſt, L. 1. de B. I. Cap. 5.
Eutropii, L. 6. C. 14.
Hegeſipp. 1. 17.
Uſſerii, in Imper. Maced. p. 260.

p *Dion.* Hal. 5.
Liv. 2: 16.
Plut. in Poblic.

q Ioſ. B. I. 2. 19.

r *Num.* 16. 41. 42.

s *Polyb.* 3. p. 326.
Cic. 1. de Div. 35.
Nepos in Annib. n°. 4°.
Liv. 22. 7.
Ovid. Faſtor. 6. 765.
Strab. 5. p. 157.
Valer. 1. 6. n°. 6.
Sil. Ital. 5. & 6.
Frontin. Strat. 2. c. 5. n. 24. & 4. C. ult. n. 25. atque 6. n°. 4.
Plut. in Fao. p. 175.
Appian. in An.
Eutrop. 3. 9.
Victor. in An.
Oroſ. 4 14.
Zonar. A. 2. p. 75. Rem delibant *Senec.* 2. de ira C. 5.
Plin. 15. 18.
Flor. 2. 6.
Servius in Æn. XI.

t Hanc Pompeii cladem, vel ſupremam ejus lugere eſt apud *Tull.* L 7. Epiſt. 3. ad M. Marium.
—— Tuſcul. 1. 35.
—— Conſolat. p. 319. Edit. Gruteri.
Diodor. fragm. p. Gr. 797.
Virg. Æn. 6.
Dionys. 8. p. 547.
Liv. Epit. CXI.
Ovid. de Pont. IV. El. 3.
Strab. L. 17. p. 548.
Patercul. 2. n°. 52.
Valer. 1. 5. n°. 6. &c.

16000. Ad ſedécim millium perniciem Samnitibus Appius & Volumnius incumbunt [v].

17000. Et, menſis periodo, millia ſeptemdecim Dioclétianus martyrio coronat [w].

18000. Benjamitico certamine ſecundo Iſraëlitarum octodecim millia mortem occumbunt [x]; ſic & Idumæorum millia totidem gladio Davidico perfodiuntur [y].

20000. Sic rurſum, Davidico milite, Abſalonitarum milliavigínti diſpereunt [z]: Sic etiam Judæorum millia totidem, Paſchali tumultu, Jeroſolymis conculcantur [a].

22000. Benjamitico conflictu primo Iſraëlitarum duo & vi-

Senec. Conſol. ad Marc.
Lucan. fuſe L. VII.
Frontin. 2. 3. n°. 22.
Plin. 7. 25.
Stat. Sylv. 2. 7. 65.
Juven. Sat. 10. 108. 183.
Mart. V. Epigr. 70. 75.
Elor. 4. 2. n°. 47.
Plut. Pomp. 657.
—— Cæſ. 729.
—— Cic. 880.
—— Laconic. 204.
Suet. in Jul. Cap. 35.
Appian. B. C. 2.
Agell. 15.
Dion. Caſſ. 42. 182.
Lactant. L. VI.
Victor. in Pomp. & in Cæs.
Eutrop. L. 6. 21.
Ambros. Epiſt. 31. l. 5.
Jul. Obſeq. Prodig. Cap. 125.
Aug. de C. D. 3. 30.
Caſſiodor. p. 159.
Phot. p. 50. & 1190.
Herm. Contr. p. 174.
Xiphil. in Pomp.
Zonar. A. 2.
Niceph. Greg. 443.
Apoſtol. Cent. 6. n°. 98.
Volaterr. Anthr. 18.
Cuſpin. in Jul. Cæſ.
Sigon. Faſt. p. 297.
Onuph. A°. U. 705.
Pigh. A. eod.
Sed apud iſtos cæſorum in Pharſalicis numerus vel nullus eſt, vel alius ab ipſius *Cæſ.* L. 3. de B. C. *millib. circiter* XV, quæ rotundat *Oros.* L. 6. C. 13. *Millia* quippe XV. rotunde profert.

v Solidæ ſummæ *millium* XVI. trecentos *Liv.* addit, L. 10. C. 31.

w *Theophan.* p. 5. numerum illum tacet, quem accepi ab *Anaſtaſii* atque *Platin.* Pontifice XXX. nec non *à Martyrolog. Rom. p.* 165.

x *Judic.* 20. 25.

y *Sam.* 8. 13.
1 Chron. 18. 12.

z 2 *Sam.* 18. 7.

a Joſ. A. I. 20. 4.

Zonar.

viginti millia vivis eripiuntur [b]; & totidem Syros Davidica discutit Martia virtus [c].

24000. Adulterum & Idololatram Israëlem ad viginti quatuor millia Deus exterminat [d].

25000. Acies autem Israëlitica tertia quinque viginti millibus Benjamitarum vitam adimit [e].

27000. Syrorum verò millia viginti septem sui receptaculi ruinis obteruntur [f].

30000. Israëlitarum peditum triginta millia Philistini gladio transfigunt [g]; & Sardos totidem T. Manlius Prætor è rerum natura tollit [h].

35000. Nicanori verò, quinque & triginta millia Maccabæi morte prosternunt [i]; sic triginta septem Pœnorum millia L. Martius armipotens dilaniat [k].

40000. Scipionis ductu hostium quadraginta millia cæsa, aut flammis hausta [l]; & totidem Gallorum millibus decimi seculi sacer ignis exitium intulit [m].

42000. Iephte duobus quadraginta millibus Ephraïmitarum jugula resolvit [n].

500070. In Arcam introspiciunt super quinque myriadas [o]; sed ἀσρόβλητοις ocyores corruunt; sic etiam in Iudæorum millia plus quàm quinquaginta, Babylone Seleuciam profugorum, Græci atque Syri, *hostiliter aliàs discordes*, perfidia con-

Zonar. An. 1. 204.

b *Judic.* 20. 21.

c 2 *Sam.* 8. 5.

d *Num.* 25. 9. 1 *Cor* 10. 8.

e *Judic.* 20. 46. ubi, ellipseos gratia, *centum* reticentur versiculi 35.

f 1 *Reg.* 20. 30.

g 1 *Sam.* 4. 10.

h *Liv.* 23. 40.

i 2 Macc. 15. 27.

k *Liv.* 25. 39.

l Africani scilicet apud Liv. 30. 6.

m *L'on* nom moit ce *Feu Sacrê*, le mal des Ardens; *Il emporta plus de* 40000 *personnes, en peu de jours, sous Hugues Capet.* Mézeray en 994.

n Iudic. 12. 6.

o *Septuaginta* quippe supra *quinquagesies mille percussi sunt.* 1 *Sam.* 6. 19.

concordi lethaliter irruunt p.

60000 L. Lucullus Pontum devaſtat ſex hominum myriadibus q.

70000. Dira lues, Regii faſtus ergò, Davidicas oves ad ſeptem myriadas depopulatur r; & oves totidem Chriſti Carolina rabie voratas ipſæ Furiæ horrent s.

75000. Iudæi, florente Mardochæo, ſeptuaginta quinque oſorum milia ſuæ immolant vindicationi t.

80000. Maniaca ferocitas Epimanis Antiochi Iudæam ſanguine polluit millium octoginta v; Sic Romanorum Civium parili ſtrage Aſiam univerſam cruentat Mithridates w.

90000. Thebas expugnant Macedones, & millium nonaginta cruorem effundunt x.

100000.

p *Joſ.* A. I. 18. 12.

q Imo *Liv.* Epit. 97. *cæſa hoſtium amplius quam ſexaginta millia* narrat.

r 2 *Sam.* 24. 15.

s *Paucis* enim *diebus Septuaginta millia, & quidem plures, trucidati ſunt*, ex Epiſt. *Caroli* IX. *ad Gregor.* XIII. A°. 1572. apud *Anton. Cicarell. p.* 443. *Horatius Turſelinus* vel *in una* Civitate Lutetia LX. *millia cæſa* tradit. *Hiſt. Epit.* L. X. C. 8. n°. 47. *Joh.* vero *Wolfius*, Lect. memorabil. T. 2. p. 967. *multo plures numerat quam centena millia Pariſiis & per totam Galliam mactata.*

t Eſther. 9. 4. 16.

v 2 *Macc.* 5. 14. Vide numerum enormen apud *Suid.* in Ἀντίοχος & in V. Βδέλυγμα ἐρημώσεως.

w Hic numerus eſt *Valer.* l. 9. c. 2. n°. 3. in Ext. atque *Photii* p. 730. Variat enim, vel ſiletur apud *Liv.* Epit. 78. *Vell.* L. 2. C. 18. *Flor.* 3. 5. n°. 7. *Plut.* in Sull. *Appian.* in Mithr. *Dion.* fragm. p. 4. *Victor.* Ill. 76. *Eutrop.* 5. 5. *Aug.* de C. D. 22. *Oroſ.* 6. 2. *Suid.* in Ἀυθέντης. Illam porro lanienam *Sigonius* atque *Pighius* in A. U. C. DCLXV. merito rejiciunt. Maniliana quippe *Tullii* n. 3. ſtragem illam ab annis XXIII. inultam luget. Manilianam autem *Cicero* dixit A. U. 687. è *Gruteri* Tom. III. in Tullianis annis.

x *Ælian.* V. H. 13. 7. ubi obiter notare eſt liberos Civeis ab Alex. venditos eſſe *Sacerdotibus exceptis*

100000. Iſraël's gladio Syrorum transfiguntur myriades decem [y], & Tigranis totidem peditibus fulmineum enſem in pectora Lucullus adigit [z].

110000. Macedones, Iſſico prælio, Perſarum myriadas undecim concidunt [a].

120000. Madianitarum myriadas duodecim Gedeon falcat [b]; & Achazo Regi totidem myriadas Iſraëlitæ demetunt [c].

170000. *Tigranis* ævo Syria ſuis convulſa columnis, ſeptemdecim hominum myriadibus orbatur [d].

185000. Et Aſſyria Caſtra centum octoginta quinque cadaverum millibus, Angelica cæde nocturna, conſternuntur [e].

200000. Tomyris Perſarum myriadas viginti, cum ipſo Cyro trucidat [f]; rurſumque Perſis totidem [g] pugna Maratho-

exceptis. Illorum igitur *ingenuitati* perinde pepercit ac illorum *bonis* pepercere Pharao & Artaxerxes.
Gen. 47. 22.
Eſdr. 7. 24.
Videſis *Diod. Sic.* 17. p. 569. atque *Tzetz.* Chil. 7. nº. 139.

y 1 *Reg.* 20. 29.

z *Plut.* Lucull. p. 511.

a Imo ſuper myriadas XI *Plut.* habet in Alex. p. 675. ubi Latina ſeries prorſus eſt vitioſa. Videſis *Tull.* L. v. Ep. 20. ad Attic.
Diodor. L. 17. 581.
Curt. 3. XI. n. 27.
Arrian. 2. de E. Alex.
Juſtin. XI. 9. n. 10.
Oros. 3, 15.
Zonar. 1. p. 93. 133.

b *Judic.* 8. 10.

c 2. *Chron.* 28. 6.

d *Juſtin.* 40. 2.

e 2 Reg. 19. 35.

f *Juſtin.* 1, 8. n. 2.

g Prælio vel naufragio peremptos nec *Platonis* Menexenus, p. 240. nec *Plut. Ariſtides*, p. 321. nec *Clem. Alex.* Strom. p. 348. nec *Nonn.* Dionys. 27. p. 480. 305; nec *Photii Bibl.* p. 1107. nec *Suid.* vel in V. Ἀριστείδης, vel in V. Διξιφίσω, vel in V. Μαραθών, vel in V. Μιλτιάδης, nec Tzetzes, Chil. 1. n. 32. *definiunt.*
Juſtin. igitur ſequor, L. 2. c. 9. n. 20. & *Oros.* 2. 8. Atque ſic incedo medius inter *Herodot.* qui L. 6, c. 107. myriadas noſtras decurtat; & *Valer.* L. 5. c. 3. n. 3. in Ext. atque *Pauſan.* in Meſſen. p. 263. qui numerum occiſorum extendunt.

thonia reliquum ſpiritum exhaurit [h].

220000. Judæi ad Cyrenem, Romanorum inſimul, atque Græcorum, duas & viginti myriadas tormentis vel exquiſitioribus uſque ad necem excruciant [i]: & eædem cruore nondum exſatiatæ tigres Cypriorum myriadas viginti quatuor ſanguine privant [k].

250000. E Pharaonis viris, in Iſraëlem flammantibus, viginti quinque [l] myriades refluis fluctibus Erythræis extinguuntur.

260000. Mardonio, pugna ad Platæas, myriadas ſex & viginti ferro corrumpunt Pauſanias & Ariſtides [m].

300000. Hungarorum myriadas triginta Solimanni II. furor internecione delet [n].

360000.

h *Miltiade* duce, qui paulo poſt victoriam in vinculis publicis mortem obiit, ſicuti paſſim legere apud *Plat.* in Axioch. p. 368.
Nepot. in Milciad.
Valer. 5. 3. n. 3.
Plut. in Cim. 480.
Iuſtin. 2. 15.
Agell. 17. 21.
Paus. in Att. p. 61.

i *Dio* L. 68. ſub fin.
Euſeb. H. E. 4. 2.
Oros. 7. 8.
Xiphilin. p. 241.
Niceph. 3. 22.
Volaterr. A. p. 911.

k *Dio ibid.* A. C. CXIV.

l Codices Sacri numerum illum ſilent, ſed *Ioſeph.* A. J. 2. 6. Pharaoni tribuit equitum L. millia: ſcutatorum verò peditum CC. millia. Sunt igitur myriades XXV. At rubri maris undæ, in ſeſe refluæ, tot illos & tantos tàm altè demerſerunt, ut *nemo nuncius ſeſe fletibus illis eripuerit*, non modò è *Ioſephi* fide, L. 2. c. 7. Sed ex ipſius *Exod.* Cap. 14 28.

m Ferunt enim è CCC millibus, cum Artabazo XL. millia fugam cepiſſe, reliquis cæſis. Cæſæ ſunt igitur *myriades ſex & viginti*.
Plut. in Ariſtid. 330. Vid. *Herod.* 9. 30.
Diodor. XI. p. 258.
Strab. 9. p. 284.
Iuſtin. 2. 14.
Paus. Attic. p. 23.
----- Lacon. 185.
----- Arcad. 538.
----- Bœot. 545.
Phot. p. 118.

n A°. nempe 1526. ubi *Solim.* II. Regi Ludov. II. bellatorum 24000 cecidit. *Munſter.* L. 4. p. 969.

Tunc

360000. Et Martelli Caroli malleô Saracenorum myriades triginta ſex conteruntur o.

400000. Helvetiorum autem myriadas p quadraginta bellum Cæſareum attrivit.

500000. Iſraëlitarum verò quinquaginta q myriadas oppreſſit Abija.

1000000. Ac Æthiopum myriadas centum proculcavit r Aſa.

1100000. Sic Jeroſolymas oppugnante & diripiente Tito, hominum decem & centum myriadas Libitina hauſit s.

1500000. Quid demùm, vel vetuſtioris ævi memoriam ſi replicem? vel noviſſimi ſeculi ſtrages infandas ſi renovem! Hominum illinc quinquaginta t centum myriadas Trojanæ Proſerpinæ prædam lugebo; hinc verò, Anti-Chriſti rabie, totidem extinctas Reformatorum myriadas collacrymabor v.

PARS

Tunc enim victricibus armis ſtragem illam edidit enormem *Mezer.* in Fr. 1.
Vid. *Iovii* Hiſt. 23.
Calvis. A. 1526.
Cluver. p. 544.
Chevreau. v. 3.

o *In eo prælio, ſcribunt Hiſtorici, ad CCCLX millia Saracenorum cecidiſſe.*
Verba ſunt *Platin.* in Gregor. 2. p. 102. Alii quippe numerum illum inſigniter decurtant.

p *Strab.* 4. 133.

q 11. Chron. 13. 17.

r *Proculcatos* enuncio, me quippe fugit quot reapſe conciſi ſint è *decies* illis *centies millibus* 2. *Chron.* 14. 9. A. M. 3063. *Robinſon.* p. 652

s *Ioſ.* B. I. 7. 17. Hunc vel exſcribunt, vel interpolant.
Eus. Ol. CCXII.
— Hiſt. Eccl. 3. 7.
Sulpit. 2. 44.
Oros. 7. 6.
Hegeſipp. 5. 49. & in Anacephal.
Zonar. An. 1. 218.
Niceph. Call. 3. 7.
Plat. in Pontif. 3.
Valaterr. p. 911.
Godeau H. E. 1. 38.

t Numerus iſte, fateor ingenuus, nec apud *Dictym Cretens:* nec apud *Daretem Phrygium* extat, ſed apud *Calvis.* ad A. M. 2767.

v Pariter certè numerum illum ex ipſis fontibus non hauſi, Sed è *Chriſt. Matth.* in Carolo v. p. 1074.

PARS QUARTA.

Sed quid ego Pythagoreus nusquam, numeris astringor? Adlubescit igitur ad aliquot exempla numeri nescia deviare, móxque modulis Musicis vestras aureis, voce mea luctisona tessas permulcere.

Quid cladis primævi nostri contraxerint Majores antequam abyssi magnæ sese diffinderent fontes, & cœli cataractæ recluderentur[w], quò spirans corruptum omne pectus expiraret[x], me procul fugit.

1. Sed benè conscius sum *sulphure* & *igni* [y] *pluisse* ad internecionem Sodomi, atque Gomorrhæ.

2. Sic eadem mens mea benè conscia est, ante Sodomam incensam suos Abrahamum armasse Vernas, illòque vel uno manipulo quaternos Toparchas, Regum quinque manubiis opimos, atque Loti raptores, concidisse [z].

3. Sic profectò Simeon atque Levi stupratam sororem Dinam vindicant, & Sichemitas feriunt, atque depeculantur [a].

4. Sic *Jobi* [b] pecuarios & Sabæorum gladius, & ignis Dei, & Chaldæus ensis, ad exitum adducit.

5. Sic obduratos Ægyptios ignifera [c] perimit grando, bifariam miraculosa.

6. Sic rursum masculam Israëlis prolem, Niliacis objectam undis [d], in Ægyptios Πρωτοτόκους ulciscitur [e] Exterminator.

7.

w Gen. 7. 11.
x Gen. 6. 12. 13. 17.
y Gen. 19. 24.
z Gen. 14. 15.
a Gen. 34. 25.
b Iob. 1. 15. 16. 17.
c Exod. 9. 24.
d Exod. 9. 24.
e Exod. 1. 22.

7. Sic Moſis extrema [f] caſtra, querimoniis impia, ipſe conſumit, qui conſumens ignis eſt [g].

8. Sic in Iſraëlem avidum, & coturnicibus ingurgitatum [h], vindex idem exardeſcens, mortem, gulæ pœnam, ipſis irrogat.

9. Sic eoſdem, in Deum perduelles, Amalekitarum, Cananæorumque gladio [i] ſubmittit ipſe Jehova.

10. Dathan & Abiram in Moſem inſurgunt, ſed vaſto telluris hiatu, una cum ſuis conſortibus, hauriuntur [k].

11. Iſraël Cananæorum pectora, ceu victoriarum primitias, morti devovent, & devotos efficiunt [l].

12. Cœleſtis cibi ſatias Iſraëlem tenet, carniſque lugent Ægyptias ollas, ſed dipſadibus inareſcunt [m].

13. Amorrhæos Reges fœderatos quinque fundit non modo (Gabaonitarum propugnator) Joſuæ gladius, ſed & ſaxea conterit grando [n].

14. Danitæ Laïtarum animas igni, ferroque nigra ſub tartara mittunt [o].

15. Zelotypia furibundæ Lemniades inſulam univerſam immani cæde ſua viris orbant, quod Thracias armis ſubactas ſub-

f *Num.* XI. 1.
g *Heb.* 12. 19.
h *Num.* XI. 33. *Pſ.* 78. 31.
i *Num.* 14. 45.
k *Num.* 16. 32.
l *Num.* 21. 3.
m *Num.* 21. 6. Dipſadas autem *Dioſcorides*, *Ælian. Gal.* & *Aët.* πρηστῆρας καὶ καύσωνας meritò nuncupant; æſtuoſæ ſunt enim atque *ſiticuloſæ*, teſtibus *Nicand.* in theriac. *Ovid.* Amor. I. Eleg. 8. *Lucan.* Lib. IX. ubi memorabile proſtat exemplum. v. 738. *Lucian.* de dipſadib. ubi alterum ferale profertur exemplum; cum Epigr. pereleganti. *Gregor. Nazianzen.* in Jambic. p. 239. *Suid.* in V. Διψάς. *Volaterr. Phyſ. p.* 599. *Rhodigin.* 25. 33. *Dauſq.* in Sil. Ital. 125. *Geſner.* Serp. V. *Aldrovand.* Serp. I. *Salmaſ.* in Sol. 341. *Boch.* Hieroz. T. 2. p. 397, 398.
n *Joſ.* 10. 10. 11.
o *Judic.* 18. 27.

ſubigerent & veretro p. Parili rabie Siculi ferociunt in Gallos, & illorum ſanguinem, in angulis inſulæ ſuæ ternis, veſpertina ſtrage penitus extinguunt q.

16. Centauri Hymenæos inter Pirithoi cum Deidamia petulantius laſciviunt; ſed fatali Lapitharum ferro Venereum illud œſtrum refringitur r: ſic procaces in procos ſuæ Penelo-

p Lemnios quidem ab uxoribus hircoſis averſos, *Antigon: Caryſt:* enarrat Hiſt. mirab. Cap: 130. Sed fæmineam rabiem ſilet, quam infamant
Orpb: Argon: 471.
Herodot. L. 6. c. 138.
Eurip. Hecub. 887.
Apollon. Rhod: Argon. 1. 609.
Apollodor. L. 1. 43.
Hygin: Cap. 15.
Ovid: in Ibin. 396.
— *Met.* 13. 400.
— Heroïd: Ep. 6.
Senec. in Agam.
Act. 3. v. 556.
Stat. Theb. 5. ubi jucundè prorſus univerſum illud Zelotypæ Veneris arcanum referat, ſicut *Valer. Flacc.* Argon: 2.
Diogenian: Cent. 6.
Euſt: Chron: 11. p. 88. ad quem *Scaliger* p: 46. & *Calvis.* A. M. 2719.
Q. Smyrn. L. 9. 337.
Heſych: & *Suid.* in Λημνίαι γυναῖκες.
Apoſtolius Cent. XI.
Prov: 96.
Volaterran: L. 9. & 33. p. 216. 791.
Natal. Comes, 4. 13.
Robinſon, A. M. 2758.
Simſon, A. M. 2743.
Quibus adnumero Scholiaſtas in *Hom:*
Iliad. H. 469.
In *Pindar.* Pyth. Δ. fol. verſo E. 5.
--- in *Apollon.*
Rhod: Argon. 1. è fide *Myrtili*, Hiſtorici Lesbii.

q *Henric:* quidem *Gutbberl:* atque *Mezer.* ad A. C. 1282. mactatorum *octo millia* computant; ſed *Platin.* in Mart. IV.
Munſter. 11. de Ital.
Balæus in Nic. III.
Paſchas: L. 8.
Pezelius p. 617.
Calvis. A. 1282.
Cluver. in Michaële Palæologo.
Petav. R. T. IX. 2.
Gotofredus, in Pontif. 190.
Serreus, in Reg. 45. cæſorum numero carent, & hos amplector, juxta propoſitum meum in ipſo limine partis IV. hujus Orat. pag. 248.

r Strictim de Centauris, vel Lapithis, *Pindar. Ariſtoph:* *Xenoph:* *Plato*, *Plaut. Apollodor. Lucret:* *Tull. Propert. Strabo*, *Seneca*, *Lucan. Plin. Flacc. Juven:* *Ælian:*

lopes vindictæ ſagittas Ulyſſes emittit [s].

17. Abimelec Sichemitas internecat, illorumque civitatem, ſolo æquatam, ſterili ſale, ac execrando conſpergit [t].

18. Saülis agmina tria; ingentem Ammonitis, ab aurora in æſtum diei, cladem afferunt [v]: ſic idem *Saül* civitatem Nobum tanta internecione delet, ut vel ungulam non relinquat [w].

19. Jonathanis Bellona lymphaticus pavor Philiſtinos invadit [x], & Caſtris univerſis, ceu Madianitæ buccinis, facibusque perculſi Gedeonis [y], pernicialem gladium alii in alios obvertunt

20. Davidica injurioſos in Ammonitas vindicta, ſerras, muriceſque ferreos, & ſecures, atque fornaces adhibet [z].

21. Benhadabi copias Regeſque fœderatos XXXII crapula merſos occupat Achab, & ſanguine mergit [a]; ſic protecto [s] cythas, Bacchi madore graveis; Cyrus armis gravat [b]; & Hiſtros, vino pariter ſaucios, Appius Pulcher ferro ſauciat [c].

22. Joſaphati jejunio, atque precibus timorem Deus ita deli-

Ælian: Diogenian. Apuleius, Juſtin: Martyr, Tatian. Lucian: Gaten: Pauſan. Clem: Alex. Athen. Euſeb: Libanius, Nazianzen: Servius, Auguſt. Heſych: Nonn: Suid. Euſtath: Phavorin: & alii: ſingulatim verò Lapithas de Centauris victores enarrant ---
Hom: Od: Φ. 295.
Heſiod: Herc: Scut: 178.
Orph: Argon: 413.
Palæphat: 1. 13.
Diodor. 4. 189.
Georgic. 2: 456.
Horat. C. 1. Od. 18.
Hygin. 33. p. 80.
Metam. 12. 210.
Plut. Thes. p. 14.
Tzetzes Chil. 7.
Apoſtol. C. 11. Pr 33.
Volaterr. 33. 787.
N. *Comes*, 7. 4.
Robinſon, A°. 2767.
Simſon, A°. 2760.

s Odyſſ. XXIII. 57.
--- XXIV. 177.
Plut: Q: Gr. 294.

t *Judic.* 9. 45.
v 1. *Sam.* XI. XI.
w 1. *Sam.* 22. 19.
x 1. *Sam.* 14. 19.
y *Judic:* 7. 22.
z 2. *Sam.* 12. 31.
a 1 *Reg.* 20. 16. 21.
Herodot. 1. III.
b *Juſtin.* 1. 8.
Oroſ: 2. 7.
c *Livius* quidem Lib. XLI. Cap.

lirum Moabitis incuſſit, ut vulneribus mutuis ſeſe confoderint[d]: ſic Brenni miles contra Græcos pugnax, metu Panico turbatur & propriis armis ſeſe conficit [e].

23. Jehu omnes necat tam Achabi neceſſarios atque conjunctos, quam Baalis Sacerdotes [f].

24. Impia gentis occæcatæ pietas & *ſacrilegium* verius quam *ſacrum*, Diis ſuis atque Deabus ſtercoreis homines ipſos per Iſraëlem & per Afros Saturno; per Perſas Soli; per Albanos Lunæ; per Spartanos Marti; per Druidas Mercurio; per Laodiceos Jovi; & Egeriæ demum per Latinos, atque Dianæ per Scythas ſacrificat [g].

25.

IV. *cæſorum octo millia* refert; ſed *Flor.* Lib. II. Cap. X. mero titubantes illos, & ferro cadentes, nuſquam enumerat. Clades autem hic confector numeri neſcias. *Livium* itaque hîc prætermiſi, & *Floro* adhæſi.

d 2. *Chron.* 20. 23.

e Mei quidem Brenni junioris, in Græciam irrumpentis, Sacrilegi & ἀνοφόνε meminerunt *Callimachus* hym. in Delum, & ejus Scholiaſtes v. 175. *Polyb:* 4. & 9. *Tull:* Divin: 1. n. 37. *Propert:* 3. El: 12. *Strab.* 4. p. 130. *Valer.* 1. n. 18. *Flor.* 2. XI. *Plut.* Parall. p. 309. *Juſtin.* 24. 6, 7, 8. *Athen.* 6. 5. *Suid.* in Γαλάται. *Apoſtol.* IX. prov. 15. *Rhodigin.* 8, 13. *Pantaleon.* A. M. 3686. Sed militum *Brenni* Panicum terrorem, vulneraque mutua, unus *Pauſanias* mihi detexit, *Phocicor:* pag. 654. quem fuſè exſcripſit *Simſon.* A. U. 475. Ol. 125.

f 2. *Reg.* 10. 11. 25.

g Id lemmatis multiplicis non unis duntaxat debeo ſubleſtæ fidei Scriptoribus *Homer:* Il. Υ. n. 175. *Eurip:* Iphig: 91. 337. 366. *Plaut.* Amph: Act. 4. Sc. 2. in Supp: *Lucret:* I. 86. *Virg:* Georg. 3. ---- Æn: 2. 3. 7. 9. *Horat.* Carm. 3. Od. 4. *Hygin.* 31. 56. 120. 261. *Ovid.* 1. de A. amandi. --- 3. de Pont. El. 2. --- 4. Triſt: El. 4. --- 13. Met: 452. *Propert:* 3. El. 6. *Lucan:* Pharſal. I. 443.

Pe-

25. Impias autem Aſſyriorum Samariæ colonias Deus ipſe leo-

Petron. Satyr: 511.
Sil: Ital. 4. 767.
Flacc: Argon: 2. 301.
Stat: Theb: 12. 155.
Iuven: Sat: 12. 15.
Auſon. Idyll: 12.
Nonn. Dionyſ. 13.
Q. *Smyrn:* 14. 257.
Id ipſum enim inſuper aſcribo,
Herodot: L. 1. c. 216.
------ 4. c. 62.
------ 7. c. 19.
Iſocr. Buſir: p. 228.
Plat: de Lege. p. 315.
Apollod. 2. p. 104.
Cic. Tuſc. Q. 1.
--- Orat: pro Front:
Cæſar. B. G. 6.
Diodor. 1. p. 55.
--- 2. p. 96.
--- 4. p. 163.
--- 5. p. 214.
--- 20. p. 739.
Liv: 7. 15.
--- 22. 57.
Dionyſ. H. 1. 19. 30.
Strabon. 3. 106.
------ 4. 136.
------ 5. 165.
P. Melæ. 2. 1.
------ 3. 2.
Q. *Curt.* 4. 3.
Plin. L. 7. 2.
------ 8. 22.
------ 30. 1.
------ 36. 5.
Ioſ: A. J. 9. 12.
Tacit: An: 14. 30.
--- de M. Germ: 9.
Flor. 1. 16.
------ 3. 4.
Suet. Claud. n. 25.
Zenod: Cent. 5. Pr. 85.
Plut: in Thes. p. 6.
--- Them: p. 118.
--- Pelop: p. 288.
--- Marcell. p. 299.
--- De Superſt. p. 171.
--- In Apoph: p. 175.
------ Quæſt: R. 283.
--- In Parall. 310. 314.
--- De vind: ſera p. 552.
S. *Empir.* P. H. 3. 24.
Iuſtin. 18. 6.
Agell. 2. 6.
Juſtin: M. p. 50. 441. 455. 477.
Tatian: p. 143. 165.
Theophil. p. 119.
Clem. Alex. p. 27. 497.
Tertull. p. 10. 70. 624.
Athen. 4. 21.
Minuc: Oct: p. 293.
Solin. C. 21.
Dion. Caſſ. p. 912.
Arnob. p. 54.
Lamprid: in C: n. 9.
--- Heliog: n. 8.
Lactant; 1. de F. Rel.
Eus: H. E. 7. 10.
--- Præp. E. 1. ult.
------ 4. 15. 16.
--- Orat. pro C. 646. 655.
Athan: T. 1. p. 26.
--- 2. p. 8.
Libanii Declam. 43.

leonibus in eſcam objecit [h].

26. Et Manaſſes laniena ſua totas Jeroſolymas luctu atque funeribus complevit [i].

27. Tullus Hoſtilius pietatis inſolens, & ad bella factus, Patria negligit Sacra; ſed irati Dei flammis ultricibus, una cum

A. Marcell. 22. 8.
------ 27. 4.
Nazianz. T. 1. p. 77. 87. 91. & T. 11. 145.
Heliodor. Æ. p. 476. 482.
Serv. Æn. 3. 279.
Macrob Sat. 1. 7.
Chryſoſt: T. 5. 1025.
Hieronym. T. 2. p. 48.
Auguſtin: de C. D. 7. 19. 26.
Oros: 4. 6. 12 20.
--- In Præf: L. 5.
Socr. 3. 2. 13.
Theod. 3. 26. 27.
Heſych. in Σ, γέλως.
Boët: 2. Pros. 6.
Procop. I. B. P. c: 19.
Phot: p. 1446.
Cedren. p. 248. 254.
Suid: in Γέδας.
------ Λυπῆρῳ.
------ Παρθένοι.
------ Σαρδάνιος γέλως.
--- Collect: à *Scotto*: *Cent:* 12. Pro. 63.
Zonar. A. 2. p. 192.
Euſtath: in Il: Φ. 1405.
Niceph. C. 6. 10.
Apoſtol: Cent. 17. Pr. 28.
Alex. ab A. 6. 26.
Polydor. Virg. 5. 8.
Volaterr: p. 329.
Rhodig: 13. 23.
Phavorin: fol: 466.
L. Vivi in C. Dei. 663.
Calvin. in Pſ. 106.
--- Inſtit: 4. 13.
St: *Paſchas:* 1. 1. p. 4.
Natal: Com. 1. 18.
Barcl. Argon. 1. 9.
Iac: Cappel: p. 448.
H. Robinſon p. 519.
---------- 531
Ioh: Cluver. Epit. 9. 109. 126.
I: Lud: Gotofred: T. 2. 213. n. 8.
G. Henr. Vorſtio p. 220. Animadv: in *R. Eliezer.*
Simſon. Chron. 1. 54.
P: Ravan; T. 2. 944.
Ioh: Lightfoot, Miſc: 16. & in Hor. Hebr.
Verùm prophanis codicibus nihil opus eſt, ubi Sacri loquuntur,
Levit. 17 21.
— 20. 2. 3. 4.
Deuter. 18 10.
2 *Reg.* 16. 3.
—— 17. 17. 31.
—— 21 6.
2 Chron 28. 3.
—— 33. 6.
Pſ. 106. 37. &c.

h 2 *Reg.* 17. 25.
i 2 *Reg.* 21. 16.

cum ſuis univerſis, revertitur in pulverem [k].

28. *Solon* infectis aquis elleboro Cirrhæos pugnaces ſuperat tandem [l]: ſic *Aquilius* Aſiatici belli reliquias conficit, mixtis veneno fontibus ad deditionem urbium [m].

29 Fornax media, ſeptuplo ardentior, teneris parcit Principibus Hebræis, ſed furentes illius æſtus, atque ſtricturæ, validos Principum lictores, atque libratores præfocant [n]: Sic Darianam Leonum in ſcrobem Daniel projectus, ne perſtringitur quidem; at ejus æmuli Satrapæ, Delatoreſque, ſuis cum uxoribus atque prole, foveam in eandem alte nondum delapſi, temporis puncto confringuntur atque comminuuntur [o].

30. Cambyſis copiæ in Æthiopas movent, ſed fame premuntur [p] haud multum abhorrente profecto vel à fabellarum *Erichthonia* [q]; vel ab Hiſtoricis & antecedente *Samaritana* [r], &

k *Liv.* 1. 31.
Dionyſ. 3. 176.
Valer. 9. 12. n. 1.
Plin. 2. 53.
—— 28. 2.
Victor. in Reg. 3.
Eutrop. 1. 4.
Photii p. 47.
Zonar. 2. p. 11.
Volaterr. A. 19.
Robinſon, A. M. 3366. p. 730.

l *Frontin.* Strat. 3. 7. n. 6. *Cliſtheni Sicyonio* ſtratagema tribuit; ſed *Solonis* eſſe protuli fide *Pauſaniæ*, Phocicor. p. 684. & *Suid.* in Σόλων.

m *Flor.* 2. 20.
Glandorp. p. 111.
A. U. DCXXIV. *Sigonius.*

n *Dan.* 3. 22. 23.

o *Dan.* 6. 23. 24.

p *Herodot.* 3. 25.
Volaterr. p. 253.
A. 11. *Ol.* LXIV.
Calvis.

q *Ovid.* in Ibin. 426.
Met. 8. 825.

r 2 *Reg.* 6. 28.
ubi matres duæ filium vorant alterius; hoc eſt, matrum una viſcera ſua vorat. Sic *Hieroſol.* obſidente *Tito*, ſuum lactantem ab uberibus in fervidam matrona depellit, & elixum edit.
Joſ. B. J. 7. 8.
Euſeb. H. E. 3. 6.
Photii, p. 35.
Hegeſipp. V. 40.
Zonar. A. 1. 214.
Niceph. 3. 7.
Vid. quid ſimile in

Anoſ

& ſubſequente *Meliæa* s; ſortiuntur ſiquidem, quo decimus quiſque mordicus divellatur, ac reliquorum novem inſanam atque rabioſam eſuriem ſui pabulo comprimat t.

31. Ad Jovis Ammonis ſpolia Cambyſis ejuſdem milites exardeſcunt; ſed tempeſtatibus & arenarum molibus opprimuntur v: ſic Delphos, Apollinis expilandi cauſa, militem Xerxes mittit; ſed manus illa tota imbribus atque fulminibus deletur w.

32. Perſicum imperium exiguo Magorum intercipitur vaframento x, ſed verſutum illud facinus, callidiores Perſarum Optimates Judaïcam in Μαγοφονίαν convertunt, qua Joſias Pythones & ariolos omneis ex hominum numero ejecerat z.

33. En nunc Xerxem qui cœlum capite perrumpere ſicuti conatur; ita & Helleſpontum ſuis pontibus trajicere præceps anhelat a: Architectos ergo Phœnices & Ægyptios adhibet; ſed pontibus procella disjectis, ſupercilia ferocia tollit, & cœlum territat armis; ac Jovi paria dum intonat, mare primum multimodus caſtigat, miſerorum deinceps artificum

Anaſtaſ. P. LIX.
Joh. de Serres. Annalib. A. C. 1573. & 1628, atque *Mezer.* ad A. 1573. de obſidione *Sancerrana* atque *Rupellenſi.*

s *Suid.* T. II. p. 46.

t Sic *Amilcar* milites refractarios; Sic *Vandali* Romanos, ad ἀλληλοφαγίαν adegerunt, *Polyb.* Hiſt. 1. 85. *Olympiodor.* Photii p. 190.

v *Juſtin.* 1. 9.

w *Diodor.* XI. p. 250. A. 1. Ol. LXXV.
Juſtin. 2. 12.
Sic Alex. milites, *Cabirorum fanum ſpoliare aggreſſos, ſubita tempeſtas fulminibus & flamma cæleſti conſumit.* J. Freinhem. ſupplem. in Curt. L. 1. C. 14.

x *Valer.* 7. 3. n. 2. Ext.

y *Herodot:* 3. 79.
Juſtin: 1. 9.
Agathias, 2. 65.
Zonar. A. 1. 123.
A. III. Ol: LXIV.
Calvis.

z 2. *Reg.* 23. 24.
Ol: XXXVI.
Iac: Cappell:

a A. 1. Ol. LXXV.
Herodot. VII. 34.
Diodor. XI. 242.
Dionyſ: Hal. IX.
Euſeb. p. 130.

cum capita cervicibus immiſericors abſcindit [b].

34. En rurſum Xerxem, clade Salaminia perculſum, & citatis equis Helleſpontum repetentem, ſed præ annona nulla frondes atque gramen miles ejus depaſcit, exindeque fluxu torminali dilabitur [c]: Sic e contrario non egeſtas, ſed luxus, & ſupra Campanas Annibalis delicias [d], lætior Sardiniæ Ceres militem Franciſci primi torminoſum pallida morte ſuffundit [e].

35. Re frumentaria laborat Roma, multique ex plebe, ne animam trahendo crucientur, ſeſe capitibus obvolutis, in Tyberim præcipitant [f]. O facinus execrandum! Pereunt, ne pereant! Sed iceleſtius attendite crimen. Roberti ſubditos exagitat eſuritio tam rabida, Romanorum more, ſibi nuſquam ut nocerent, ſed ferarum ritu, in opſonium ventriculi latrantis, furant in obvios, & viatores proſcindant atque dilanient [g].

O tempora! O mores!
Quid non mortalia pectora cogis,
Eſcæ ſacra fames?

36. Athenienſes, *quo peſtilentem, & igneam ſitim unda reſtinguant*, agminatim in puteos ruunt [h]: ſic *Niciæ* milites *Syracuſanis* terga vertendo, ſiti cruciantur, & potum anhælan-

b *Herodot.* 7. 35.
Nazianz. Or. XX.
Photii p. 1107.
Suid. in Ξέρξης.
Tretzes, Chil. i. n. 32. 890.

c *Herodot.* VIII. 115.
Juſtin. 2. 13.
Oros. 2. 9.

d *Liv.* 23. 18. 45.
Flor. 2. 6.

e Les troupes s'étant trop-gorgées de manger périrent preſque toutes de dyſenterie.

Mezer. in Fr. 1. A°. 1527. & 1528.

f *Liv.* 4. 12.
A. U. CCCXV.
Calvis.

g *Mezer.* in Reg. XXXVI. A. C. 1033. Tales ἀνθρωποφάγους, & quidem fœminas, *Procopius* narrat, Gott. 2. p. 240.

h *Thucyd.* 2. 132.
Diodor. 12. 316.
A. III. Ol. LXXXVII.

lantes in Asinarum amnem sese densi proturbant [i].

37. Calydonios olim furor incessit, ebrietati similis, quo passim vesanam efflarunt animam [k]: sic quinto decimo seculo famem in Galliis excepit phrenetica febris, & magnates pariter atque plebeïos rabie quadam transversos abripuit [l].

38. Manlius Junoniis avibus excitus, Gallorum agmen, per Tarpeïam rupem, nocte sublustri scandens dejicit præceps [m].

39. Rhegium obsidente Dionysio, Phyton Rheginis timidior nusquam [n], verum Sparta bellicosior [o], diu sese propugnat, sed expugnatum tandem illum, ejusque consanguineos

i Τῇ γὰρ ἔπειτα ἐπιθυμίᾳ, *potûs enim desiderio*, ut ait *Thucydid.* Lib. VII. p. 547. vel ὑπὸ δίψους, *præ sitî*, ut ait *Plut.* in Nicia, p. 541. ἔρριπτον ἑαυτοὺς εἰς τὸν Ἀσίναρον sese conjiciebant in Asinarum. *Diodorum* itaque, *Justinum*, *Oros.* & alios omitto, quibus id excidit singulare de Nicianis sîti coactis in flumen.

k *Pausan.* in Achaic. p. 438.

l *Mezer.* A. 1482.

m Id tacite vel aperte volunt, *Polyb.* L. I. p. & L. II. p. 148. *Lucret.* 4. 683. *Tull.* pro S. Rosc. pro Fonteïo, pro Domo sua, p. 17. 168. 315. *Virg.* Æn. VI. *Servii* p. 546. *Diodor.* 14. 456. *Dionys.* Lib. I. p. 60. A. I. Ol. XCVIII. *Liv.* 5. 47. — 6. 20. — Epit. 5. 6. *Ovid.* Fast. 6. *Valer. Max.* 6. 3. n. 1. *Plin.* 7. 28. — 10. 22. *Martial.* 7. Ep. 71. *Flor.* I. 13. n. 15. *Plut.* obiter in Q. Rom. p. 287. — de fortit. Rom. p. 325. sed plenè in *Camill.* p. 142. 148. *Ælian.* A. 12. 33. *Agell.* 17. 21. *Arnob.* 6. 121. *Victor.* Ill. 24. *Aug.* de C. D. 2. 22. *Cedren.* p. 123. *Suid.* in Μαισμᾶς. *Zonar.* A. 2. 34. 35. *Tzetz.* Chil. 3. 102. *Petrarcha*, Ep. VII. L. VIII. p. 840. *Volaterr.* 17. 387. *Sigon.* A. U. 363. *Onuphr. Pantal. Rosin. Pigh. Calv. Cappell. Cluver. Petav. & Labbæus.*

n *Zenob.* Cent. V. prov. 83.

o *Suid.* Cent. VI. parœm. 45.

neos omneis, Siculis voraginibus Tyrannus ſubmergit p.

40. Profugi Senatus uxores, filiaſque, ſervis ſuis nubere Clearchus q compellit; ſed illæ, pudoris ingenui virtute, novis prius conjugibus occiſis, ſeſe ferro tam funeſtis calamitatibus eripiunt r.

41. Quadringentorum ſtadiorum arenæ militem Alexandrinum extorrent; ſed tandem perveniunt ad Oxum, cujus potus intemperantior ſpiritum plurimis intercludit s. Sic e diverſo Indias dum ardentius idem ſpirat Macedo, exercitum ex hybernis præmature movet, ſed glaciali frigore trunci fiunt, hoc eſt, arborum obnixi truncis cataleptici rigent, durante adhuc habitu in quo mors quemque deprehenderat t.

42. Amilcaris copiæ Venerem Erycinam depeculantur, & ſurreptos ipſi nummorum ſaccos ſuum in luxum effundunt, ſed conflatum iſtud metallum perbrevi doloſum ipſis mortes horrendas mille conflat v; ſic Toloſam ejuſque adyta diripit Cæpio, ſed quique ex ea direptione aurum attigit extremos exitus habuit miſeros atque cruciabiles w.

43.

p A. 11. Ol. XCVIII. *Diodor.* 14. 453. Vid *Polyb.* L. 1. p. 7. *Strabon.* 6. 178. *Amyott.* in Dionyſ: Seniore, p. 914. *M. Mont.* L. 1. p. 2. *Calvis.* A U. 366.

q *Heracleæ* tyrannus Ol. plenis CIV. CV. CVI. *Diodor:* XIV. 500.

r *Juſtin.* 16. 5.

s *Q. Curt.* 7. 5. n. 15.

t *Curt.* 8. 4. n. 14.

v *Diodor.* XIX. XX. *Ælian:* de Anim: X. 50.

w *Juſtin.* 32. 3. *Agell.* 3. 9. Quædam inſuper de *auro Toloſano*, *deque* ipſius *Q. Cæpionis*, vel clade, vel exitio, videſis apud *Tull.* 3. de Nat. Deor. n. 30. *Salluſt:* ad calc. Lib. de B. Jug: *Liv.* in Epit: LXVII. *Strab:* 4. 130. *Patercul.* 2. 12. *Valer.* 6. 9. 13. *Flor.* III. 3. *Plut:* in Mario 414. 416. — in Sertor: 569. *Eutrop:* V. 1. *Oros:* 5. 15. *Sidon: Apollinar.* Carm. II. p. 275. *Volaterr:* 444.

43. Fractis identidem Romano milite Carthaginienſibus, ſuppetias venit Xanthippus, & Atilium profligat: ſed ſuis tropæis iſtis Punicam invidentiam atque perfidiam excitat: illum quippe Pœni, Laconaſque reliquos, præmii vice, Ponto mergunt [x].

44. Punica claſſis Xanthippi victoria, precaria licet, ſpirat altius; ſed illam elatam, inſimulque milite ac annona uſque adeo gravem, ut in ea quaſi tota Carthago [y], Q. Catulus Lutatius demergit, atque ſic bellum conficit Punicum primum [z].

45. Saguntini, Hannibalis rabiem veriti, immanem in foro excitant rogum, & animi rabidi furore, furentibus flammis

Glandorp. On: Rom: p. 794.
Sigon: A. DCXLVIII.
Pigh: Tom. III. paſſim, pag. v. g. 133. 141. 146. 149.

x *Xanthippi* hujus exitum *Zonar.* variè narrat, An. II. p. 59. 60. *Polyb.* verò rem ſpondet, ſed non præſtat, L. I. p. 52. Hîc pariter ſilent *Cic:* Officior. III. 27.
Diodor: Lib. 23. in Excerptis Valeſii.
Liv: 18. & 28. C. 43.
Valer. I. I.
Frontin. L. 2. n. XI.
—— 3. n. X.
Flor. 2. 2.
Victor. Ill: 40.
Eutrop. 2. 21.
Oros: IV. 7.
Iſtæc igitur *Appiani* ſunt, Punicor. 6. atque *Tzetzis*, Chil. III. n. 91. v. 381.

y *Flor.* 2. 2.

z Sexcentas enim naveis depreſſit aut cepit, è *Victoris* fide, Illuſtr. XLI. Verùm is *A. Victor* à Polybio deſcivit, qui Hiſt. I. naveis duntaxat L. depreſſas numerat, captas LXX. A. II. Ol. CXXXIV.
Eutrop. autem L. 2 c. 27. propior ad *Polyb.* accedit cum ſuis Navib. captis LXXIII. demerſis CXXV.
Orot: verò L. IV. C. 8. *Eutropium* mutilat, naveis quippe captas LXIII. recenſet, ſubmerſas CXXV.
Zonar. proindè fluctuans animo numerum ſilet A. II. p. 64. v. 51.
Diſcordes compoſiturus ad *Tit. Liv.* adivi, *Epit:* XIX. & Lib. XXI. Cap. 10. XXII. C. 54: XXIII. C. 13. XXVIII. C. 41. & ad *Sil: Ital:* XIII. p. 563. *Dauſqueii.* Sed rem delibant, non enucleant.

mis ſeſe ſuosque committunt [a]: Sic Abydeni, Philippicis armis ad Saguntinam rabiem verſi, ſuas conjuges, liberoſque interficiunt, jurantque neminem vivum, niſi victorem, acie exceſſurum [b].

46. Ptolomæus Philopator inermes in Judæos, intraque Hippodromum catenis graveis, elephantos 500. thure, vinoque condito veſanos atque furioſos emittit; ſed elephanti, terrore perculſi Panico, Regis in copias & expeditas & armis inſtructas furibundi ſeſe convertunt, illasque, Judæis illæſis, conſternunt atque proculcant [c].

47. Campani Præfectos ſociûm, Civeisque Romanos alios, balneis includunt, ubi fervore & æſtu anima intercluſa fœdum in modum expirant [d]: ſic Nucerianos Judices balneis etiam, *uti puteis & terrâ Senatores & alios Acerrarum*, perjuri Pœni ſpiritu privant [e].

48. Tarentinos Obſides Romæ corruptis duobus Ædituis; ex atrio libertatis Phileas educit, ſed vulgata fuga retracti omnes, virgis cæſi, & de ſaxo dejecti [f].

49. Cnæum Scipionem ejusque velites, in turrim Afri com-

a *Polyb:* 3. 238. A. 12. Ol. CXL.
Liv. 21. 14.
—— 31. 17.
Valer. 6. 6.
Silius, Punic 2.
Flor. 2. 6.
Appian. in P. & H.
Aug. de C. D. 3. 20.
Oros. 4 13.
Zonar. A. 2. 71.
Quædam inſuper apud *Tull.* videſis Paradox. 3. & in *Philipp.* 5 n. 1. atque L. 1. de Divin: n. 24.
Salluſt. fragm. 523.
Nepot. in Ann: n. 3.
Strab: 3. 110.
Lucan. 3. 350.
Stat. 4. Sylv. 6.
Auſon. Edyll: 15.

b *Polyb:* H. 16. 1025. A. IV. Ol. CXLIV.
Tit: Liv: 31. 17. A. U. DLIII.

c III. *Macc.* 6. 19.
A. IV. Ol: CXL.
U. C. DXXXVI.
Calvis:

d Liv: 23. 7.

e *V. Max:* 9. 6.
Sil. Ital. P. 12.
Appian. P. 55.
Zonar. A. 11. 81.

f *Liv:* 25. 7.

compellunt, inibique concremant [g]: ſic Valentem Cæſ. Gotthi fugant in tugurium, ubi cum ſuis incenſus eſt [h].

50. Annibal Romanos milites, largiter de ſe meritos, ceu præmiis affecturus, congregat; ſed perfidia ſibi patria, ſuis illos circumvenit armis, & jaculo figit [i]: ſic Curionis cæſi reliquias Rex Juba, ſupra mœnia diſponit. & ſublimes illas pectoris generoſi crates, miſſilibus tranſadigit [k].

51. Saxum ingens, ignoto modo labefactatum, è Capitolio in vicum jugarium procidit, & multos comminuit [l]; Sic nativo in ſpecu Tiberius convivatur, ſed lapſis repente ſaxis miniſtri commoluntur aliquot [m].

52. Magnus Antiochus, ab Acilio Glabrione victus, & Romanis tributis impar [n], milite nocturno Jovis Elymæi Gazas expilare properat, ſed ſacrilegium ejus tenebræ occulunt nullæ, nam in flagranti delicto, una cum ſuis trucidatur [o].

53.

g *Appian:* Hiſp: 439.
h *A. Marc.* 31. 13.
Viſt: Epit. 71.
Eunap: in Max: p. 89.
Hieron. A. 381.
Oros. 7. 19.
Socr. 4. 38.
Sozom. 6. 40.
Theod: 4. 36.
Proſper, in Chr. A. C. 381.
Caſſiodor: A. C. 378.
Jordan. H. Gott:
Theophan. p. 56.
Paulus D. 12. 163.
H. Contr. fol. 184.
Cedr. p. 258.
Suid. in Valentin:
Zonar. A. 3. 27.
Glyc: A. 4 255.
Manaſſes. Chr. 50.
Niceph. C. XI. 50.
Platin. P. 40.
Volat. Cuſpin. Onuphr. Paſchas Baron. Gotofred: &c:
i *Appian:* in A. 347.
k *Appian.* B. C. 2. p. 749.
Dio Caſſ. 41. 173.
l *Liv:* 35. 21.
m *Tacit.* Annal. IV. 59.
n *Polyb.* 15. 986.
— in fragm: ex *Athen.* Lib. X. p. 1492.
Tit: Liv: 36. 16.
Euſeb. Ol: 147.
o *Diodor.* Excerpt: p. 293.
Strab: 16. 512.
Juſtin: 32. 2.
Hieronym. in Dan: XI. 19. p. 600. quanquam alibi rem aliter enarret.

53. Gentiles Juda Maccabæus propulſat, & in fanum propulſatos exurit [p]; ſic blaſphemos Idumæos, intra quandam arcem ferro flammaque delent Maccabæi [q].

54. Jonathan atque Simon, ſuum ulturi Johannem, Amaræorum Muſicos concentus genialeſque Hymenæos, ſua in illos ex inſidiis irruptione, in luctum atque lamentum convertunt [r]: ſceleroſiori & tragœdia fictas ſecum nuptias Artabani filiæ, myrtoſque Parthicas, planctibus atque cupreſſis illæſus & illaceſſitus obruit Caracalla [s].

55. Sicilia largiter olim convulſa, igneis globis exundat Ætna, & navibus aduſtis pleroſque navaleis exanimat [t].

56. Mithridatis copias Cyzico, quam obſidebant, terra marique ſolvere coactas, non modo concidit L. Lucullus, ſed ipſe Pontus abſorbet [v].

57. Marci Antonii dedecus Cretenſe Q. Cæcilius Metellus

p 1. *Macc.* 5. 44.
q 2. *Macc.* 10 36.
r 1. *Macc.* 9. 37. 40.
s *Dio Caſſ.* L. 78.
Xiphil. in Carac.
Zonar. A. 2. p. 221.
nuptias quidem iſtas attingunt, ſed ferales illas non enarrant, ſicut *Herodian.* L. IV. Cap. XI.
t *Jul. Obſeq.* C. 89.
Oroſ. 5. 9.
Pighio id incidit in A. U. DCXXVII.
v Bellum iſtud *L. Plotius* carmine totum expreſſit, teſte *Tullio*, in Orat. pro Archia P. nº. IIX.
Videſis etiam Orat. pro Lege Manil. nº. VIII. pro L. Muræn. nº. XV. & pro P. Sextio, nº. XXVII.
Sall. fragm. L. 4.
Liv. 95. 97. 98.
Strab. 12. p. 396.
Paterc. 2. nº. 33.
Flor. 3. 5. nº. 15.
Plut. Lucull. 498.
Appian. M. 372.
Eutrop 6. 6.
Oros. 6. 2.
Phot. 73. 8.
Rem volunt *Plin.* Lib. XV. Cap. 25.
Frontin. 3. 13. nº. 6.
Tacit. A. 4. 36.
Suet. 3. 37.
Juſtin. 37. 1. nº. 8.
Athen. 6. & 12.
Vict. Ill. 74.
Suid. in Λάκκαιος

lus vindicat armis; universam enim Insulam igni ferroque populatur, & adeo sæve in captivos consulit, ut plerique veneno sese conficiant [w].

58. Vitem, quo lætius fruticet, vinitor putat; sic Deïotarus, quo pretiosius sceptrum dilectiori filio transcribat, filios cœteros omneis, ceu palmitum luxuriem, propria manu rescindit [x].

59. Sullana rabie Augustus, Antonius & Lepidus agitati [y], perniciosiorem suos in Civeis, quam aut in Pœnos, aut in Cimbros, gladium distringunt, & quicquid nec Annibal videtur optasse stragis edunt [z].

60. Cantabros summas in angustias Augustus adducit; sed gens illa bello ferox & cedere nescia, suorum mavult mutua laniena vesci, & veneno sibi consciscere mortem, quam Cæsari subjici [a].

EPI-

w *Liv.* 97. 99.
Velleius 2. n°. 34. 38.
V. Max. 7. 6. n°. 1. E.
Flor. 1. 7.
Plut. Pomp. 634.
Dio, 36. p. 8.
Eusèb. Ol. 178.
Eutrop. 6. 11. 16.
Photii p. 267.
Xiphil. Pomp. 3.
Sigon. Glandorp. &c.

x *Plut.* in Stoïcor. repugn. p. 1049.
Huc refero *Libanii* Declamat. xxxv. p. 787. de inutilium amputatione apud *Medicos*, *Hortulanos* & *Patres familias*.

y Inito fœdere A. U. DCCX.
Cassiodor.

z *Liv.* Epit. cxx.
Plin. 7. 45.
Suet. Aug. 13. 27.
Flor. 4. 6.
Plut. Cic. 884.
—— Anton. 924.
—— Brut. 996.
Appian. Civ. 4.
Dio 47. p. 328.
Solin. Cap. 1.
Eutrop. 7. 2.
Oros. 6. 16.
Xiphil. Aug 35. 36.
Zonar. An. 2. 139.
Sigon. atque *Pighius* A. U. DCCX.

a *Flor.* 4. 12. n°. 47. 50.
Dio, 53. p. 513.
— 54. p. 523. 528.
— 55. p. 552.
Id designant *Horat.* Carm. 3. Od. 14.
Strab. 3. p. 107. 113.
Suet. Aug. 20. 21. *Justin.* 44. 5.
Eusèb. Ol. 188. 189.
Eutrop. 7. 9.
Oros. 6. C. ult.
Cassiodor. Sigon. *Pighius*, A. U. DCCXXIX.

EPILOGUS.

Sed, ne quid nimis: Rerum enim omnium ſatietas eſt. Abſit igitur vel plura pertexam, vel ipſa Chriſti tempora tragicis exitibus contaminem.

Verum, lugubri de tabula mea manum deducere nequeo, quin ipſam lineamentis aliquot velut umbris fuffundam.

1. Spadonis Eutropii Conſulis ad exemplum, *majori tunc apud Arcadium, quam Bagoas unquam apud Alexandrum gratia pollentis* [b], ſerviles ſibi componunt Aulici ſibi genitalibus exſectis; ſed illa exſectione ſua procumbunt in Orcum, nec tergeminos ad honores evehuntur [c].

2. Seculo ſexto Inguinaria [d] lues, ipſa urentior uredine; tam

b *Q. Curt:* x. 1.

c *Suid.* in Εὐτρόπιος. ——— Σπάδων.

d *Mezer.* A°. 583. Luem iſtam ſobolem agnoſco *luis inguinariæ*, quam infamant *Agathias*, Lib. V. p. 153. *Paul. Diac.* L. 2. de Geſt: Longobard: Cap: 4. *M. Palmer: Flor:* A. C. 565. *Sigon.* R. Ital. 1. p. 5. *Baron:* & *Spondan:* A. C. 565. Imo propaginem eſſe reputo *Procopianæ luis*, Perſicor: 2. p. 78. quæ cæpit A°. 20. poſt ultimum Coſ: *Baſilii*, A. C. 542. è *Victoris Tununenſis* Chron: p. 9. ſive ut *Euagr.* habet, H. E. 4. C. 29. & *Niceph. Call.* 17. C. 28. *biennio poſt captam à* Perſis *Antiochiam.* Hæc vero capta eſt Coſ. *Juſtino jun.* A°. C. 540. è *Marcellin: Chron.* p. 53. & *Paul. Diac.* ad A. Juſtiniani XII. atque *Cedren.* in Epit. p. 305. Nec eſt quod ullus neget *Procopianæ luis* hanc fœturam in Galliis poſt tot annos eſſe, *Procopii* ſiquidem *lues* ex Ægypto non raptim, ſed lente in Aſiam, inque Europam ſerpſit; totiſque jam graſſata erat LII. annis, *Evagrio* ſcribente, A. C. 594. ut ipſe teſtatur p. 403. & 463.

tam altas ἐσχάρας Gallis inuſſit, ut plangoribus horrendis ululantes de vita migrarent, in ipſa præprimis Galliarum Metropoli.

3. Adriano ſecundo, Lotharii ſecundi, mendacio ſacrilego, imponunt Aulici, ſed cordium ſcrutator perjuros [e] illos repentinis calamitatibus abſumit.

4. Conſulto denique ἀνθαχρονισμῷ [f], en irriſor Chriſti Julianus Judæis templum inſtaurare præcipit; ſed qui deriſores deridet [g], & terram fundavit [h], baſes ejus concuſſit [i], è quarum veluti faucibus ignis exiliens angularia veteris Templi eructata ſaxa reædificantes è naturæ humanæ finibus exterminant [k].

O quam improviſum & quam inauſpicatum Juliano Judæiſque caſum! O quam terribile tuas in manus incidere, mî Deus! O quam terrifica, ſed quam juſta tua, vel ſeveriſſima Judicia! O quam inopina, & quam varia, ſed quam merita, duræ tuas in leges cervicis ſervos morte plectis!

Dum igitur nemo noſtrum integer vitæ ſceleriſque purus eſt, totidem iræ tuæ fulmina, quot modo vidimus, nos quoque percuterent, ni *Servatorem Jeſum* eſſemus nacti Verum & Unum, ac Omnipotentem Ἀλεξίκακον.

e *Mezer.* in Rege XXV.
Anton: Godeau, & Joh. le Suëur. uterque ad A. C. 868.
f Hiſtor: quippe Lotharii ſeculi eſt noni, nunc vero A. eſt C. CCCLXIII.
g *Prov:* 3. 34.
h *Pſ:* 89. 12.
i Sicut *Act.* XVI. 16.
Heb. XII. 26.
k *Julian:* ipſe, in Ep: fragm. p. 541.
A. Marcellin: L. 23. C. 1. A°. 363.
Nazianz: in Jul. p. 91. & 111.
Ambroſ: Ep. 29. ad Theodoſ: p. 110. no. 6.
Chryſoſt: Hom. IV. in Mat: 1.
— Lib. adv. G. & Jud. T. II. 35. T. V. p. 1064.
——— 1100.
Ruffin. H. E. I. 37.
Philoſtorg. 7. no. 9.
Socr. 3. 20.
Sozom. 5. 22.
Theodor. 3. 20.
Cedr. 247. 252.
Zonar. 3. 22.
Niceph. 10. 32.
Platin. in Dam. 1.

DIXI.

CAROLI DRELINCURTII

APPENDIX

AD

LIBITINÆ TROPHÆA.

Reſpondeto ſtolido ſecundum ſtultitiam ejus,
ne ſit ſapiens in oculis ſuis,
Prov. cap. 26. verſ. 5.

Ut flagellum adhibetur equo, & ſtimulus aſino; ſic virga tergo ſtolidorum. *Prov. cap.* XXVI. *verſ.* 3.

TYPOGRAPHUS

Doctoribus Glanduloſis, cæteriſque
omnium Ordinum Lectoribus

S.

Fruiti eſtis tantopere deſiderata Primarii, ſi Dis placet, Medicinæ Profeſſoris Drelincurtii Appendice, Et quia habetis in hocce ſcurrilium convitiorum plauſtro quæ inter vos rideatis ſuaviſſime, ideo accidit ut Exemplaria nova jam deſiderentur ubique. Et cum nolim illorum fœtuum deſiderio Chariſſimos meos Belgas diutius torquere, quæſivi aliquem ad errores corrigendum, præſertim Græcos, propter feſtinantiam Editionis factos; ſed quia neminem reperi qui Profeſſoris Drelincurtii Græca intelligit, melius putavi ſi illa Græca plurima, vel in ipſô ad Doctores Glanduloſos titulô, omitterem. An benè, vel malè fecerim, neſcio. Valete & meam Vobis operam commendatam habetote.

VIRO

Egregie Docto, & Virtute Conſpicuo

JACOBO RONDELLO,

Græcarum Literarum Profeſſori meritiſſimo ſalutem.

Inſolens eſt, Vir Erudite, uni ſingulatim inſcribere, quod multis univerſe; ſed huic inſolentiæ cordati queis Tua innotuit Polymathia, plauſuri ſunt, ſecum ſi reputant Te unum eſſe inſtar Omnium. Tu ſiquidem, *mi Rondelle*, non modo ſupra Doctores Meos, (*quibus etiam univerſis hanc Appendicem nuncupo*) ſed Literatores præter cæteros ita oculatus es, ac ita naſutus, & palati tam ſubtilis, minima quæque vitia ſtatim ut deprehendas.

Utinam, atque iterum utinam ex illius animi docti candore haud Tibi grave ſit meos oculos feſtucis eximere, meaque inodora fragantia reddere; atque meas nugas, alias inſulſas & nihil, ſalibus Tuis aſpergere vel acutiſſimis, quo meorum Doctorum, *ad mea tum dicta, tum ſcripta ſtupentium*, veternum excutias! Id hujus Appendicis recudendæ gratia, recto pectore Te præſtiturum totus confido, amantem ſi redamas, & colentem ſi recolis,

CAROLUM Tuum DRELINCURTIUM, Medicum Regium in Galliis, nec non Batavos inter Medicinæ Profeſſores Primarium.

Præ-

PRÆFATIO.

Rabelæſium, rabiê *nuſquam* læſum, *imitari non pudet: Is* ſeria *vulgat*, *ſed flocci fit Verùm*, ludicra *ſua juris vix facit publici*, *quin ubique deſiderentur Exemplaria. His pariter Ego* jocis, & aculeis, *fungos illos fodico*, *qui* Orationê *meâ* ſeriâ *nequaquam tanguntur*, *ut hiſce* jocularibus & aculeatis *vel* hebetiores *excitem hanc ſaltem ad* Appendicem *expetendam.*

Huic porrò Appendici Judices ſeveri dedêre locum. Nuper etenim, *ſententiam* meis de Libitinæ Trophæis *rigidam* Midas *dixit*; & *locum in ſubſelliis occupârunt*, *ac Tribunal compieverunt Doctores acutùm auriti*, atque adeò judicii ſuperbi, *qui virgulâ Cenſoriâ*, ſed clauſis oculis; *Mea nupera de ſuggeſtû dicta*, ſibi prorſus ignota, *perſtrinxerunt. Immo*, *ſententiâ de me peremptoriâ lata*, *memet ex ditionis ſuæ*, *atque etiam*, ſi Diis placet, *ex naturæ humanæ finibus proſcripſerunt.*

Iſtam profectò talem ac tantam ab ipſis benevolentiam reporto, *quòd Illuſtris hujus Academiæ cauſâ*, *Galliarum è Metropoli me paſſus ſim abſtrahi.*

Illum præterea gratum experior animum, *quòd ego*, *hîc advena*, *teruis nihiloſecius Magnatibus Belgis*, *quos recèns à Nobis deduxêre Parcæ*, *& tribus inſuper meis p. m. Collegis parentaverim: At inquilinorum erat*, *illius parentationis gratiâ*, *mihi gratias habêre nuſquam intermorituras.*

AP-

APPENDIX

Doctores ad

GLANDULOSOS.

Gratiâ Veſtrâ, quâ florui nunquam, excidi nuſquam, *O Viri, & irriguê Pancreatê turgidi, & altâ Pinû ſuperbi*, ſed dum à Neotericis ad Vos Antiquarios * deficio, gratiam à Vobis collecturus ſum immenſam, & quæ Me aſſerat à mortalitatê. Aliàs enim Oratio mea nupera, *Veſtris auribus acutis nauci vilior*, famam meam extinxerat omnem: At in præſens, Veſtris è reconditiſſimis Scriniis Hiſtoriam dum in lucem profero, totus à Vobis æternitatem ſpiro. *Tantam* enim *Hiſtoriam*, uti multô ſcrutiniô detexi, ita certè, tota eſt illa multiplicî meditationê conceptâ; laborê improbô parta; jugî exercitiô provecta; ingeniô exculta grandi; acrî ſubacta judiciô; numeroſis demum & ſententiis fœta, & pigmentis ornata, quæque omnes dicendi lepôres & lecythos ita exhauſit, talem ut ſcriptionem nemo vel adumbrare quiverit unquam. Imò, *Demoſthenes* atque *Tullius* ringentes crepuerunt, ob præreptam ſibi, Veſtris ab illis Scriptoribus de Pancreatê, [*quibus*, Vobis, *Antiquius nihil eſt*,] palmam Oratoriam. Et quotuſquiſque nunc Veſtrûm eſt, qui tam ſublimî dicendi genere non rapiatur in Ἔκπληξιν En Vos igitur Ἐκπλαγέντες, & tantis veluti verborum incantamentis *mentê captos*.

Me autem, Neotericorum imbibitum prudentiâ, extra pote-

* Iſthæc ironice dici ſequelâ patet.

poteſtatem mentis nuſquam exire decet, ſed ſingula Veſtri Scriptoris ita ruminari, ac meum in ſuccum, atque meam in medullam ita convertere verba, ut Vobiſcum, *O Viri*, pancreatis ſuccô *præpingues*, *pinguis* & *Doctor* evadam.

Obſervatio *de Pancreatê Scirrhoſô*, *tabificô*, atque *lethiferô*, Commentariis illuſtranda, utpote quæ tota aurea ſit; atque adeò, tota digna, quæ Literis uncialibus cedro inſculpatur, quò ab omni hominum oblivionê atque ſilentiô vindicetur; ídque præſertim, cùm ejus Exemplaria, *Scriptorum omnium longè Antiquiſſima*, rerum invidioſâ ac edacî vetuſtatê corroſa ſint.

Vir[1] *juvenis*[2] *longo*[3] *itinere*[4] *maritimo*[5] *ex*[6] *India*[7] *Occidentali*[8] *ad*[9] *hanc*[10] *Civitatem*[11], *&*[12] *ad*[13] *Noſocomium*[14] *Noſtrum*[15] *delatus*[16], *morbo*[17] *chronico*[18] *lan-*

No. 1. & 2. Prudens Epitheton, ne quis putet *Virilem*, atque *Conſiſtentem ætatem*, æquivoce dici de *Lallantibus*, atque *Silicernis*.

3. Ne quis reputet *Virum* illum, nec *Infantem* nec *Decrepitum*, ex Indiis, *Noſtras ad humiles Oras*, uno vel altero *momento devolaſſe*.

4. & 5. Ne quis ſecum reputet *pancreaticum illum* vel *Jovis*, atque *Minervæ* quadrigis albis, *per cœlum*, huc uſque *ſubvectum eſſe*; vel *Triptolemi* ſerpentibus alatis *huc convolaſſe*; vel *Phaëthontis* curru ex *Indiis Occid.* huc eſſe convectum, denſo ſtipatum Equitatu, & peditum, *ſuper undis*, magna comitante caterva.

6. 7. & 8. Ne quis ſcilicet, male Geographus, *Indias* & *Occid.* plures eſſe credat, *Meridionalem* v. g. atque *Septentrionalem* ſingulariter ſcribit, uti *Virum Juvenem*, plenis buccis *pancreaticum*, atque *ſingularem* decet.

9. *In Civitatem* ſcripſiſſe fugit, ne quis opinetur *pancreate ſcirrhoſum* illum, ceu *peſte afflatum*, *Civitate* vel *donatum*, vel *exceptum* eſſe.

10. & 11 Ne quis ſibi fingat *Practicum tantum*, *quantus eſt Veſter Doctor*, pagum vel vicum, vel villam agreſtem atque piſcatoriam incolere.

12. 13. & 14. *Ad*, non vero *In*, ne quis autumet *peſtilentem* illum,

19 20 21 22 23 24 25 26 27 28
languens & laborans, tandem ubi per tres quatuorve menſes hic
29 30 31 32 33 34 35 36 37 38
commoratus eſt, totus emaciatus obiit, & in ejus cadavere poſt illius

halitu pancreatico, Noſocomio receptum, alios & decumbentes perniciter afflaſſe. Prudens ergo Practicus Veſter, *Legum obſervans*, jacentem ſuum, *pancreatica lue formidandum*, & ad Valetudinarii & ad *Civitatis* Portas reliquit: *Illum* enim hactenus *excluſit ingreſſu.*

15. Nequis ſuſpicetur Noſocomium illud vel apud *Chinenſes*, vel apud *Iaponas* eſſe.

16. Nequis ſentiat elumbem illum, *quem proſtratum ad Portas vidimus modo*, vel *Hippomenea* pernicitate huc cucurriſſe, vel *alis Icari* huc advolaſſe.

17. & 18. Ne quis ſibi in animum inducat plurium menſium affectum *Ephemerum* fuiſſe; & citius extinctum vel Ἐφημερίῳ βιοτῷ *unius diei homine*, vel ipſo *Conſule Diali*.

19. *Suadam* adhibes merito. Quis enim vel *Judæus Apella*, tuum *languere* pancreaticum crederet, ni *Suadela* tua ad id impulſus?

20. & 21. *Chromeo languentem* eumdem & *laborare* ita paradoxum eſt, ut *mens* nulla, niſi *laborans*; & *fides* nulla, niſi *implicita*, iſthæc repugnantia *fede* credat *in una morari.* Id tamen hic docemur; & tanto cum judicio exarata verba *fidem* noſtram *cogunt* omnem.

A 22. ad 30 *Langium* ipſum Paraphraſten *periodi* tantæ *numeri*, jure quodam ſuo, ſibi arrogant. En ejus itaque verba nullo *Mei Exſcriptoris* adulterata fuco; alias enim *numeros* etiam addidiſſem, quibus caret hæcce Paraphraſis.

Tandem aliquando Quirites, ubi Concivis *ille*, Pancreaticus Noſter, *Mendicorum in Baſilica per tres, quatuorve menſes, Mecum* COMMORARI * *deſiit*, *Meis tamen Verbis ineptis* Vos COMMORARI † *deſivi nondum.*

* Id eſt συμμωραίνειν, *delirum agere, ſtultum ſe gerere.*

† Id eſt *detinere, in mora tenere.*

31. 32. & 33. Tantum Paradoxum quis ferat? Cenſere eſt enim *extremos* duntaxat vel *unguium*, vel *pilorum* vel *dentium apices*, tanto morbo *emaciatos*, & ſua pinguedine penitus orbos, *mortem* ſuam macerrimam *obiiſſe.*

34. & 35. Ne quis exiſtimet id *Scirrhoſi pancreatis* vel *verrucarum penſilium*, vel *lupiarum* more extra *cadaver* pendulum uſpiam conſtitiſſe.

36. Ne quem credere ſubeat *cadaver* illud alicujus eſſe vel *Antipodis* vel *Incolarum Lunæ.*

37. & 38. Ne quis veteratorie Philoſophus *cadaver* affirmet *ante animam in cœlos evolantem.*

39 40 41 42 43 44 45 46 47
illius mortem aperto ſeſe obtulit pancreas quod invenimus nimis
48 49 50 51 52 53 54 55 56
tumidum, durum, cinereique coloris. In illo diſſecto nihil aliud quam

39. Ne quis rurſum ſibi *cadaver* imaginetur vel *Caji* vel *Titii*, ex *terris Auſtralibus incognitis.*

40. & 41. Ne quis vel *Herophili more*, vel *Veſalii infortunio* ſpirantis Viri viſceribus cruentatum Doctorem traducat; *Jovem lapidem*, (Sanctiſſimum jusjurandum) *paratus eſt jurare*, *Cadaver illud*, ad Extiſpicium, ſe nuſquam *aperuiſſe*, niſi *poſt mortem*, & quidem *illius*, ad quem *pancreas illud* attinebat. O perſpicacem *Promethei* prudentiam, qua vituperatio vitatur omnis.

42. 43. & 44 *Felix qui potuit rerum cognoſcere cauſas.*

Quam igitur felicem practicum Te reputo, in cujus oculos *rerum cauſæ* involent inconſultæ Id profecto prodit *Gallinæ Te filium albæ*, & *natum felicibus aſtris.* Nos *vules pulli*, ultro, citroque, *velut umbræ vagamur*, nec dum tamen Veritatis *Sepulcrum* * deprehendimus uſpiam.

* Alias Democriti *puteum.*

45. & 46. En Te igitur *Stentorea voce* ☞ Archimedeum exclamantem Εὕρηκα Εὕρηκα *Inveni*, *Inveni.* Vel *latera firma* & *contenta* Te ſi deficiunt, adſunt Tibi præſto *buccones* adornati qui vel in quadriviis πάγκρεας buccinent Παγκρεάλλω eſſe ſive *fontem malorum omnium.* Talis enim eſt, *unus è Tuis æneatoribus*, Libri titulis. Sed, *ſurdis fabula narratur. Aures* namque Studioſorum Medicinæ maximo ſui detrimento hic *ad Græca Surdæ ſunt:* Atque adeo ſcientiarum illæ portæ, *alias patulæ*, nunc autem occluſæ, Tuas ad *Fabellas* recluduntur nusquam. Quis enim, niſi Plautinus *ſapiens*, quique ſolus omneis anteit *ſapientia*, *Malorum Iliada*, ab una Tua pancreatis palude, *Lernæofineſtiore lacu*, genus in humanum diduci, atque diffundi ſecum auſit cogitare. Majoris eſt apud Me fidei *recluſa Pandoræ* Heſiodica *pyxide*, *malorum genus omne* humanam in ſobolem univerſam evolare.

47. 48 & 49 Ne quis *Scirrhum* illum *naturalem* eſſe dijudicet.

50. & 51. *Cinerem* vocas, quod brevi *Cremor* erit, n°. ſcil. 60. Sed Amici mei *Leucophæi* gratia culpam Tibi remitto.

52. 53 & 54. Iſthæc inconſulta verba quippiam laudum Tuarum de cumulo detrahunt: Alias enim affirmaſſent ingenio Te ſolerti, & callido Marte, arque Stropha multiplici, ſectionemque citra *callicreatis* coagulum iſtud in aſpectum, lucemque protuliſſe, Teque *Theſſalo* quovis *præſtigiatore* verſutiorem pervulgaſſent. Sed nunc, *fœminea loquacitate* Tua, laudibus excidiſti tantis.

57 58 59 60 61 62 63 64
quam candida quædam crema in caſeoſam ſubſtantiam indurata,
65 66 67 68
repertum fuit à Nobis.

Ma-

55. & 56. *Quas* igitur *Novi Orbis in Oras* myriades illæ vaſorum, ac *ipſa* Americani Tui pancreatis *lympha* revolaverant?

57. & 58. *Cremorem* vel hordei, vel lactis, vel chyli *candidum* noſtris ſi ſubjicias oculis, *Colchico* atque *Tartareo Mago* vel fallacior, vel ſceleſtior, nuſquam audies. Nemo igitur Lacon, *item* Tibi *Magicam* intendet *candidi* Tui *cremoris* ergo; Sed tua tot iſthæc futilia verba merito ſubſannabit. *Te* nihiloſecius, *inſanabile tenet ſcribendi cacoëthes.*

59. & 60. *Cremam* illam, *candidiorem* licet *cygno quovis albo*, Latii veteris *candidi ſoles* colluſtrarunt nuſquam. Hanc igitur *nigro ſole* Tuo *crema*, vel *cremato*. Vel *nigrum* ſi *ſolem* in tantum abhorres, in quantum *à tua crema* Latinæ abhorrent aures, *cremam* tuam illam, *quiſquiliis tuis cum aliis*, ferro *concrema*, vel *concremato* candenti. Sed rurſus *probroſum* exhorres *durabile ſtigma*; Priori igitur auſculta conſilio, *de illis*, quo ſtigma deleatur omne, *inſimul concremandis.*

Id ipſum ante Me Hiſpanus ſenſit Librorum Cenſor, *Tua quippe, digna cenſet ſcripta*, omnia ad unum, *quæ in lucem Immittantur.* At *lucem* innui *Vulcaniam*, poſtremi verbi prima ſyllaba liquet; alias enim, *libris vivacibus futuris* conſecratam formulam in lucem *E-miſiſſet.* Sed quia fœtus illos animi tui *inanimos* deprehendit atque *deformes*, illos idcirco flammis devovet, quo *deformitas* illorum, & *putor* aboleantur æternum.

61. & 62. Si aliud à *cremore* nihil eſt, quî *caſeoſam in ſubſtantiam* induratur? Sed *caſeoſum cremorem* illum ultro Tibi largior. Te enim amantem novi, *caſei cum cremore.* Nec propterea dixerim *butyro* & *caſeo* Te conflari totum. Alias enim *oculi* Tui *loti* non eſſent *aceto* tam *acri*; nec *nares* Tibi forent tam *emunctæ*, nec ſcriptor audires *concinnus*, & *ad unguem factus.* Sed *terſe* licet, *prudenterque* ſcribas, altam tamen doctrinam, *(nolito ſtomachari)* ſcripta tua, nuſquam ſapiunt. Nihil enim niſi *mortuorum, quibus*, aſſiduo ſtudio, *fis concolor, monimenta verſas* nihilque *ſuper mutos Antiquarios ſapis.* At ego dum *Vocales* & *Cathedrarios* quotidianus obſervo, *Pumiho* ſim licet, Tu vero *Gigas*, ſcientiæ tamen meæ *horizonta latiorem* conſequor. Tuas enim cervices, *decuſſatis cruribus*, dum premo, Major eſt mea uti *videndi*, ita & *diſcendi* circumferentia. Tuis igitur humeris dum inſideo, id Tibi in aurem inſuſurrabo, concretionem talem, *qualem*

pra-

profers, millies me vidiſſe. Et quia *rigenti bubulo Sebo* ſimilior eſt omnis, quam *caſeo*: Mei idcirca Præceptores, *quos penes eſt arbitrium & norma loquendi*, nomen illi τραπώματος indiderunt, ad diſcrimen *tumorum* vel *melligenûm*, vel *pultaceorum*, quos vel μελικηρίδας, vel ἀθηρώματα nuncupant. Sed *cane pejus & angue* Tibi caves vocabulis ab iſtis, ne *Græca* videaris *araſſe vitula*. Rectos idcirco, *hic*, & *ubique*, Græcorum Romanorumque Medicorum Sulcos turpiter detorques.

63. & 64. *Talis*, id animis ut inculcem, *ſubſtantia indurata*, alias *arenularum exors eſt* & tunc ſimplex eſt τράπωμα; alias vero *ſcatet* arenulis, & tunc eſt τράπωμα vel *tophaceum*, vel *calcarium*, vel *gypſatum*, vel *petricoſum*, vel *tartareum*; Sive brevius, *Arenatum* eſt, vel *Cæmentum*. Sed tot iſthæc *verba ſtupuerunt ignavo palato*.

Maximopere vereris, ne *Laureolam*, quam ſolicitus in *muſtaceo* quæris, alius Tibi præripiat. *Inventum* enim iſtud Tibi aſcribis anxius, ſed *Tuum* verius non *eſt*, quam ipſa *Medicina*. Millies enim, atque millies talia & ab aliis viſa ſunt, *antequam vagires in cunis*. Sed more Tuo, qui *ruſticus*, & *agyrticus eſt*, nec ſuum *flagellum* ita *quatiunt*, nec *ſua* in tantum *oſtentant*. *Callicreas* quippe *Scirrhoſum* viderunt non tantum, ſed & *purulentum*, atque *gangrænoſum*. Et ipſus, (abſit Scriptioni invidia) *vietum*, *marcidum* & ita *contractum* reperi, ejus ut *acini tabuerint omnes*, & vaſa *coaluerint* penitus *occæcata*, adeo ut ne hilum quidem *lymphæ* vel filtrarint, vel tranſuderint in *inteſtinorum Exortum*, quem errore *cæco*, atque *gravi*, *inteſtinum* vocant *tenue*. Tenuium interim omnium & *ſpiſſiſſimum*, & *robuſtiſſimum* eſt; tantum abeſt ut *tenuiſſimum* deprehendatur unquam. *Error* tamen ille *malus*, atque *phanaticus*, Pancreaticos *Doctores* & occæcavit, & tranſverſos abſtulit *omneis*. Sed e diverticulo in viam. Viſne igitur, *Mi invide*, tanti marcoris ideam, marcidos conſule pulmones; vel amygdalas, nuceſque frangito Juglandes, (*ſi modo caninos*, *Orationis meæ furenti morſu*, *Tibi nondum confregeris omneis*,) & pulpæ loco, haud ita inſolenter, inanem deprehenſurus es pelliculam arentem, atque rugoſam.

Quid eliciam ex Obſervatione tanta, (*de qua nec vola*, *nec*

veſtigium, *ullos extat apud Scriptores*, *quod ſciam*) hujus loci non eſt, ut divulgem: Meis enim retibus ſuffire nolo, & idcirco Oratione mea tota, Mea ſilui Obſervata, quo *Regia*, atque *Cæſarea*, pleraque, detonarem *Exempla*. Imo, ne quidem aliorum nomina ſurda vel *Foreſti* muliebriter; vel *Zacuti* mendaciter ſcribentium, *Surdis* recitare volui. Ad iſthæc enim vel *Delphica* vel *Luſitana* quis auritus?

Si quod autem *Pancreas*, ex meis Obſervatis enuntiaſſem, id Pancreatis exſucci, *quod mihi arrogo*, Orationis meæ ſucco rigaſſem; Et eidem Orationi alterum & meum, ſed Tuo ita ſimile, ut Ovum ovo ſimilius ſit nuſquam, incluſiſſem exemplum.

Verum, Aſiana Tua, & pluſquam Therſitica verboſitate valere juſſa, his verbulis *ſex*, ſeſquipedalibus Tuis *octo ſexaginta* longe ἐμφαπκωτέροις, uſus eſſem,

1 2 3 4 5 6
Sic virile pancreas gypſatum ſecui, *tabificumque*.

Sex etenim illis habes [1] copulam hujus membri ſecundi *de pancreate tabifico*, cum ejuſdem periodi meæ membro primo *de pancreate tabido*: Et ſexum [2] cum ætate; & partem [3] male affectam; & [4] morbi ſpeciem; & cadaver [5] ſectum, una cum ſectore; & ſymptoma [6] *potiſſimum*, utpote quod *unum* fuerit *lethiferum*.

Videtis igitur, *ô Doctores crudi*, ſapidi tamen, & ipſô pancreatê *ſapidiores* inſulſô, (ad Vos namque revertor,) quid *diſtent æra lupinis*, & Lacones Arcadibus? ſed forſan *nigræ* veſtræ *loliginis ſuccô pleni*, hoc eſt, *atrâ* pancreatis *lymphatici lymphâ* ſecùs judicatis quàm Ego; *haud* ſiquidem *eſt eadem veſania cunctis*. *Situm* ſit ergo *in quinque Judicum genibus*, *an eruditum pulverem attigeritis?* Et *Roſcii* jam audiatis? Ego verò *Monachô indoctior*, & nihil *niſi per nebulam videns*, album colorem ab atrô nullus diſtinguam? *Judices* putem *Caſſianos*, abſque præjudiciô, *ex cortice de nucleô* judicium præceps nequaquam laturos, ſed libratis ſententiarum ponderibus, *Pedarios*

darios fore *Mihi Senatores* Græcis, Romanis, & Arabibus *assurgenti* Medicis; nec-non & Neotericorum præstantissimis *Scaligeris* v. g *Cardano*, *Fracastori*, *Vesalio*, *Fernelio*, *Gorræis*, *Ballonio*, *Cratoni*, *Dalechampio*, *Matthiolo*, *Hollerio*, *Mercuriali*, *Ballonio*, *Dureto*, *Paræo*, *Foësio*, *Laurentio*, *Riolanis*, *Hildano*, *Aquap: Harvæo*, *Veslingio*, *Pecqueto*, *Glissonio*, *Warthono*, *Tulpio*, *Chicotio*, *Willisio*, *Menjotio* &c. At, tanti Viri, *omnes ad unum*, apud Vos non modò despicatissimi jacent; sed & in illos, *ni fustuariò coërciti*, apolactizatis. Imò, Leonibus istis, mortuis plurimis, (*Siculô deteriores Majori Dionysiô*, *qui auream Æsculapio barbam detraxit*) pilos vellitis; quod ignavî, & illiberalis pectoris esse, palatique torpentis, atque judicii detorti, exasciatô suô atque repumicatô Vestrum in Apollinem commentô *Janus* evincit *Leonicenus*.

Sed Vos insubidos Bœotos tam *surdô* decet esse *palatô*; *similes* enim *habent labra lactucas*. Quid siquidem appositius, quàm Vos glanduloſos, *Cererê* neglectâ, *glandibus* vesci & insulsâ *Libellorum* farraginê pasci de *generationis organis*, de *placentâ*, de *nutritione*, de *pancreate*, de *ventriculi querelis*, de *alkali* & *acidô*, de *respiratione*, de *spiritibus* &c.

O pectora sine pectore, ipsôque, (ad clitellas) *Arcadicô germine nata*, & vel *stramentis digniora* quàm *aurô*; vel *tribulis* quàm *ambrosiâ!* O Viros tali pabulô *lucernâ pinguiores!* O Viros *mandragorâ*, *strychnóque* saturos; sed *nasturtii* egentes, & *ellebori!* O Viros βεκκεστελλώς, & *cerebrô vacuos*, *ranâ* tamen *gyrinâ sapientiores!* *O judicium* de Scriptoribus *acre*, sed *capite retrogradô dignum*, atque *Paridis* ac *Midæ* suffragio compar. Arbitratû nihilosecius Vestrô, O Viri, non solùm *auribus*, & *mente cæci*; sed & *mali commatis*, & malè feriati, *scribentibus doctis indoctísque* Medica *passim*, ludiones atque pantomimi, in *Orchestram*, *Scenamque* descendunt ad *myriadas*, & *gloriæ coronam* sumunt, *septem* stantibus *ingloriis* post siparia doctis. Numerus enim *stultorum*, & *idiotarum* immanis est, & numerum nescit, ipsis interim præmia datis honorum ampliſſi-

pliſſima: At *ſapientum*, *doctorumque* numerus *rarus eſt*, nec *calculis eget*; calculis idcirco reprobatus Veſtris, (*qui nulli ſunt*,) numerô nullô à Vobis habetur.

O dura & acerba ævi noſtri fata! ſed æquô interim animô ferenda. Quid enim aliud à Viris *Sphæræ* tam *exiguæ*, & *judicii* tam *obliqui* ſperare eſt? Nullô itaque Mei tædiô, & graviora paſſus, Vos quotidianus obſervo, ſcenicum intra Veſtrum, Magicúmque circulum, *glandulâ ab unâ in alteram* deſultores. Magorum enim morê, Vobis circulus eſt, ſunt certi denique fines, ultra quos Veſtrum nequit detortum conſiſtere judicium. Vobis namque, vel latum unguem à *pancreate*, & à *conariô* recedentibus, *Terebinthô ſtultiores eſtis*. Imò, genuinas glandulas illas è Librô Naturæ vel recèns, vel olim erutas, Veſtro ſi tergitis palato, illud penitus exſurdant, uti & hæc ipſa periodus veſtras & aures exſurdat.

Vultis metaphoram aliam, *varietas enim delectat & juvat*. Illæ Glandulæ binæ, Πάγκρεας & Κωναρίον, Herculeæ Vobis columnæ ſunt *Calpe* & *Abyla*, Ne Plus Ultra.

Vel aliter adhuc, *Pancreas* Veſtrum, mihi nuper Pandoræ * *Heſiodicâ pyxidê* verior malorum fons omnium, Vobis Cynoſura gratior eſt, (*morbificos fluctus ad omnes, quibus procelloſi jactamur*) Flavionis *pyxidê Nauticâ*, ineuntis ſeculi quarti decimi. *Glandula* verò *Pini*, Vobis, *fluctuoſum idem arantibus æquor*, Soſtrati Cnidii *Pharos* eſt: Ex illâ ſiquidem, gloriabundæ Praxeos Veſtræ palmas decerpitis, quas lemniſcatas, *duris Capitonibus Nobis nuſquam*; Vobis autem amiciſſimis Verticibus acutis frequentes imponitis: Iſthæcque capita dilecta Veſtri Tympanotribæ ſuis pulſibus in cœlum evehunt, quò Lunæ apud Incolas *digitô monſtrentur*, & celebrentur æternùm.

Nos interea nati infelicibus Aſtris, *quiſque ſuos patimur Ma-*

* Pag. 7. n. 275.

Afanes; dum enim Vos *cornicê loquaciores*, annoſarum *cornicum oculos* configere ſtudetis; Veſtriſque tartareis offuciis fidos *Doctores* illos obſcurare connitimini; Veſtris & proſcindimur dicteriis; quotquot ſcilicet, triticeis in Veterum agris *lolia* Vobiſcum non ſerimus.

Sic mehercle invidioſa hæcce Mea & *Oratio* & *Appendix* veſtrô confoderetur *obeliſcô*, is ni foret *piſtillô retuſior*. Et cùm aliundè, *Vobis plurimis*, rerum omnium ſit curta ſupellex, Vobis & gladius brevior eſt, (*& aliundè plumbeus*) Mecum ut aliter quàm *Umbratiles* ſitis digladiaturi; uti Vos & iſtud Doctores decet *Umbraticos*. Vos quidem *Zoilos*, & *Ariſtarchos* vocito, nihil tamen minùs eſtis. Illi quippe *Gigantes* ſunt, & *Atlantes*, Viros inter Literatos; At ſi quis Vos cum ipſis componat vel *Pygmæi*, vel *Myrmidones* eſtis, qui Veſtris, *è Pharô*, fanaticis thyrſis pollices illorum vix metiremini. Neminem enim Veſtrûm, (*quæ mea eſt infelicitas*) parem novi, vel uni Orationis periodo ſuis complendæ numeris; Quicquid namque *graphio* ſcribitis, id omne *graphicum* eſt; ſive aliter, peccatis ſcatet enormibus in Grammaticam, in Rhetoricam, & in Logicam; Imo, *quod vitiorum omnium fæx eſt*, ipſam in Artem, quam unice profitemini. Sed id rurſum, Vos Doctores decet umbraticolas, & *graphicos*, ſeu *ad unguem factos*, quique plus ſaginæ, quam animo tribuitis. Si quid ergo bonæ frugis Vobis Exſcriptoribus excidit, id à Marte Veſtro penitus alienum eſt, totumque Centonibus aſcribendum venit, quos tam pingui contexitis Minerva, Veſtræ ruditatis peritos ut pudeat. Credite mihi, vultis ſapidi Scriptores audire, *initium* diſcite *ſapientiæ*, *timorem Dei*; *Ipſum* deinceps diſcite *ſapere*, nam *Scribendi rectè*, SAPERE *eſt & principium & fons*. Criminoſis porro vultis fidem dictis, excuſſam à Me *Pancreatis* hiſtoriam intimius ſcrutari ſi nec damno, nec probro duxeritis, nullam in ea vel *ſalis micam* eſtis deprehenſuri; Interim illa nullius eſt veſtri vel lixæ, vel ſemilixæ; Sed unius veſtris è Primipilis. Verum, *nemo dat*, *quod non habet*. Qui

igitur insulsus sua conditurus est? Id tamen oportuit, nam *rerum inops*, *canoras* debuisset Nobis occinisse *nugas*. Est tamen quòd *gaudeatis in sinu*, nugas illas ab insulso vestro tam insulsas, Arcadicis auriculis usque adeo acceptas esse, passim venales ut prostent. Immo, leprosæ vestræ Medicinæ sequaces alium, *vestris à nugis*, *atque fabulis*, Heliconem non agnoscunt, sed totis in illum animis feruntur gregatim: Et exinde, alio nusquam deflectunt, quam vicinum ad Caballi fontem, cujus aquis & labra si proluunt caballina, & theses si rigant mimicas, *clariores* à vobis ipso *Clario* perhibentur.

Sed fidelis Phœbeius Augur, mihi dixit in aurem, nec ipsum *Caballi fontem*; nec ipsos fonte prolutos; nec rivulos ab eo deductos; nec arva eodem irrigua, ætatem latura.

Nunc quidem, *fateor*, lymphaticam scriptionem illam novitas commendat, quæ plures & fascinat, & lymphatos abripit: Sed brevi, *novitatis amissa gratia*, putidissima fiet, nullâ quippe vel rerum, vel styli ubertate concisa vel *Hippocratea*, vel *Thucydidea*, æternitati consecratur; Verum, *Annalibus Volusi*, & *charta cacata* vilior est omnis.

Nihil autem est miri Medicinæ studiosos, judicio nondum subacto, & in turpissima Literarum, & Artis suæ, versantes ignorantia vel *Morsimi versus*, suas ad Theses, *exscribere*. Sed deflere est profecto *Literas* & *Medicinam* ita intercidisse, nec ullam illarum, [ab eruditissimi Collegæ mei, Literatoris summi, *Theodori Ryckii*, Oratione votiva atque hortativa] sperandam esse, *Medicam saltem*, Regenerationem, quamdiu scilicet, spurcissimis ex illis Artis Medicæ lacunis; non vero limpidissimis è Græcorum atque Romanorum fontibus hausturi sunt. Apud istos quippe lacunosos, squalentes, atque fœtidos, Artem suam nullam, sed psittacorum duntaxat inconcinnam & agrestem garrulitatem condiscunt. Fonteis autem nobiles si viderent, *illimes* illos essent, atque largiter *Medicatos*, deprehensuri; & ex illis vivacibus, atque largifluis, præter Artis suæ saluberrima præcepta, lepórum

etiam

etiam affatim haurirent, quibus animos & nubilos ſerenarent, & demiſſos erigerent, & marcidos lactarent, & avidos explerent, & ſegnes provocarent, & trepidos confirmarent, & altos deprimerent, & minaces frangerent, & infeſtos conciliarent, & alienatos reducerent, & ſuſpicaces perſtringerent, & commotos tranquillarent, & petulcos comprimerent, & acerbos lenirent, & agreſtes excolerent, & refractarios flecterent, & feroces cicurarent, & ferreos mollirent, uno denique verbo, motus animorum tenerent in ſua poteſtate, pravos ſcilicet emendarent, & contumaciſſimos ipſos verſarent in omnes partes, atque ſic vel moroſiſſimos Ægrotantes ad ſalubre conſilium amplectendum impellerent.

Sed rudibus illis, atque loquacibus, Juvenculis, *qui Minervæ docendæ pares ſeſe fingunt*, id unum animitus exopto, ut, *vel Senes*, ad tantum ſcientiæ culmen perveniant, ad quantum ſeſe Doctoratu perveniſſe ſibi blandiuntur.

Verum, ſuas ad glandulas, *quas in deliciis habent*, ceu Sirenum ad Scopulos, obſtinatiori & obfirmatiori conſeneſcere malunt animi ſententia, quam, *feris ab annis uſu veniente*, ab adamata diduci Chimæra. Iſti quippe Narciſſi, *rivale nullo*, uruntur amore ſui, & quam vel veritatis umbram, vel imaginem ſui ſemel viderunt, pertinaces illam conſectantur. Imo, Metaphoram in ipſos alio ſi detorſerim, iſti αὐθάδεις *ſibi* non modo *canunt*, ſed &, læti vacuo ſeſſores in theatro, ſibi plaudunt; nec ullo vellent expulſum Elleboro morbum. Is enim mentis gratiſſimus error illos ita permulcet, Medicis ut Principibus & ipſo eloquentiæ Rege, in rerum Regina Roma, majores ſeſe prædicent: Æſculapio propterea nulli, vel Epidaurio, vel Romano; nulliſve & Muſis Atticis & Mercurialibus Gratiis ſacra facere dignantur; Sed pulmonei atque ſtolide tumentes ſeſe jam illis abundanter litaſſe ſuperbiunt. Hominum interim nemo, *nequidem delirus*, ſibi finget uſpiam vel Artis Apollineæ facultatem ullam penes ipſos eſſe; vel Suadelam ſuper ipſorum labiis habitare; Atque adeò nec mentes illorum ulla trepidatio ſubit fulminei Jovis, ob

alterum à se *Hippolytum* à mortuis excitatum: nec aliunde vereri est *Mortalium* ipsos fore *catenas*, à Diis in terram demissas, quibus sibi nostros illigent animos. Sed hac in re, suis consultum rebus autumabunt; invicem quippe sibi gratulabuntur nos ad sese nusquam alligari: Satius enim ducunt sui juris, & suæ spontis esse, quò huc & illuc, nos citra, liberius cursitent, & quosvis in Arte medendi, dicendique claros canina allatrent invidia. Ipsorum interea parcerem invidiæ *acres* si forent *venatici*; sed *molossici* sunt *parasiti*, offa qui venalem animam habent, & cujus gratia præter irrisum, dicteria & colaphos, cinereas etiam ollas sibi in caput confringi paterentur. Nullus tamen vellem capita tam lepida confringi. Quod si rixosi duntaxat forent, abunde ipsis esset aures gestare laceras; sed quia mordaces sunt, & nemo nostrum, *Hyrcana* * *vesania*, censet optimam sese consecuturum sepulturam canibus si laniatur, consultius nobis erit, ipsos & invitos & ringentes ad *catenarios* reducere: Verum, nobile propter genus è *Molossia*, torque decorentur majori, & trabalibus innocui latrent torquati clavis. Tantos honores, tantumque *Torquati* cognomen, non equidem invidebo, mirabor magis. Vos interim audio mussitantes, O Glandulosi! Torquibus illis vestros vel fidiores servos atque vertagos arceri venatu, quo viros probos atque doctos, *spiritu vobiscum uno*, & prosequerentur & dilaniarent; ac proin, vos malle tantos vobis indivulsos adjungi comites, ut noxam noceatis & Bonis & Eruditis communem. Id igitur testibus auritis à decem accepi, vos vafros atque technicos restiones technam atque restim excogitasse, *qua datur nequior nulla*, internecionem scilicet in *Græciam*, atque *Latium*, estis machinati: Vultis enim, *vulpecularum adinstar*, resti ad caudam

* Hircani quippe, *Tullio teste*, canes pro sua quisque facultate parant, à quibus lanientur, eamque optimam illi censent esse sepulturam.

dam conſtringi, intermedia pingui ardente facula, quo ſegetes *Aſianas*, atque *Romanas*, Literas nimirum *Græcas*, atque *Latinas*, veſtris feralibus tædis incendatis: vos ſiquidem ad noxam, Literis & Literatoribus inferendam, *cera jam cohærere eadem* nemo non novit; *indoctis* quippe *nihil eſt iniquius.*

Veſtram inſuper conſcientiam teſtor, an non animos geratis ſeriis à ſtudiis alienos, & an ulla conſulatis unquam Veterum Oracula, niſi forte Delphicum veſtrum, *quod vobis omni exceptione majus eſt:* ſed doloſum illud & fallax jam pridem deprehenſum, atque carbone Leoniceni notatum. *Delphicos* autem *Tripodas* ubi conſuluiſtis ad *Druidas* quandoque & ad *Faunos* aditis: Ego vero, qui *Faunos* & ludibrioſos, & fatuos jam olim comperi, illos omnes miſſos facio. Ad illos ſaltem *Sylveſtres*, atque *Sylvanos*, ceu *fatuellos*; dictiſque *fatuis* ludificantes, *haud ſecus ac Ulyſſes adverſus Sirenum cantilenas*, aures mihi oblino cera, quo ſyncerior ab ipſis deflectam, aure nulla ipſorum *ludibriis* faſcinata; atque ita ſenſibus integris memet *ſapientiſſimos* ad Scriptores referam, quorum numero pauci veſtrum aſcribendi venient, niſi vel *Æthiopes* fuſcedinem, vel *Leopardi* maculas depoſuerint.

Sed *pilum lupos mutare*, non vero *mentem*, certo noſtis. Nihil itaque *ſanioris mentis* ſperare à vobis eſt; *vulpes* enim *ſemper vulpes*; uti *ſimia ſemper ſimia*, & quam *ſalivam* veſtris cum Faunis ludificabilem atque ludicram imbibiſtis, ad ultimam & veſtri pancreatici guttulam ſucci, & turbinatæ motionem glandulæ veſtræ, conſervaturi eſtis. Sed rictus ſaltem illos cordis veſtri ringentis indices, tenuiſſe oportuit, veſter ubi Rector publice nuper orabam. Verum, redundantia cordis ſcurrili dicacitate ora veſtra idcirco diduxit, quod necdum *Libitinæ trophæis* annumerer; nec vobis fuerit integrum me de ſuggeſtu, *una cum clepſammate meo* deturbare; id enim vobis uſque adeo grave fuit & oneroſum, ut millies intra horam, Danaidum dolio rimoſius illud volueritis. Magnatum porro præſens auctoritas, meique Rectoris

καὶ τε μεγαλοπρέπεια *, ἢ μεγαλοψυχία vos μικροπρεπεῖς τε ἢ μικροψύχους à propudioso facinore deterruit. Sicut enim illiberales, ita & pusillanimes estis, quod vos profecto decet viros *servos*, atque *cervinos*, sanguine carentes, & *ad frondium crepitus lepore meticulosiores.*

Vestram interea multiplicem miremini Metamorphœsin: Vix enim ullum est animal, cujus vitia medullitus non imbiberitis: fuistis modo *vertagi*, *molossique*; modo *leopardi*; modo *lupi*; modo *simiæ*; modo *cervi*, modo *lepores*. Hactenus ergo nihil inter vos atque inter quadrupedes interest. Sed quia Jupiter vos in deliciis habet, meliori forte vos judicat condignos. Nulli igitur vereamini in Cypriorum, à Veneris dominatu deficientium, incurrere fata; *(illius siquidem Deæ sacra colitis, & nostros duntaxat in sanctioris Medicinæ Parentes rebellatis,)* Jupiter namque feret nequaquam *grandia* vestra *in torvos transformari membra juvencos*; Sic enim & fœnum in cornu gereretis, & *Quadrupedante putrem sonitu quateretis ungula fontem*, Caballinum scilicet vestrum p. 282. & 288 putidissimum. At vester *Juvans Pater*, vos, hisce terrenis affixos, in cœlum rapere decrevit. Nullus itaque vestram rursus *rusticam turbam* percellat metus Lyciorum infortunii, *suæ rusticitatis ergo*, conversorum in ranas: *pulso* tamen *pudore*, *turpes litibus exercetis linguas*, & vestra in me *dilatant patulos convicia rictus*, ac *limoso* insuper *salitis in gurgite* pancreatico, & aliud denique nihil, quam *glandulas coaxatis.*

Sed sic vobis necdum, *ex Jovis decreto*, crassum hunc aëra vestro liceret perrumpere volatu. Quid ergo de vobis fiet? An è quadrupedibus *quadruplatores?* & *quadruplatoribus* Ascalaphi pœnam Proserpina vobis est inflictura, & *Sparso capite Phlegethontide lympha*, vos *In rostrum, & plumas, & grandia lumina vertet*, ut vestrûm quisque, *fœda fiat volucris venturi nuncia luctûs*, *Igna-*

* Vid. infra ad calcem.

Ignavus bubo, dirum mortalibus omen. Sed quanquam humano generi *male* ſitis *ominoſi*, & veſter ad ægros ingreſſus, nihil niſi luctus & funera ſpargat, *Metamorphoſin* tamen, vobis dignam, nondum eſtis nacti. An igitur ob Apollinis Sacra, quæ profanatis, ab ipſo, (*non autem à Bacchо intimæ vobis admiſſionis*,) Mineidum punitione, Orgia Bacchi contemnentium, in aves tranſmutandi venitis, quæ *Sero trahunt à veſpere nomen?* Verum, more licet illarum largam & honoratam (*Hippocratis*) lucem & refugiatis, & floccipendatis, vobis tamen tenebrionibus Metamorphoſis congruit nondum. Væ tibi, *Drelincurti*, quid *gaudia noſtra moraris?* Noſtra ſiquidem univerſa glanduloſorum turba ſeſe publicam in lætitiam jampridem effundere geſtit, illius ego ſpei, qua nos ipſe foviſti, de *Jovis* conſilio noſmetipſos in cœlum rapturi. An igitur, cum tot moras nobis injeceris, totque nos ambagibus ſuſpenſos, & incertos tenueris obſcura ſpe, & cæca expectatione pendentes; Et cum aliunde multiformes nobis Deorum in criminoſos animadverſiones narraveris, quibus hominum expulſa forma in fœdum genus alitum converſi ſunt, metus aliqualis noſtros non eſt ſubiturus animos, ne tuæ captioſæ ſint ambages illæ, quibus nos innectis; neve tam læva ſit tibi mens in nos, homines nuſquam lævos, ut ſiniſtre de nobis ſentias *Iovem* quidem nos in cœlum, id eſt, viam in ætheream; ſed ætherea via nuſquam in Aſtra ſublaturum. Id tamen ex æquo fieri oportuit nobis *Orioni* comparibus; *Trium* quidem *Deorum urina* prognati non ſumus, *id* enim *optaſſe mortale non eſt*; ſed Triumviralis Humor, jam olim *menſes ante decem* non ab *incelebri Hyreo*, ſed ab *inclyto le Vaſſeur* alte † defluſſus *genti noſtræ cunabula* dedit; *ferarum* deinceps *genus omne*, præcordia exedens humana, arte doma-

† Et tam alte profecto ut ſit reſurrecturus nunquam; atque adeo ironica eſt ſequela, is enim Ludovicus Le Vaſſeur * *gentis noſtræ jugula ferivit.*

mamus *Centauri Chironis.* Conſequens eſt ergo ut *meriti præmia habeamus.* & nos *addat Latona nitentibus Aſtris.* Sed quia meritis ſuus non ſemper conſtat honos, & tu *Drelincurti*, qui noſter cum Jove, *nobis benevole*, internuncius es; nobis nihiloſecius inimicos videris gerere vultus, novus nunc corda noſtra percellit metus, ne dum toties ceu garrulos, atque ſuperbos apud Jovem, ejuſque filias nos traducis, ſortem experiamur probroſam, & qui nunc *vulgi* ſumus *laudes indocti*, quod *vana dulcedine* glandularum *fallere non deſinimus*, vertamur in *nemorum convicia Picas.*

Et revera, niſi noſtris & aſſentatiunculis, & detrectatione alienæ ſcientiæ rudis vulgi famam aucuparemur, talem Metamorphoſin candidi & recto pectore, novem ſororum, nobis nuſquam, uti Pieridibus iratarum, ſed benevolarum, luculentum teſtimonium eſſe profiteremur. Nos enim, *abſit gloriatio dictis*, conformatione tanta condignos reputamus. A nobis namque alienum eſt nihil, quod Muſas ab illa mente, atque conſilio deducat. Jam etenim *cœlum digito attingimus*, & quia *bombyces* ſumus *angulares*, & *viri bombylii*, qui *projicimus ampullas*, *vendibilibus* glandulis noſtris totus jam reſonat æther; & *ſuſpenſa hedera nihil* ipſis *opus*. gravem enim ad illarum, (*ubique nunc fœtentium*,) odorem convolant undique *corvi*: atque adeo *cornicari* nobis nuſquam incumbit MUSARUM AVES ut famigeremur.

Sed amabo, animum advortite quæ loquimini, ne veſtri malus amor vos abripiat transverſos. Hactenus enim Jovis renuncius ego, Numinis quidem conſilium univerſe vobis aperui, de veſtro in cœlum raptu; & meum ſermonem illum vobis ludificabilem eſſe, *ut eſtis naſuti*, jam pridem ſubolfeciſtis; eſtis namque odorati me nec Sidereum, nec Empyrium, ſed Expanſum illud, quod alites pervolitant, intelligere. Vobis igitur clare atque diſtincte renunciaturus ſum, nulla nullum, *ter novies*, *ambage verborum obſcurum carmen Magico demurmurans ore*: ſtatutum eſſe atque decretum à Jove vos hiſce terrenis affixos in volucres eſſe vertendos, & in

avi-

avicularum cœlum evehendos. Sed etsi gloriati modo sitis *cœlum* vos *attigisse digito*, *rem* tamen *ipsam* vestrum nemo *tetigit acu.*

Quid ergo tandem, post tot ludificationes, de nobis fiet? Avetis scire, *quantum perspicio*, admodum anxii atque solliciti. Nolim igitur vel animos expectatione, vel vos adunco naso, suspendere. En itaque vestram a Jove sententiam, *Persarum & Medorum decretis firmiorem*, sancitum scilicet esse, & apud Superos ratum, vos omnes & singulos, qui *Drelincurtium* conviciis urbitis, atque adeo, qui glandulosis Doctoribus *exitium cacastis*, TURDORUM naturam induturos.

Quamvis autem voluntas Superûm summa, summum sit Jus, nec eorum sit ullius consilii sui rationem dare, lubens tamen tantæ sententiæ rationem subjiciam, quo vobis planum fiat, modo & ratione omnia facta.

Quid enim primum, vos decet magis, quam *turdos* esse. Tarditatem ingenii nihil culpo; culpent alii; sed vestram in morbis cunctationem quis ferat? *Occasiones* enim, *curationum animæ sunt*: At ubi præceps est illa, ac etiam calva, cessatores interim estis, & *cunctando perditis ægrum.* In Arte siquidem nostra, sicut in bello, *bis peccare non licet*: nam procrastinatio, quæ aliis artibus simpliciter est damnosa, urgentissimis ægrorum in rebus est peremptoria. Vos igitur vel Lentulos prius, vel Fabii Maximi filios natu majores & *Tardos*, merito Jupiter permutavit in TURDOS.

Est, quod dictis & factis pondus addam. Ingenio non solum tardos, sed & auribus, turdis tardiores, ac surdiores vos Jupiter vidit. Vestris enim ægris, *effræni lingua*, non solum *morbus alter* estis, sed & passim usque adeo loquaces, ut nusquam auscultetis quid vicissim alii dicant. Vos igitur loquacissimos, & turdis surdiores, veros in turdos transformavit Jupiter.

Plura vultis? *Turdi* non unice *tardi* atque *surdi*, sed & *hardi* sunt, ac retibus subdolis faciles irretiuntur; Sic vos, uno decepti, non Oraculo, sed aucupio Delphico, crasso-

rum more turdorum, *deciditis in caſſes præda petita ſuos.* Ejus itaque aucupio, & quidem auribus veſtris nuſquam, ſed oculis facto, (*nam uti ſurdi eſtis, ita & ille verborum eſt aucupio nullo*) quoniam eſtis pellecti, vos idcirco Jupiter in turdos oculis deluſos immutavit.

Vos deinceps ex Turdorum natura Jupiter ſi fingit, en vos ad ipſorum naturam unice viventes. Primum enim, non niſi lumbricis, muſciſque victitant: Sic vos plumoſi, & chartacei Doctores nihil niſi inſecta, & viliſſima quæque ſchidia, atque ſchedia, hoc eſt libellos famoſos, & nænias næniarum, ac Æoli demum, Erebique ſchedulas avidiſſimi voratis.

Veſtras autem plumas, atque plumoſam indolem antequam haberem perſpectas, vos & lauri, atque lentiſci baccas deligere mihi finxeram. Qui enim aliter mihi in animum induxiſſem, ipſas Muſarum aves vel in laureta non volitare, vel in vireta lentiſcifera non devolare, vel in ipſum Parnaſſum non evolare. Sed, *uti nunc certe ſcio*, tantos non audetis *tentare volatus*, nec *præpetibus pennis* tantum *æthera ſecare*; Verum, latebrarum, foraminum, & cavorum eſtis amantes, quo veſtra exinde proliciatis Inſecta. Unice igitur apud me eſtis in poſterum audituri *Inſectivori*, nec vos uſpiam vocitaturus ſum ὀψοφάγους, ſi quid enim aliud ab inſectis roſtro legitis, glandes ſunt ſtercoreæ, atque ſic graves etiam eſtis καὶ τε βαλανηφάγοι, καί τε σκατοφάγοι; Vobis idcirco plaudo *Æſculapii* gravi condecoratis *epitheto.*

Alias profecto, *miſſis illis ſtercoroſis*, ad *vos*, nunc *turdos*, τὸ κιχλίζειν *delicatius vivere*, perinde attinet, ac ad *vos* eoſdem, *ungula nuper* * *ſolidos*, τὸ λακτίζειν *calcitare*, attinebat. Quid vos itaque, γνησίους τὰς κίχλας, *genuinos* jam *turdos* ab ullo abſterreat κίχλισμῷ *delicatiore victu* haud ſatis perſpicio? Athenis quippe nulli vivitis, ſtrictior ubi diſciplina τὸ κιχλίζειν

* Pag. 286.

ξειν κωλύει, hoc eſt, *gulæ vetat indulgere lautiori.* Sed mihi exciderat, veſtram ante Metamorphωſin palato vos fuiſſe * ſurdo & ad *Sybariticas menſas*, & ad *ciborum mangonia*, vel ex *Archeſtrati* regulis, vel ex *Apicii* palato permiſta: atque adeo mens illa me ſubiit, priſtinam vos penitus nondum exuiſſe naturam.

Verum, quo feror, qui τὸ κιχλίξειν vobis detraham? Me dicti pœnitet ac pudet, ac vocem, reverti licet neſciam, revocabo ac remandam; Vos ſiquidem comperi noviſſime κιχλίζοντας *immodeſte ridentes*, & cachinno diſtortos, feria dum habebatur Orario, quæ vos trudebat in tumulum.

En & alia veſtra cum turdis indoles. Inquilini atque *feri* vivaces; advenæ atque *domeſtici* morbidi ſunt, nec ullo *turdario* aut cicurantur, aut ſaneſcunt. Sic vos, *in arborum* quidem *cacuminibus* turdorum more nequaquam foti & excluſi, ſed *in navium ſentinis* nati & educati, æris eſtis impatientes cum *Politici*, tum imprimis *Aulici*; Et id *feros* veſtros *in navibus natales ſapit.* Prudentes idcirco vel veſtra jacetis in ſentina, vel veſtris cæſpitibus incubatis, aura cæli gratioſi nulla vel afflati, vel unquam afflandi. Et niſi vos *turdos* eſſe compertum haberem, cochleas, (*quarum vitam vivitis, domi ſemper latitantes,*) vos eſſe putarem: Sed quia *turdorum* eſtis induti natura, de *Pinu* volatis *Arcadica* in *Bœoticam*; & de *Bœotica* in *Arcadicam*: ſtrictior etenim *ſinus* eſt *Corinthiacus*, qui *Bœotiam* ab *Arcadia* diſterminat, quam ut cœli veſtri temperiem variet ullus.

Mentio porro nidorum, *recens injecta*, memoriam mihi refricat *luti contigui*, quo ſuos turdi nidos *contextim* ita conſtruunt, ut νεοττιεῶν ὁρμαθὸς *ſeries* & *catena nidorum* eſſe videantur. Et quis cordatiorum neſcit *lutum* vos Medicinæ atque *fæces*, veſtros ad nidos, in altiſſimas deponere *Pinus*, copula inter vos tanta, ut, vel veſtram ante Metamorphωſin *cera*

* Pag. 279.

cera * malefica *cohæseritis* eadem, *cera* & *laudati* pariter eadem, sicuti nunc *imis* radendi *ceris* & iisdem.

Verum enimvero, an non injuriosus forem in vos, si *turdorum* vitia vestra detexi; ipsorum, vestrumque virtutes nullam protraherem in lucem. O utinam ergo, vel aliquod Numen me afflaret, vel *Pierius* saltem *mentis incenderet ardor*, quo vestram primum solertiam in Archididascali Delphici vocibus imitandis carmine celebrem, & quidem Heroïco, Quicquid enim *Oscè* & *Volscè*, quia *Latinè* nescit, de *pancreate*, & de *conario* fabulatus est, id ipsum *trutilatis*, vel *recantatis*. Qua certe recinendi peritia vestra *turdum* longe superatis, qui Cæsaris apud Agrippinam, hominum sermonibus tam fidelis resonuit, illius ut memoriam nulla sit temporum edacitas exesura. Jure igitur maximo, O Doctorum *garrula* & *resonabilis Echo*,

Semper honos, nomenque tuum, laudésque manebunt!

En & vestras laudes alias solidiores multo; sicuti namque *obeso*

Nil melius turdo,

Ita profecto, quid vobis *Doctoribus* & *obesis*, & *obesæ naris* melius est? *Pinguis* etenim vester *aqualiculus* extans propenso sesquipedê, *sensum tenuem non gignit*; ac exinde, præ bonitate toti nunc simplices estis, & innoxii, qui modo fuistis corde duplices, atque malefici.

En vestram rursus solidam & gloriam. est siquidem

Inter aves turdus, si quid, me Judice certum
Gloria prima:

Ita mehercle, vestras estis concolores inter aves, *gloria prima*. Pompeji † tamen sine vobis vivunt: Imo idcirco vivunt,

* Pag. 285.

† En Me Oedipum ad illud ænigma. *Pompejo* ægro Medici *turdos* præscripserunt, & cum nùsquam, *nisi apud Lucullum*, essent reperiundi, à *Lucullo* interim peti noluit *Pompeius*, regerens, *An igitur*

vunt, quod vobis *turdis* & *tardis* ſint uſi nunquam.

Verum, transformationum ſatias me tenet; nec tot illarum ullum induxiſſem animum, ni vos naſutos, *me præſente*, tam turpiter denaſaſſet ille Naſo. Alias quippe, dum vos, ceu tot Apollines ſuſpicio, mentem meam id unice ſubiiſſet, Appollinis vos more ultroneas tot ſubiiſſe formas. Nullus enim adducar ut credam dilectam vos ſobolem Jovis, quibus eſt *herbarum ſubjecta potentia* veſtro vos nequiviſſe Moly, *Mercurii potiore*, tot ab illis aſſerere Metamorphoſibus. Sed nunc tantæ veſtræ & Majeſtatis, & Potentiæ detrimento exploratum eſt mihi, formas tot illas, invitas eſſe, nec *ullis medicabiles herbis*; *nec prodeſſe Domino. quæ proſunt omnibus artes.* Supremis interim votis priſtina veſtra, ſplendidaque Glanduloſorum Apollinum exoptanda forma. Sic enim glandularum ritu conglobati, fœdiſſimum ludibrium illud, quo nunc vos proculcant, virtute fortiori à vobis amoliremini. Sed tot diſſimiles formæ, quas ſubiiſtis, *non conveniunt glomeramen in unum.* Vobis itaque, propria virtute caſſis, maxime ſum auctor, ne vos pudeat tantis veſtris in anguſtiis, ad Circen deflexiſſe? ſicut enim ſuis illa carminibus ſocios Ulyſſis in ſues convertit, ita certe, negotio nullo, vos, origine Bœotos, priſtinam ad Glanduloſorum naturam revocaret. Et cum aliunde notum ſit ſuem Bœoticam glandibus & cœno in lepram incurrere, *citra carmen*; quidni pariter, vel abſque Circes incantamentis, glandulæ veſtræ cœnoſæ mala ſcabie vos inquinent? Quo tamen citius veſtrûm alii ſeſe aliis affricent, en dignabitur Circe ſuam vobis oggerere *mixturam*; vel *ſummos tangere virga capillos*, & confeſtim *ſetis horridi*, *totoque in terram procumbente vultu*, *pro verbis*, nil niſi

rau-

tur *abſque Luculli luxu Pompeius non viveret?* Secundum porro periodi membrum per ſe patet. Ad extremos ſiquidem exitus non *una* ſemper *truculentia morbi* ſufficit, ſed & *Medici imperitiam* accedere oporteret, quo citius conficiatur æger.

raucum murmur edetis. Et tanta profecto Metamorphosi vos adjutum iri totus confido; illa quippe lepra vestra potiores nullæ vobis suppetent artes, quibus hæc ad mea spicula stupeatis.

Vereor interea ne *Menelai* criminationem incurrerim, & *Consultor factus sim invocatus.* Quid namque vobis expeditius est, quam regessisse mihi, Quid te & ficti vultus amico, & consultore dolose, egemus? An non nostris ab incunabulis corio sumus *elephantino circumtecti*? Nostra igitur elephantiasis isthæc nobis est abunde, nec lepra nobis opus est quæsita atque precaria, quo dentatam tuam ad chartam sensum deponamus omnem? Hoc unum dolemus duntaxat, *dolore si modo tangimur ullo*, elephantis corio nos primitus obductos, elephantina interim, jam olim egêre promulcide. Id unum à se *Prometheus* si sineret exorari, speraremus omnino nos fore tandem παιολέθρους *omni ex parte beatos*, uti nunc sumus πανόλεθροι, *omni ex parte pinus in morem fucrisi*: Tanti quippe beneficii spes decolavit omnis, & tuis aliunde telis, ac bifrontis etiam *Leoniceni Jani*, tam alte confossi jacemus, res ut nostra jam rediierit ad Triarios, & nos *ad restim*, *drachma emendam.*

En vos igitur spe cassos, & ad summam desperationem adductos. Sed illiberale foret in vos & jacentes & calamitosos insultasse. Generosi pectoris est, vobis ægris & deploratis ægrescere, vicesque vestras dolentius deflere. At ubi fata vestra & gravius & diutius, quam ulla mater unicum filium eluxero, si quis proditor *cujus anima glandularum limo atque fæcibus sit profundior immersa*, revocatis animis me suffodere vel somniet, is *modo non sit diobolaris*, *vel de lapide emptus*, virum me sentiet, & qui nunc miseris vobis nullus insulto, tunc insiliam, *Gallorum enim est insilire*: Meum igitur erit, qui totus sanguine Gallico, *vel* ad summas digitorum clausulas, perfundor, gigantis illius pulmonei, atque stolide tumentis, retundere supercilium. Sed si de Vobis, *jam oppressis*, ne unus quidem Gigas, ira mea dignus, resurgat,

at-

atque reſiliat, tunc hoſtilem illum, quem, *hacce ſortis veſtræ commiſeratione*, animum depoſui, benevolum vobis perpetim, atque, beneficium eſtis expertum. Sicut ergo generoſus profiteor, nullum me de vobis blateronem. (*mihi licet magis obſtreperat, quam Ulyſſi Therſites*) lethali contuſurum pugno; ita profecto, ſi qua virtus apud vos fuit unquam, veſtrum erit accepti hujuſce beneficii memorem animum in me præſtare; meamque fidelitatem illam; dum apud vos Libellionis ſuſtinui partes, ſuo remetiri pretio. Fidus quippe veſtrum Polyantheam vobis ad verbum expreſſi, quo fidelitate tanta veſtram gratiam aucuparer.

Si quid porro vel in vos durius, vel de me, *faſtoſi Maximi more*, ſuperbius dictum ſit, id univerſum, veſtri in Polyantheæ caput recidat. Is enim, autographo ſuo tot de vobis vituperationes, ſed tot inſimul de me gloriationes includit. Illo igitur nomine, tantum abeſt ut apud vos, *rerum æſtimatores æquiſſimos*, culpandus veniam, ut ediverſo laudibus ſim laudandus tergeminis ob fidele ſcilicet hocce meum Apographum. Fidus enim Exſcriptor nec ſua laude, nec ſua mercede fraudandus eſt unquam. Veſtra ergo, & prœconia, & præmia, ſpe devoro. Nihil ſiquidem cauſæ ſubeſt cur illa mihi largiter non tribuatis; jam quippe Judices in me ſedetis inculpandi & affectuum expertes, veſtram namque non modo bilem aterrimam, ſed & pancreatis acorem omnem, meram æruginem, & purum putumque virus, in me, *de ſugeſtu dicentem*, effudiſtis. Ab illis itaque ſynceri meritiſſima mihi, ex equo & bono eſtis decreturi. Etenim fermenti veteris vel hilum ſi reſtitit, illud omne profecto & mandragora veſtra & opio veſtro ita repreſſiſtis, ut veſtrûm nemo totus nunc in fermento jaceat. Dum vos in ſynceriſſimum candorem illum ita repurgatos contemplor, tota mihi præ gaudio præcordia ſaliunt, malignitate nempe nulla, nullove livore vos impeditum iri, ne palmas mihi bene multas, è veſtra palmifera Pharo decerpatis, quo manus meas alteram, atque alteram exornetis, quibus hoſce vobis, raptim qui-

quidem, ſed fideliter, plenis è Polyanthea calathis, floſculos legi. Rem tantulam eo confidentius à vobis expecto, quod eo in me animo vel maligno, vel invido nequaquam ſitis, quo *Sochares* olim in *Miltiadem* erat de Perſis victorem, coronamque petentem oleagineam, ſibi negatam. Veſtras itaque palmas animo dum percipio, ad hæc interim exultetis Floralia veſtra, & hoſce Polyantheæ flores ſagacius odoremini quam alias, nunc enim eſtis emunctiſſimæ naris, & vos in deliciis Flora habet. Veſtrarum aliunde palmarum gratia nuſquam apud me ſeneſcet, ſed æternum vigebit, & ad mutua vobis officia, *ad aras uſque præſtanda*, me perpetim & acriter eſt inſtigatura.

Meas porro & *jactantiam*, & *pugnantes* de vobis *ſententias* feratis ſupplex rogo. Id utrumque, *coctu licet durum*, efficiam ut concoquatis. Primum quod attinet, immodicum proprii jactatorem honoris me oportuit, quoniam olim, dum eratis ἀκέφαλοι, *ſine capite*, & *auribus* nihilominus *Bœoticis* largiter inſtructi, infenſos mihi gerebatis animos, ac idcirco turpem ac vitioſum Exſcriptorem Polyantheæ rugoſa ſanna eratis me cavillati; & iſthæc *ſanna* veſtra, atque *cavillatio*, me invitum ad magnifica mei ipſius præconia compulerat. Nunc vero, multiplex illa forma, quam uſque adeo variam atque variam ſubiiſtis, vos alios plane finxit, amiciſſimos nempe mei, ac meorum etiam fidelium Apographorum æſtimatores æquos, atque graves; me proinde jactare deſino, & ex animi ſubmiſſione, quemque veſtrûm me præcellentiorem exiſtimo. Cæterum, pugnantia tot exſcripſi, non imprudens quidem, ceu tot illis ſecum contradictionem invehentibus patentiſſimum vobis præberem confodiendum latus. Iſtud certe meum infortunium, ardens ille meus in vos zelus declinare nequivit, quo etenim paratior, *veſtrum ad nutum*, vobis Polyantheæ feſtinatum cederem Apographum, volante non ſolum calamo, ſed & ambabus illum deſcripſi manibus; atque ſic *dexterâ* excerpta, vobis *dextra* ſunt & bene ominoſa; *ſiniſtrâ* vero tranſcripta, vobis & *ſiniſtra* ſunt, ac etiam male ominoſa. Ex-

Exinde eſt ut fatum incurreritis in idem, in quod ego nuper, *eo duntaxat excepto*, quod læva *ſcripta*, læva & infelicia *maneant*; dextera vero, dextra atque felicia: At recens, cum de ſuggeſtu *lævum intonui*, felicitatem vobis portendi credidiſtis; *Læva* etenim *fulmina* mea vobis boni ominis fuere; quæ vero *dextera* ſum jaculatus, *vobis* tunc *lævis* mihi ſtantibus ex adverſo, mali ominis viſa ſunt; & iſthæc veſtræ mentis & corporis hallucinatio, & obliquitas, qua vobis datum eſt omnia mea dextra tranſmutare lævis, hujuſce mei vobiſcum eſt teterrima belli cauſa. Sed illud componamus oportet, mortales inimicitias, ſempiternas autem amicitias ut habeamus. Et reapſe, totius veſtræ hoſtilitatis in me ne hilum quidem ſupereſt; Verba namque volant, atque adeo, levia veſtra in me injurioſa verba, leves evolarunt in auras, nullo ſui ſtigmate relicto. Sors deinde, quæ omnia verſat, me totum in vos ita convertit, ut ſolida veſtra velim ab amicitia pendere, & veſtris deinceps lateribus indivulſus adhærere.

Valete interim, *Pancraticè*, & veſtra *Pineta* Cedris Libani lætius ſurgant, & fruticentur æternum.

FINIS.

LIMATULUM

atque

Politulum *Ordinis Elephantini* *

de DRELINCURTIANIS

LIBITINÆ TROPHÆIS JUDICIUM.

P*ossumus* [a] ſi *vellemus* noſtram Polyantheam [b] copiare talium Orationum *mille* facere, qualium fecit *Gallus* [c] ille, & d.ce-

* Vid. pag. 294.

ΕΠΙΚΡΙΣΙΣ,

ſive

Improbationis Improbatio.

a *Poſſetis* ſi *velletis* & flectere Superos, & Acheronta movere: ſed utinam aliunde *poſſetis* nulli, quod nulli *velle* deberetis. Verum Helleſpontiaco peculio eſtis opimiores, quam ut aligero Deo, atque Cypriæ Deæ, frequentes non litetis.

b Videſis notulas paſſim in Orat.

c *Gallum* revera me noſtis intus & in cute, & natalibus illis totus glorior, totuſque * ſuperbio. Vos vero, *Sybaritas* nequaquam novi; Veſtris tamen me finibus exterminatum *velletis ſi poſſetis*, quod *cantu meo* plures veſtrum *excitem* † quandoque.

* Vid. p. 295.

† Ad illam alluditur *Sybariticam* mollitiem, qua *Gallos gallinaceos* ab urbe ſua longe ſemoverunt, ne mulcibres ſomni delicias ſibi ſuffurarentur.

dicere illud quod ille dixit, hic obivit cum tale morbo & hic obivit cum tale altero, & hic quoque obivit cum tale altero, & sic *millies* [d], sed noluimus id facere, nam si faceremus illud, *puderemus* [1], uti *pudemus* [2] quod *Drelincurtius* ille fecerit illud, & quod ille nihil in Oratione tota *probavit* [3], & quod rationes nullas [e] nullæ

d Et *mille* possem ego, *Plautinis* * *ê verbis*, vestros facere panegyricos, hi nempe Doctores sunt *stulti*, & illi *stolidi*; & hi *fatui*, & illi *fungi*; & hi *bardi*, & illi *blenni*; & hi *buccones*, & illi *longe anteëunt omneis stultitia & moribus indoctis.*

[1] *Pudoris* tamen *deocti hisliones* estis, nec vos vitia vestra pudent. Qui igitur *Polyantheam*, vel *totum*, descripsisse puderet?

[2] Affectus ingentis in me luculentum testimonium illud est, ac vestris condignum pectoribus Heroïcis: Heroïcum ideirco carmen meditor, mei in animi grati symbolum erga vos trucidatores mihi benevolos.

[3] Nihil me *probare* fateor ultro Ecquid enim opus est ut *probem* quod apud omneis est in confesso; quodque præterea, cæcum vestrum de me judicium plus satis comprobat, vos scilicet esse vel fungos, & quidem venenatos; vel abominandas, atque cimicibus olidiores cantharidas. Literatos revera vos effertis; sed qui vos optime norunt, proletarios vos norunt, ipsoque *indoctiores Philonide.* Imo, mentem, *aiunt*, vos Abderiticam gerere; aut si cui vestrum sua mens constet adhuc, *Mysorum* illum *postremum* esse, nec *hilum facit* habere, ac prorsus indignum esse, qui vel Hippocrati *manulam porrigat*, vel *porcos* Galeni *pascat.* Verum, illi abunde est, famosis suis viros in honoratiores libellis tineas pascere: sive ut grandia nunc, & jam pridem probata, atque comperta de ipso, deque multis vestrum aliis eloquar, vobis plus satis est, *eruditos inter nihil valere*, vulgus autem apud ineruditum atque profanum *Tragicos esse Reges*, *olivetique Deos.* O Vos felices, terreos prius, & mole bruta compactos, nunc vero ἀνθρώπων confecutos!

e Ecquam, *amabo*, indolis vestræ malignæ, qua, *Viros in Doctis*, plena conviciorum effunditis plaustra, rationem daturus [illem?] Id unum tamen asserere est, *multi corvi, multa vos esse ova*; &, vestras ad streperas maledictorum carrucas, perinde ac vel ad cicadarum, atque scarabæorum stridorem, obsurdescendum esse. Ecqua deinceps ratio vestræ foret illius adhibenda ruditatis, qua & doctos contemnitis omnes, & plures perimitis ægros, quam gula per ant; nisi quod eruditi viri inimicos capitaliores habeant nullos, quam

* Bacchid: Act: IV. Sc. 1. vers. 2.

nullæ rei redderit; & quod Orationem ſuam fecit cum *geſtis* [f] quæ non ſunt digni Rectoris Magnifici.

idiotas de trivio. Quod alta inſuper, Artis Medicæ ſapientia ſit *ſupra Vos*, atque adeo *nihil ad Vos*; Vel forte, quod altiorem ad illam Artis noſtræ *Sapientiam*, quæ Hippocrateos efficit *Ἰατροὺς*, vos jam olim graſſatos eſſe vobiſcum ſtulte reputetis; nec ad illam graſſari illis animi nervis contendatis. Vel demum, quod ignorantia ſit audaciæ nutrix, atque adeo vos & inſtiget de corio ut ludatis humano, ac experimenta per mortes agatis; & armet veneno, homines ut impune trucidetis, atque veſtris gibbera veneficiis compleantur cœmeteria.

[f] *Geſtus* meos à veſtris abludere meum eſt infortunium craſſum, quod ſcilicet mei natales vos extra *Cyclicos*, atque *Ludiones*, veſtram mihi inviderint *Hiſtrionicam*. o me infelicem tantis à *Mimis*, atque *Pantomimis*, tam alienum, quam qui alieniſſimus eſt!

FINIS.

Honorem ſapientes poſſident, ſtolidos vero tollit ignominia. *Prov. cap.* III. *verſ.* 35.

Os ſtolidi contritioni eſt ei, & labia ejus, tendicula vitæ ejus. *Ibid.* XVIII. *verſ.* 7.

Mors & vita in poteſtate linguæ: prout *quiſque* amat uti eâ, comedet fructum ejus. *Ibid. verſ.* 21.

Sed ſi contunderes ſtultum in mortario, in medio molarum, piſtillo, non recederet ab eo ſtultitia ejus. *Prov.* XXVII. *verſ.* 22.

Etſi glanduloſorum ſtillares (alembico) *Pini glandulas numeroſas ne hilum quidem ſani emitterent.*

Totum *enim* ſpiritum ſuum protulêre ſtolidi.

Prov. XXIX. *verſ.* XI.

ΕΥΦΗΜΙΣΜΟΙ

CARDIACI
CONTRA
VIPERINOS

Calumniatorum morſus.

Optatius eſt Nomen divitiis amplis; argento & auro gratia melior.

Prov. cap. XXII. verſ. I.

ΕΥΦΗΜΙΣΜΟΣ

D. D.

FRIDERICI SPANHEMII, F.

S. S. Theol. in Acad. Batava Profeſſoris Senioris, & Acad. p. t. Rectoris Magnifici.

Μωμᾶσθαι illi fere conſueverunt quibus μιμεῖσθαι non datum, Cumprimis ſuſtinent invidiæ plurimum, qui invidiæ fines, inacceſſa reliquis eruditione, judicantur reliquiſſe. Subiit hoc quoque fatum, cum alias, tum noviſſime, CAROLUS DRELINCURTIUS, quem Principibus ævi noſtri Medicis ipſe levior adſcribit. Nos equidem, quum pro Concione *Libitinæ Tropæa* nuper computaret, hæſimus, an non verius ſibi alia erigeret inexhauſtæ doctrinæ, & rariſſimæ facundiæ. Enimvero, ſi res ipſas attendimus, unius DRELINCURTII fuit, intra eas anguſtias vel chartæ, vel temporis, ea congerere quæ lectiouem diffuſiſſimam πολυμαθειαν ſtupendam, ac capaciſſimam omnium mentem, ubique ſpirant: ſi Latina verba, incredibile dictu, ut ſingula in morborum fine ſine, fatorumque expreſſiſſima imagine, rebus pondeant. Sacra vero ſeu præcepta, ſeu exempla quod attinet, quibus ut gemmis & unionibus totum Orationis contextum ornavit, non tam hic DRELINCURTIUM Medicum, quam DRELINCURTIOS Theologos, Patrem & Fratres, agnoſcas. Tu, Lector, qualis eſſe debeat Medici Religio, in hujus pagina & vita contemplare. Trajecti ad Rhen. prid. Kal. Aug. Greg. Anno vulg. cIↃ IↃ CLXXX.

IN

IN ORATIONEM

Viri Celeberrimi

CAROLI DRELINCURTII,

IN

Alma Batavorum Academia Medicinæ Profeſſoris Primarii, quam habuit Magnifico Academici Rectoris munere defunctus.

Priſci candidus æſtimator ævi,
Drelincurtius ecce, quo docente
Coi dogmata vindicata civis
Haurit Palladis atrium Batavæ:
Artem qui revocat diu ſepultam.
Credas hæc ſenis orſa Pergameni:
Chironiſque Machaoniſque credas
Succo conſpicuam manum ſalubri.
Nam quid, Zoile, rodis immerentem?
Qui quicquid veteris celébre chartæ eſt,
Et Graiæ ſimul & ſimul Latinæ,
Præ te deſpicis arroganter uno;
Nec Coum legis improbaſque civem.
Quin tecum decora orta litterarum,
Et tecum peritura gloriaris.
Jactas, Zoile, veriora veris:
Vindex ſed Nemeſis tibi timenda eſt,
Ne plus quam cupias ratum ſit omen.
Nam tu putidulo protervus ore
Quam canis reverentiam magiſtris
Præſtas, Zoile, mimicamque ſannam,
Hac te poſteritas remunerabit.

Vianæ ad Leccam, pridie Kal. Sextil. A. cIↃ IↃc LXXX.

NICOLAUS HEINSIUS
DAN. F.

ΕΥΦΗΜΙΣΜΟΣ

D. D. H. MARESII.

Excellentissime Vir,

Summopere mihi gratulor, quod mea tandem valuerint vota, inque Publicum eruditissima tua, cultissimaque prodierit Oratio. Quàm ægrè tulerim Sacris illis, (*ad quæ tam Urbanus Memet invitabas*,) haud aliter quam per emendicatas Amicorum aureis intereſſe, manet adhuc alta mihi mente repoſtum. Ab illis autem pergratum fuit reſcire tuam Orationem ad aurium mollitiem accommodatiſſimam fuiſſe, libratas periodos omneis; vocemque, *varios ad hiſtoriarum caſus*, inflexam; & totum denique corpus ea diſpenſatum arte, ut lugubris atque truculenta materia tua nihil omnino vel à voluptate, vel à venuſtate abfuerit. Verum, multiplex etſi fuerit Eruditio Tua, & Eloquii facilitas, & exornandis *Libitinæ Trophæis* lectiſſimos cum è Sacris, tum è Profanis Scriptoribus hauſtos eventus, metrica & numeroſa methodo in Ordinem digeſſeris; ac Oratio univerſa tua byſſo atque purpura veſtita ſit, nec-non auro atque gemmis interſtincta; & ſericis inſuper verbis, (*quibus Paryſatis Reges compellari voluit*,) referta; phraſi comptiſſima perpolita; ac fragrantiſſimis odoribus veluti perfuſa; & acumine præterea multo ſtipata; nihilque prorſus tui ad argumenti vel elucidationem, vel ornatum reticeat; *Invidia* tamen, (*quæ utinam ſpontaneo fato è vivis exiiſſet. & jam olim* Libitinæ Trophæis *adſcripta*,) ſuos, *qui puriſſima quævis*, Harpyarum adinſtar, *ſuo conſpurcarent afflatu*, buccinatores reperit ma-

ledicos. Hi namque, occasione arrepta, quod alio sub sidere natus, *Gallus sis Hercules*, cui de meliore luto Titan præcordia finxit, verbosam Orationem, infelici textura haud satis constrictam; exemplis plurimis inconditis suffertam; omni demum conclusione vacuam inclamarunt; uno verbo, & ut explicatius eloquar, totam Orationem aversa damnarunt facie. Tantum Invidia potuit suadere malorum, & eo usque eloquentia conculcata, & eruditio malignis exosa.

Si roges, è qua Secta invidi illi prognati? Forte ex illa, quæ supra modum *Vocalis*, multum luminis, multum acuminis ostentat ambitiose, Sectatores licet suos vento plerumque tumidos relinquat, monstretque ingenioso capiti, stolida & ferina membra quandoque subesse.

Si porro quæsiveris, quid præcise solers malitia, & flexuosus carpserit livor? Quid Momi, (ὅτι μικρὸν βλέποντες, *quique ingentes animos angusto in pectore versant*) Censoria virgula castigârint, en Malignitatis obtentum, Quid nostra refert, *inquiunt*, rescire Mortem ævo ab omni genus depopulatam esse humanum, illumque jacêre per quem jacent omnes? Quis nostrum ignorat, *Parcas* nemini *parcere*, nec mortem quemquam morari? Cui bono tam multa in id unum exempla congessisse? Passim enim apud Polyantheam, *aliosque triviales*, *manibus tritos indoctis*, occurrunt? Sed ô delirantes Zoili! Quibus quæso potiori jure incumbebat de Morte differere, & illius enarrare *Trophæa*, quam illis, quorum vehementer interest isthæc circumcidere, & illam ad tempus à morbosis arcêre? Quodnam accommodatius, *Viro præsertim Medico*, *de Politicis nequaquam acturo*, thema fuit eligendum, quam id ipsum, quo, *mentem in Auditorum* nuperus revocabatur obitus tot Virorum de Academia bene meritorum; cui Tragicæ Scenæ Programma pridianum, *publicis affixum valvis*, tam opportune præluserat? Placuit tamen distortis mentibus suas non *rationes*, sed *deliriationes* incrustare, deblaterando, Te merâ usum esse ταυτολογίᾳ, cum de

de *Taurorum Hecatombis* ſermonem habuiſti? Verum, ô cæca pectora! Non, Tu, Vir Doctiſſime, ſed accuratiſſimi quique Scriptores, *tuâque comprimis Galenus*, eandem qui phraſiologiam inculcant, in partem vocandi venirent? Quid futilius ergo, quidve inſulſius?

Præterea, haud ſtolide minus, quam impudenter, impingunt Tibi, (*quod nequidem Te ſomniaſſe putem*) Pugnam ad Thraſymenum, in Asia commiſſam. Obloquutores interim illi *de Aſia* te locutum eſſe, dum falſo pertendunt, ſeſe non ex Oriente, *Patria Magorum*; ſed, vel ex Africa, *Monſtrorum Regione*; vel verius, ex Arcadia, *Majuſcularum Luſciniarum cœlo*, ſeſe proferunt oriundos.

Damnarunt inſuper, *Aſſyria Caſtra* 185 *cadaverum millibus Angelica cæde nocturna conſternata*, quaſi terrore Panico tot hominum *millia in fugam* duntaxat fuerint *acta*; ludentes in voce *conſternata*; nec attendentes, Te, de *cadaveribus*, ſeu de corporibus cæde proſtratis, & militibus nece confectis, mentem Tuam omnem luculenter aperuiſſe.

Ingenioſiſſimam denique Tuam, ac lumine plenam alluſionem, *Eſcæ* nimirum *Sacram famem*, nauſeantes illæ Noctuæ, *famelicæ licet*, turpiter revomunt, Te ſiquidem obtorto collo retrahi volunt ad vulgatiſſimum *Maronis* illud, *Auri ſacra fames*. Digni certe, qui cum *Mida*, *ejuſdem Aſinini generis*, ſuas omneis *eſcas* in *aurum* converti cernant, quod *aurum* in *eſcam* converti tulerint nequaquam.

Sed quid prodeſt aurea ſtupido obtrudere vulgo, cum ab *æneis aurea* ſecernere nequeat? Quid juvat margaritas pretioſâ, *turbam apud imperitam*, ſpargere manu; cum circa gemmas rariores, plurimi porcos ſeſe prodant? Quid opus ingenioſa & acuta quævis Orationi inſpergere, cum ad illa ſtupeant ſtolidi? Quid valet perfuſos gratis odoribus ſermones in medium proferre, ſi Sus amaracum ſpiret? Condonare eſt potius deliris iſtis, qui nequidem toto hellebori jugere ſanandi

ſanandi forent, & deſpicatiores cum ſint, ſibilis explodendi, & uno puniendi contemptu. Quod ſi de ipſis aliquot pervari non omnino deſpecti jaceant, amandandi venient ad Novellas tum Belgicæ, tum Gallice vulgatas, in quibus utriſque, ſuo cum pudore, literis lecturi ſunt Uncialibus, *Experientiſſimus Dominus Drelincurtius faſces Rectorales nudius tertius depoſuit in Academia Lugduno-Batava poſtquam more ſuo eruditiſſime, ſumma cum laude, & ad omnium palatum, expectationemque, in frequentiſſimo Auditorio peroraſſet.*

Cæterum, miſſis Invidorum quiſquiliis, Tibi, *Clariſſime Vir*, & *Amicorum integerrime*, quantas poſſum animo concipere gratias gratiſſimas ago & habeo, quod Tuam Orationem, *factam ad unguem*, una cum lucidiſſimis Tuis elucidationibus, juris feceris publici. Ex illa quippe; quantula ſint hominum corpuſcula; quam multæ ad Occaſum viæ pareant; quam miranda, *ſed quam tremenda*, Summi Arbitri Vitæ & Necis judicia, in capita criminibus deturpata, ſalutariter colligere eſt. Verum, rei totius apex eſt, quod iſthæc methodo tam concinna, ordine temporum tam accurato, phraſibus tam exquiſitis, parallelis tam æquis, ut omnia ad bilancem in pondere, numero, & menſurâ, librata videantur. Auſim inſuper profiteri periodum extare nullam, quæ ſuum & *ſolem* & *ſalem*; ſuum puta & *lumen*, & *acumen* præ ſe non ferat; nihil ſubeſſe præterea quod Catholicam contra fidem, *ſemel traditam Sanctis*, ullo modo arietet. Sicut igitur Themiſtocles Civi dixit Athenienſi, *Amice*, *verba tua Civitatem deſiderant*; Potiori jure Tibi dixerim, *Amicorum Amiciſſime, verba tua ſeculum deſiderant quatenus Cedro digna.*

Perge, *Doctiſſime & Politiſſime Virorum*, partus huic ſimiles in lucem edere; nec Te moretur Cenſorum mordacitas. A multis retro ſeculis ſæviit in Togam ambitio, & Virtuti ſua nocuit excelſitas. Gloria tibi nulla minor erit *Libitinæ Trophæa* narraſſe, quam fuit Optimo Parenti Tuo, piiſſimæ memoriæ, *Pia fidelis animæ ſolamina contra Libitinæ Terrores*, ſeculo feliciter conſecraſſe. Sic nempe fuit in fatis

fatis *Parentem* & *Filium* ab iisdem *Libitinæ Trophæis*, sua sibi statuisse Trophæa.

Faxit Deus Ter Opt. Max. ut cum videberis, Tu ipse, post cursum sancte his in terris emensum, *Libitinæ Trophæis* adscriptus, anima tua sanguine abluta glorioſi *Theandri*, qui omnia *Mortis*, sua Morte, *Trophæa* prostravit, cœlestem in Arcem evehatur, intra quam omnibus à male feriatorum jaculis tuta, hoc in Ἐπινίκιον erumpat, *Ubi tuus, o Mors, aculeus; Ubi tua, o Sepulcrum Victoria, Deo autem gratias, qui dedit Nobis victoriam per D. N. J. C.* Amen.

Id Tibi, *Clarissime & Charissime Domine*, vovet animitus, Tuus ex asse devinctissimus, & ad omnia obsequia promptissimus,

HENRICUS DES MARETS,
Ecclesiastes Delphensis, Gallo-Belga.
E Museo Nostro Kal. Aug. MDCLXXX.

ΕΥΦΗΜΙΣΜΟΣ

D. D. MARCI VAN ES.

Vir Nobilissime ac Celeberrime,

Orationem tuam quam in frequentissima Auditorum Panegyri habuisti, dum Magistratu Academico abires, tuo jussu ad me missam accepi, & illius honoris atque muneris ergo me tibi devinctum profiteor. Gratulabar quippe mihi, de novo tui erga me amoris & benevolentiæ testimonio: nec minus gaudebam illa Oratione jam typis expressa, mihi occasionem natam ea accuratius ruminandi, de quibus, te gravissime differentem audiveram: & certe, quo sæpius exspatior in amœnissimum campum, quem tu hac diserta Oratione aperuisti, eo magis animus afficitur, dum vim & efficaciam ejus, sese intimis cordis mei penetralibus ingerere

perſentio: & ut totus mirabar tam promptam & expeditam enarrationem tot memorabilium, quæ non ex trivio petita, ſed ex ipſis Hiſtoriarum limpidiſſimis fontibus hauſta; ita nunc dubius hæreo, utrum ſublime tuum ingenium, acre judicium, memoria vaſta, diffuſa & profunda eruditio, aut dicendi perſpicua facundia, majorem laudem mereatur.

Diſcant Te Duce, qui ex Suada Flexanima gloriam ſibi parare ſtudent, non compoſita Sententiarum Florilegia perrepere, aut trita Exemplorum Theatra luſtrare, ſed ad ipſa Hiſtoriarum adire Tempe, ipſoſque flores decerpere, exindeque capiti ſuo coronam nectere, unde prius nulli cinxerunt tempora lauro.

Licet autem hæc Oratio malevolorum & invidorum obtrectationibus fuerit impetita, pretium tamen ejus apud Cordatos eo ſolidius erit, ſicut arbor firmior atque validior eſt, quæ vim tempeſtatis fregit atque devicit. Sed eſt quod ſingularis tua Virtus, quæ nullius indiga laudis, ampliſſima præmia in propria conſcientia ferat, laudes namque tuæ, jam olim tuis meritis, in tam excelſo loco, tamque ſublimi, collocatæ ſunt, ut eas nec Calumnia ſua proluvie conſpurcare, nec Invidia ullis machinis deturbare queat.

Cæterum precor, concedat tibi Deus mentem tranquillam in corpore ſano, ut bene merendo de hac Academia & Bono Publico, ſicut id hactenus feliciter ſuſtinuiſti, ejuſdem Decus & Ornamentum diu prædiceris.

Sic voveo Nominis Tui obſervantiſſimus Cultor,

Datæ Dordraci Kal. Aug. 1680.

MARCUS VAN ES,

Eccleſiæ Belgicæ Leidenſis Paſtor & Collegii Theologici Per-Illuſtr. Ord. Hollandiæ & Weſt-Friſiæ Pro-Regens.

ΕΥΦΗΜΙΣΜΟΣ

D. D. CAPELLI.

Quam mihi volupe fuit V. C. heſternam Tuam auribus avidis Orationem haurire! Vere dignam & Tui dicentis ore, *iſto præſertim loco & tempore*; & Auditorum animis, vera ſapientia vel imbuendis, vel corroborandis. Quid enim, dum Faſces Academicos, *ſolemni illa die* publice deponeres, Sceptrumque Rectorale digniſſimo traderes Succeſſori, Viro ſapienti proclivius fuerit, quam ſeria mente volvere rerum omnium humanarum viciſſitudinem? Patuloque & rotundo ore profiteri, ſi qua dignitate, excellentiave, præ cœteris mortalibus, *benignitate Supremi Largitoris*, decoremur; eam omnem aliquando eſſe deponendam; Imo, omnia Sceptra, ipſamque adeo vitæ lampada *Immortali Rectori*, & Patri Spirituum eſſe tradendam, Quotquot jam olim veræ ſapientiæ laude claruere, ætherei ſpiritus jubare coruſcantes, omnem ſapientiæ apicem poſuerunt in recta meditatione mortis & Chriſti & ſuæ. Ex illa enim profluit fons vitæ perennis, per hanc ad cœleſtes ſcatebras æternum ſalientes patet aditus. O beatos! quibus cum Electionis Vaſe, τὸ ζῆν Χριστός, καὶ τὸ ἀποθανεῖν κέρδος. Quibuſque corde ſincero, gloriari licet, καθ'ἡμέραν ἀποθνήσκω, νὴ τὴν ὑμετέραν καύχησιν ἣν ἔχω ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν.

Utiliſſimam ergo V. C. Orbi Chriſtiano præſtitiſti operam, quum, poſt tot ſalutaria aliorum Sapientum monita, illuſtria mortalitatis ſpecimina ex omnium temporum monumentis, ſacris, profanis, antiquis, recentioribus, tanquam ex uberrimo reconditioris eruditionis Tuæ penu congeſta, protule-

tuleris ea fide, copia, ordine, ornatu, ut parem habiturus sis neminem, æmulos vero multos.

Ita nimirum in propatulo LIBITINÆ TROPHÆA ostentatare voluisti, ut Immortalitatis Candidatis, *jam vanitatum hujus ævi pertæsis*, *atque æternam vitam graſſantibus*, animos adderes; hujus autem seculi filios, *æternitatis plus satis securos*, voce pia, *tanquam clangore tubæ sacræ*, *Lethargo excitos*, ad saniorem mentem vitæque sempiternæ studium propelleres.

Utinam Mihi, multisque, *vitæ beatioris studiosis*, hanc eandem, quam patulis auribus excepimus Orationem, Lynceis lustrare oculis identidem liceat. Noli eam V. C. Publico invidere, at chartis, *ære perennioribus*, impressam, tanto beneficiorum in Remp. Literariam cumulo adjicere dignator. Ita non uno mortalibus profueris modo, nec uno celebris merito, sublimi feries sidera vertice. Tu quippe Unus, dum afflictis corporibus dextre succurris Medicus celer atque fidelis, languentibus insuper animabus, *lethali veneno turgidis*, cœlestia propinaturus es antidota, quorum ope, *Unico largiente Sospitatore*, moribundis vita, vigorque redeat æternum.

Celeberrimi Nominis Tui Cultor,

J. CAPELLUS Lugd. Bat.

In Ecclesia patria V. D. M.

Dabam IX, *Febr. A.* CIↃ IↃ CLXXX.

Ε' ΤΦΗΜΙΣΜΟΣ

D. D. KNIBBE.

Orationis tuæ doctiſſimæ gratia gratias ago quam maximas, ex quo ſiquidem illam elegantiſſimam publice audivi, eandem & anhelavi ſedula mente ruminari ſeorſum; idque præſertim, quod meo non ſolum judicio, ſed & Doctiſſimorum plurium arbitrio, tota fuerit erudita ac orthodoxa; & ſtylus ejus inſuper vere Latinus ac Oratorius, tuis cum geſtibus concinnis de palma certaverint.

Sed, quam mihi dolet, ex literis tuis intelligere, malignam male feriatorum indolem, tot in Te læva detorſiſſe, ut illorum ergo, qui plenis, *ut ais*, buccis te Polyantheam exſcripſiſſe deblaterant, Temet in πυογραφειον receperis! Quaſi vero, *Literatori tanto* ipſis Oratorum primis elementis opus eſſet! Quis enim neſcit, *Drelincurtium modo qui novit*, te Anatomicorum hujus ævi facilè Principem, & Medicum non duntaxat expertiſſimum, ſed & utriuſque linguæ, tam Græcæ quam Romanæ peritiſſimum, ac omnibus etiam in Hiſtoriis ſacris atque profanis verſatiſſimum eſſe?

An non ſcripta tua de ſecretioribus Medicinæ materiis, ac Orationes variæ, quæ Doctiorum manibus verſantur, doctrinam, induſtriam & literaturam ſolidiſſimam redolent, quæ δις λαβε παντων à Langii, aliorumve Polyantheis diſtant?

At *Viris Illuſtribus*, *Magnisque Ingeniis*, nec invidi nec obtrectatores defuerunt unquam. Ingenia namque vel negligenter educata, vel male feriata, *ipſa dum nihil agunt*, aliorum & ſcripta & facta ſolent allatrare. Nihil quippe tam doctum, tam diſertum, tamque defæcatum eſt, quod ipſi vel lævorſum non detorqueant, vel non inquinent; rectum enim nihil putant niſi quod ipſi fecerunt.

Æmulos igitur iſtos, *Vir Eruditiſſime*, vagari ſinito, & ſuis æſtibus ultro, citroque jactari, illoſque dentata tua char-

ta penitus indignos reputato. Erras enim, *Doctiſſime Drelincurti*, ſi tam ſiniſtre tua de fama judicas, ut obtrectationibus illis, de Eruditionis arce, *quam tandiu inſediſti*, Te deturbatum arbitreris: ipſi namque maledicentia ſua, & invidentia, deſpicatiſſimi jacent.

Tu itaque, *Vir Prudentiſſime*, fruere pace tua, & lætare propter exiſtimationem qua vales apud pie-doctos, & docte-pios; & (ut ipſe ais) *Tibi cane & Muſis*. Imitemur modo benigniſſimi *Soſpitatoris* noſtri exemplum, ut inſectantibus & maledicentibus bene precemur.

Vale interim, & diu vive Deo, Tibi, Patriæ, Academiæ, Amicis, & Mihi,

Nominis Tui Cultori obſervantiſſimo
DAVIDI KNIBBE
Eccleſ. Leid. Paſtori.

Dab. L. Bat. ipſis Aug. Cal. 1680.

LEPIDI PACIFICI SAXOFERRATENSIS

RESPONSIO

Ad Epiſtolam Bibliopolæ Leidenſis
Græco-Latini

DE

Exilio Medicorum Romanorum, & de abſurdis libellis Drelincurtianis.

QUIBUS

Honor nimius antiquis aſſeritur Medicaſtris: Clariſſimi autem Medici, Ipſique Medicorum Principes præſertim Batavi maximis injuriis atque contumeliis afficiuntur.

LEPIDUS PACIFICUS
SAXOFERRATENSIS

Bibliopolæ Leidenſi Græco-Latino

S. D.

Quiſquis es ſeu verus Bibliopola, & bonorum malorumque librorum venditor; ſeu falſi nominis Profeſſor, & malorum carminum auctor: quando ad omnes Medicorum amicos, atque fautores tuas dediſti literas: mihi imprimis te ſcripſiſſe intelligis, qui eo amore, cultu, atque veneratione proſequor Medicos, ut nemo mortalium poſſit majore: non quidem miſeros illos, abjectoſque, omniumque artium liberalium ignariſſimos veteres, qui primis ſæculis Romæ utcunque fecere medicinam, quorum cauſam tu, tuuſque auctor magnis clamoribus agitis: ſed recentioris ævi eruditiſſimos Viros, qui rudimenta illa veterum non tantum probe perdidicerunt: ſed etiam curioſe excoluere, ut ex lateritia artem prorſus reddiderint marmoream. Tam præſtantes ingenio, diſciplinis, atque induſtria Viros Dei immortalis benignitate variæ nobis hoc ſæculo dedere Nationes atque Civitates. Nullus autem terrarum locus, vel plures vel præſtantiores, quam celeberrima, Deoque, Muſiſque dilecta Leida. Leida eſt, ubi Medici philoſophantur, & Philoſophi Medicinam faciunt, quibus quos conferam paucos, quos anteponam, novi nullos: quoſque nemo, niſi impius maledicuſque tuus perſequitur Auctor. Leida eſt, quæ nunc vel cum ipſa veteri poteſt contendere Alexandria, tantam ex Medicæ diſciplinæ cultu olim conſecuta gloriam, ut de præſtantia peritiaque non dubitaretur Medici, qui Alexandriæ

arti operam dediſſet. Leida, inquam, eſt ubi Medicinam non tantum feliciſſime exercent Viri plurimi Clariſſimi: ſed & mira dexteritate docent non pauci Profeſſores Celeberrimi: quin & cum civili prudentia conjungunt, & non exiguum ei præſidium, ornamentumque præbent Conſules Ampliſſimi. Hi ſunt Viri, qui ſe ad occultas naturæ qualitates minime ablegari, nec antiquis tenebris torqueri patiuntur: ſed Philoſophiæ, Chimiæ, Botanicæ, aliisque præſidiis, & imprimis ſubtili ingenio, multaque induſtria lucem quærunt clariorem, & glandulæ, & pancreatis uſum; & partes corporis reſque naturæ maximas minimaſque curioſius rimantur, omnemque lapidem movent, ut Medicinam omnibus numeris perfectam, certam, rationalemque efficiant. Qui præclarus conatus tam præclare procedit, ut ex multis rerum argumentis ſperare, imo colligere liceat, Divina benignitate datos noſtro ævo Viros, qui Medicam artem ſic perficiant, perpoliantque, uti ſuperiori ſæculo dati & Sacra perpurgarunt, & Jurisprudentiæ barbariem abſterſerunt: Sane uti nullo tempore, aut loco ars ipſa id faſtigium attigit, ad quod nunc perducta eſt, atque indies perducitur, ita nec honor dignitaſque Medicorum certior majorque fuit unquam, quam ab eo tempore, quo Doctorum honores & jura Medicis ſolemni ritu conferri, nec alii, quam quorum virtus & eruditio Ordini probata eſt, in numerum recipi cœpere. Ab ea ætate Medici non pauci ad clavum ſedent Reipublicæ, alii arti docendæ illuſtrandæque in Academiis operam navant, alii in Palatiis Principum, alii in civitatibus, alii alibi ſuos honores gerunt. Omnes autem (mi Bibliopola) ad decus ſuum tuendum, nec ſupervacuo tuo labore, nec inſano Auctoris tui indigent clamore: quibus ſanum eſt ſinciput ſatis intelligunt, ſalvum non minus Medico ordini in Republica eſſe honorem, quam Theologis & Juris Conſultis ſuum, & ſi quid ſequius de Servorum, Libertorum, aut Barbarorum familia, quæ primis ſæculis Romæ qualemcunque Medicinam fecit, dictum, factumve eſt; id non magis ad Medicos

no-

noſtros Viros Clariſſimos pertinere, quam quæ de antiquis Imperatoribus, Cancellariis, Notariis ſcripta, pertinent ad Imperatores, Cancellarios, Notarios noſtros. Quorum utrorumque quidem nomen idem, ſed res toto cœlo differentes ſunt. Quare & mihi & multis Viris ſapientibus viſus eſt Auctor tuus cum umbra pugnare, & aërem verberare, cum à Nobiliſſimo Ordine amolitur calumniam, ubi nemo calumniatur, cumque ſuam ſuorumque injuriam ſe vindicare clamitat, dum Chirurgorum, & quidem Barbarorum, Libertinorum, Servorumque, qui ante multa ſæcula in rerum natura eſſe deſiere, perſequitur. Quod inceptum, ſi mellitis etiam verborum globulis deſignes, atque quam benigniſſime interpretere, non aliter, quam ſupervacuum, & cum umbra pugnam appellare poſſes. Si quis ſcapham ſcapham dicere velit, certe ſtultum prorſus, & à ſana ratione alienum, totique Nobiliſſimo eruditiſſimoque noſtro Medicorum Ordini contumelioſum pronunciabit. Quis enim non dicet ingentem, vel amentiam, vel contumeliam eſſe, viliſſimorum indoctorumque hominum ignominiæ criminumque Nobiliſſimos Doctiſſimoſque Viros facere ſocios? Si hæc audiviſſes (Bibliopola) verendum, ne qui ad mitiora illa deſipis, ad graviora prorſus in furorem abreptus fuiſſes. Deſipis certe, & parum à furore abes, Bibliopola, quando Auctorem tuum multis Medici Ordinis calumniatoribus jugulatis, centum boum mactatione dignum facinus, quod nullus unquam ſeu auſus, ſeu potuit, edidiſſe, vociferaris. Deſipis, deſipis, quando eos, qui Auctorem tuum ſic cum umbra pugnare putant & *malignitatis accuſas, & perverſæ in dolis inſimulas, & a bonis moribus degeneres dicis.* Deſipis, deſipis, deſipis, Bibliopola, quando ſub finem inſuiſæ epiſtolæ jubes Lectorem tuis, tuique Auctoris ineptiis adverſus *viperinos linguarum ictus animum innutrire, toxica ne poſſint ſæva nocere ſibi.* Viperas; ſi te recte aſſequor, dicis, qui Medicorum ſeu Chirurgorum Romanorum exilium credunt: toxica ſæva, vero, perſuaſionem aut fidem de illo exilio. Næ tu homo opportunus monitor

es.

es. mirum eſt, ſi Auctor tuus tam præclare de genere mortalium meritus eſt medendo, quam tu monendo, ut ſibi à ſævo caveat veneno. Egregiam vero laudem, & ſpolia ampla reportas tuque, Auctorque tuus. Tuam vero triplicem illam ſtultitiam, quin paucis hiſce redarguam committendum non puto. Prima ut conſtet, utque vanitas gloriæ tuæ appareat manifeſtior, videndum, quid glorioſus Auctor tuus in quæſtione illa de exilio Medicorum evicerit præſtiteritve, quidque Agyrtarum Ambubajarumque more falſe vaneque jactaverit: quod utrumque manifeſtiſſimum fiet, ſi primum curate quæſtionem de hoc exilio diſtinguamus: tum ſententiis eruditorum tuique Auctoris diſtincte conſideratis, rem cum re; cauſam cum cauſa, conferamus. Alia enim quæſtio eſt de perſonis ſeu Medicis, alia de re. De perſonis iterum quæritur vel univerſis, vel ſingulis. Quæſtio de re alia eſt de Medicina ipſa, alia eſt de arte medendi, cujus variæ veteribus fuerunt ſpecies & ſectæ, veluti Empiricorum & Operariorum. Diſtinguendum porro inter ipſas exilii ſpecies: nam exilium teſte Nonio, Feſto, aliiſque, compoſitum ex voce, *ex* & *ſolum*, quaſi exſolium, dicitur de omni eo, qui extra ſolum ſeu patrium ſeu aliud eſt: quod aliquando voluntarium, aliquando neceſſarium eſt. Voluntarium eſt cum volentes ſolum vertunt, quod Marcus Tullius in Orat. pro Cæcina ſcribit, non ſupplicium eſſe, ſed portum ſupplicii profugiumque. Neceſſarium eſt, cujus neceſſitatem Lex aut Magiſtratus ſententia irrogat, quale ſolet eſſe pœna vel interdictorum, quibus aqua & igni, aut urbe Provinciave interdictum erat, aut deportationis, aut relegationis, de hoc Marcianus ait, *Exilium triplex eſt, aut certorum locorum interdictio: aut lata fuga, ut omnium locorum interdicatur præter certum locum: aut inſulæ vinculum.* Denique Medici ipſi dicuntur qui vel univerſam medendi artem profitentur, vel alicujus partis corporis, vel certi doloris ſanitatem pollicentur publice: minime vero quilibet paterfamilias, qui ſibi ſuiſque aliquid Medicinæ exhibet,

bet, ut diſerte docet Ulpianus. Hæc veteres recentioreſque boni Auctores diligenter diſtinguunt. Tu vero, Bibliopola, Auctorque tuus peſſime confunditis ut ineptiæ calumniæque veſtræ minus intelligantur. Cum alii artem medendi, in ſolo Romano ignoratam neglectamque fuiſſe primis ſex ſæculis dicunt; vos de neceſſario & pœnali exilio dici clamatis. Cum Plinius aliique Medicinam ipſam, ceu Divinum adverſus morbos præſidium Romanis, æque atque aliis ſanioribus gentibus probatam ajunt; vos medendi artem probari vociferamini. Quæ alii de Medicis ſeu artificibus, & quidem Græcis diſputant, qui medendi artem publice profitentur; vos de quolibet patrefamilias, atque ipſo Catone Cenſorio artificum illorum oſore maximo accipitis. Cum alii artem Medicam exulem h. e. extra ſolum Romanum fuiſſe ajunt; vos Medicos per ſententiam damnatos & in exilium pulſos dici cavillamini: & dum plenis buccis calumniamini alios calumniari, vos calumnias depellere contenditis. Quod ipſum ſi quid Tibi pudoris ſupereſt. (O Bibliopola!) non poteris diffiteri, dummodo animum advertas ad duas diſtinctaſque maxime Plinii ſententias. Prima eſt: *Populus Romanus, quanquam Medicinam aliquam habuit: tamen ſine Medicis & medendi arte ultra ſexcenteſimum annum vixit.* Altera eſt; *poſtquam ſexto ſæculo Archagathus artem hanc ex Græcia Romam attulit*, S. P. Q. R. *eam quidem primum honoravit, cum nondum noverat: cognitam autem mox odit, damnavitque motus maxime auctoritate atque conſilio Catonis Cenſoris.* Verba Plinii in utramque ſententiam directa & manifeſta hæc ſunt. *Mutatur ars quotidie toties interpollis, & ingeniorum Græciæ flatu impellimur: palamque eſt, ut quiſque inter iſtos loquendo polleat imperatorem illico vitæ noſtræ neciſque fieri: ceu vero non millia gentium ſine Medicis degant, nec tamen ſine Medicina: ſicut populus Romanus ultra ſexcenteſimum annum, nec ipſe in accipiendis artibus lentus, Medicinæ vero etiam avidus, donec expertam damnavit. Etenim percenſere inſignia priſcorum in his moribus convenit, Caſſius Hemina ex antiquis auctor eſt, pri-*

 mum

mum è Medicis veniſſe Romam Peloponneſo Archagathum Lyſaniæ filium, L. Æmilio. M. Livio Coſſ. anno urbis CXXXV. *eique jus Quiritum datum, & tabernam in compito Acilio emptam ob id publice. Vulnerarium eum tradunt fuiſſe vocatum, mireque gratum adventum ejus initio: mox a ſævitia ſecandi urendique, tranſiiſſe nomen in carnificem & in tædium artem omneſque Medicos: quod clariſſime intelligi poteſt ex M. Catone, cujus auctoritati triumphus atque cenſura minimum conferunt, tanto plus in ipſo eſt: quamobrem verba ejus ipſa ponemus. Dicam de iſtis Græcis ſuo loco, Marce fili, quid Athenis exquiſitum habeam, & quod bonum ſit eorum literas inſpicere, non perdiſcere. Vincam nequiſſimum & indocile genus illorum: & hoc puta vatem dixiſſe: quandocunque iſta gens ſuas literas dabit, omnia corrumpet: tum etiam magis, ſi Medicos ſuos huc mittet: jurarunt inter ſe barbaros necare omnes Medicina. Sed hoc ipſum mercede faciunt, ut fides iis ſit, & facile diſperdant. Nos quoque dictitant barbaros, & ſpurcius nos, quam alios, opicos appellatione fœdant. Interdixi tibi de Medicis. Atque hic Cato* DCV. *anno urbis noſtræ obiit,* LXXXV. *ſuo, ne quis illi defuiſſe publice tempora, aut privatim vitæ ſpatia ad experiendum arbitretur. Quid ergo? damnatam ab eo rem utiliſſimam credimus? minime hercule: ſubjicit enim, qua medicina, & ſe & coniugem uſque ad longam ſenectam perduxerit, iis ipſis ſcilicet, quæ nunc nos tractamus. Profiteturque eſſe commentarium ſibi, quo medeatur filio, ſervis familiaribus, quem nos per genera uſus ſui differimus. Non rem antiqui damnabant, ſed artem. Maxime vero quæſtum eſſe immani pretio vitæ recuſabant. Ideo templum Æſculapii, etiam cum reciperetur is Deus, extra urbem feciſſe iterumque in inſula traduntur: & cum Græcos Italia pellerent, diu etiam poſt Catonem excepiſſe Medicos. Augebo providentiam illorum: ſolam hanc artium Græcarum nondum exercet Romana gravitas in tanto fructu, pauciſſimi Quiritium attigere, & ipſi ſtatim ad Græcos tranſfugæ: imo vero auctoritas aliter quam Græce eam tractantibus, etiam apud imperitos experteſque linguæ, non eſt.* Et paulo poſt: *Oſtentatio artis & portentoſa ſcientiæ venditatio mani-*

manifesta est. Ac ne ipsi quidem illam novere: comperique vulgo pro cinnabari Indica in medicamenta minium addi, inscitia nominis, quod esse venenum docebimus inter pigmenta. Verum hæc ad singulorum salutem pertinent: illa autem quæ timuit Cato, atque providit, innocentiora multo & parva opinatu, quæ proceres artis ejusdem in semet ipsis fatentur: illa perdidere imperii mores, illa quæ sani patimur, luctatus, ceromata, ceu valetudinis causa instituta, balineæ ardentes, quibus persuasere in corporibus cibos coqui, ut nemo non minus validus exiret, obedientissimi vero efferrentur. Potus deinde jejunorum ac vomitiones, & rursus perpotationes, ac pilorum eviratio instituta resinis eorum: itemque pectines in fœminis quidem publicati: ista est profecto lues morum nec aliunde major, quam e medicina. vatem prorsus quotidie facit Catonem, & oraculum: satis esse ingenia Græcorum inspicere, non perdiscere. Hæc fuerint dicenda pro Senatu illo, sexcentisque populi Romani annis adversus artem. Quid manifestius, quid certius, quam Plinium utrumque axioma quod diximus proferre atque confirmare? quam utramque sententiam totus eruditus Orbis communi calculo probat, adeo, ut ne ipsi quidem pro gloria atque antiquitate artis suæ fortissime contendentes Medici Germani, Belgæ, Galli, quibus pudor, conscientia, & rerum Romanarum scientia non defuit, quorumque verba tute refers, illis contradicere, nec voluerint nec potuerint. Uti vero Tu, supersscientifice Bibliopola, primos omnes illos Heroës causam illam pessime egisse tuumque mirificum Oratorem solum rem acu tetigisse jactas, ita præclarus scilicet ille Autor Tuus solus, imo æque atque Thraso solus est, qui utramque receptam sententiam evertere, Catonem mendacii, injuriæ, jactantiæ, insolentiæ thrasonicæ, gloriæ falacitatis insimulare, Plinium falsi arguere, & contrariis refellere ausus est. Audiamus paratragœdiantem pag. 104. & triumphum ante victoriam canentem ipsum. Pag. 69. ait: *Suspicioſe atque mendaciter inferebat Cato, vatem se jactabat: quod tamen illius vaticinium rerum exitu fuit inane*, & pag. 66. in notis. *En Ca-*

tonis atrocior in Græcos injuria eo insolentiæ prorupit. Et pag. 91. *Plinius & si Hercules foret, non staret contra duos. En igitur illum causa cadentem:* pag. 82. *falsissimum est ergo Medicos unquam exulasse Roma.* Pag. 103. *Romanus ergo populus morbis pressus Medicam artem expetivit, & expetita ut potiretur, Medicos non duntaxat indigenas enutrivit: sed & advenas Græcos & Ægyptios admisit, admissos tantum abest sua ex societate ut exterminaverit unquam, ut è contrario honorifice semper* (id est omni tempore) *conservaverit, munificentissimis præmiis donaverit, tergeminis denique laudibus fuerit prosecutus. Ecce ergo longe à nobis propulsatam jejunam illam, sed acerbam calumniam.* Id & pag. 82. *Ecce itaque nostros calumniatores confutatos atque pessundatos. Sed antequam (absit jactantia dicto) triumphans recedam.* Intelligis, Bibliopola, ex verbis Autoris tui, quam ille utramque sententiam Plinianam dicam, an communem, aperte evertat: quoque furore non in Plinii tantum, sed & in ipsius Catonis venerabile nomen invehatur. In quo viro, ut cum M. Tullio & Valer. Max. loquar, tamen perfecta fuit virtus. Quam vero turpiter calumnietur, quam audacter cavilletur, quamque indocte inceptiat solus ille Autor tuus, nunc ordine cognosce: & primo quidem, quomodo primam Plinianam sententiam refellat. Ut probet primis sæculis, Romanos artem medendi habuisse, provocat ad testimonium Cassii Heminæ antiquissimi Autoris de Archagatho, primo Medico Romano sumptibus publicis tabernam consecuto testantis. Atqui hic ipse Hemina est, cujus & testimonium refert, & fidem sequitur Plinius, quique tam luculenter Plinianam sententiam confirmat, ut nemo nisi impudens calumniator hoc diffiteri queat. Archagathum enim dicit Romam venisse demum sæculo sexto; & tamen, & primum, & Græcum seu Peloponnesiacum, & quam primum à S. P. Q. penitus cognitus fuit, artem ejus exosam atque damnatam fuisse. Ergo profecto & ars medendi cum suis artificibus non fuit soli jurisque Romani. Vide, Bibliopola, ut cum suo teste Plinium jugu-

let

let tuus Autor. Vide, ut peſſundet calumniatores ſuos. An operæ pretium tibi videtur, ut ſecundum teſtem & reliquas cavillationes audiamus? Audi ergo Dionyſium Halicarnaſſeum Heminæ adjugendum; contra quos, Plinium etſi Hercules foret, ſtare non poſſe, jactat. *Dionyſius* (ait Auctor tuus) *luculentam fidem facit vel ipſo ſæculo quarto ineunte complures Romæ Medicos extitiſſe: dicit enim, peſtilentem morbum Romam invaſiſſe, nec Medicos in tanta ægrotantium multitudine ſuffeciſſe.* Si Dionyſius dixiſſet artem artificeſque medendi inter cives Romanos ita viguiſſe, ut ſuffecerint ægris omnibus primis ſæculis curandis, ad rem præſentem pertineret narratio ejus. Sed cum de arte & Civibus Romanis nihil dicat; dicat autem Medicos non ſuffeciſſe, cumque jam ex Caſſio Hemina ipſe Auctor tuus probaverit primum Archagathum Græcum ſexto demum ſæculo artem Romæ intuliſſe, nihil certius eſt, quam Dionyſium non tam de Medicis qui fuere, quam qui non fuere loqui: & ſi loqueretur de illis, accipiendum eſſe non de arte nec de artificibus medendi, de quibus diſſerit Plinius: ſed de ſervis & libertis aliiſque indoctis Medicaſtris Romanis, qui vulnera obligantes, & paucarum herbarum uſum ſcientes, Medicorum vicem & nomen, non artem, habebant. Atque hi ipſi erant, qui Romæ Medicinas atque tonſtrinas habebant, quarum Plautus, Terentius aliique meminerunt. Quod adeo certum manifeſtumque eſt, ut ipſe Auctor tuus hoc diſſimulare non poſſit: ſed aperte agnoſcat, Medicorum nomen primis ſæculis indoctis Empiricis & Medicaſtris artis ignaris eamque minime profitentibus tributum eſſe: talem Empiricum, etiam ipſum Catonem faciens. Ipſe ante Archagathum & Catonem adultum, nec artem, nec Medicum Romam veniſſe, conceptis verbis enunciat. Ipſe, non Medicam tantum, ſed omnes alias præter armorum diſciplinam, artes, primis ſæculis à Romanis neglectas fuiſſe, largitur: Audi verba ejus Pag. 95. ait: *Tot profecto primævis illis ætatibus nuncupandi veniunt Medici, quot primitus erant, qui vel ſibi vel amicis laborantibus Medico ſubſidio ve-*

niebant, qualescunque demum fuerint illi, vel Summates, uti patet exemplo tum Porcii Catonis, quem Empirices satagentem mox posituras sum in medio; tum aliorum promiscue obviorum. Pag. 51. ait: *E quibus profecto luce hac meridiana clarius patet impossibile fuisse, Medicos ut Romæ Catonem ante adultum & auctoritate polentem expulerit: etenim nondum venerant* & paulo post: *Falso igitur Medici dicuntur Roma ejecti, qui pure dicendi sunt Romæ non admissi.* Pag. 98. *Illis igitur sæculis non unica Medicina, sed & reliquæ disciplinæ liberales, apud Populum belli quidem studiis ferocem, sed in Minervæ castris vecordem incultæ jacuerunt.* Quid ais Bibliopola? ergone Plinius causa cadit? videsne quomodo non testes tantum Auctoris tui, sed & ille ipse pedibus eat in sententiam ejus, quem causa cadere & licet Hercules esset, stare non posse jactabat. Oportet mendacem esse memorem. Paulo ante pronunciavit Pag. 195. *Romanum populum Medicam artem expetivisse, eaque ut potiretur Medicos non duntaxat indigenas enutrivisse: sed & Græcos & Ægyptios admisisse. & honorifice conservasse semper*, id est omni tempore: adeoque & primo & secundo & tertio sæculo. Et Pag. 94. ait: *Rationi penitus consonum est, Romam ab omni ævo Medicis nequaquam caruisse.* At mox ad Catonem adultum & in sextum sæculum admissos negat. Mox pag. 92. ait: *Ineunte sæculo quarto complures Romæ Medicos extitisse.* Mox Pag. 94. in not. *Concludere fas est Romæ Medicos vel sæculo tertio degisse.* Sic calumnia plerumque se ipsam prodit, & pluribus contradictionibus se involvit, qui veritati fraudem facit, & admisso absurdo uno, facile consequuntur absurdiora plura. Verissimæ certissimæque sententiæ Plinii & eruditorum fundamenta evertere aggressus Cavillator, nunc huc, nunc illuc propellitur, statumque controversiæ sæpius mutare, aliasque post alias latebras quærere cogitur: modo ait, modo negat; modo fugit, modo insurgit, tandem herbam porrigit & se turpiter dedit. At satis de prima Plinii sententia. Vide autem, Bibliopola, an forte felicius rem gerat circa secundam. Sane Catonis Censoris

ris ope consilioque artem Medicorum à S. P. Q. R. damnatam esse, tam manifestum faciunt Plinius, aliique; ut tuus Auctor, quanquam summa ejus sit cavillandi calumniandique audacia, damnationem tamen factam esse negare non audeat: sed aliam damnationem pro alia, aliam rem damnatam pro alia, alium eventum damnationis pro alio falso substituere velit. Quando Plinius ait Populum Romanum Medicinam expertam damnasse & in tædium transisse artem, omnesque Medicos; maxime quod recusaret quæstum esse immani pretio vitæ: quodque adeo templum Æsculapii etiam cum reciperetur is Deus extra urbem feciſſe iterumque in insula tradatur: nemo sanæ mentis dubitare potest, quin Senatus P. Q. Romanus damnatione illa censuerit, artem Medicorum ipsosque artifices (ex quibus unus Archagathus per errorem honorifice & publico sumptu admissus erat) Civitate Romana indignos, pernicioſos, & in posterum minime admittendos esse: satiusque fore, si qualemcunque Medicinam ipsi cives Romani, artis licet ignari, porro præberent; uti factitarant antequam vel Archagathum vel artem noviſſent. Hac damnatione tædioque artis artifices, licet nec deportationis, nec relegationis exilio mulctati sint; Roma tamen quodam modo excluſos esse, cuilibet conjicere in proclivi est. At tuus Auctor, Bibliopola, talem vult esse damnationem, per quam & arti Medicorum, & Medicis non minus Græcis & Ægyptiis, quam indigenis, honor amorque Romæ salvus fuit semper. Plinius distincte affirmat, non Medicinam, sed totam artem Medicorum damnatam esse. Tuus Auctor pag. 56. vult *unice Chirurgicam partem, nec tamen Chirurgiam omnem, sed illam duntaxat quæ crudelior est* (nimirum Archagathi) substituere. Plinius ait, eventum damnationis fuisse, quod Medicis peregrinis cum sua arte excluſis virtutem disciplinamque antiquam retinuerit Roma. Admiſſis autem Medicis maximam morum corruptelam admiſſam, compertumque veriſſimum Catonis esse vaticinium de malis, quæ Medicos in Rempub. invecturos prædixerat. Unde Plinius non po-

poteſt non judicium Catonis, & quæ Senatus cenſuit contra Medicos, ceu rem Reipub. ſaluberrimam laudare hiſce: *Illa autem quæ timuit Cato atque provvidit, innocentiora multo atque parva opinatu, quæ Proceres artis ejuſdem in ſemet ipſis fatentur: illa perdidere imperii mores.* Et paulo poſt: *Ita eſt profecto. lues morum, nec alunde major quam è Medicina. vatem prorſus quotidie fa it Catonem & Oraculum: ſatis eſſe ingenia Græcorum inſpicere, non perdiſcere. Hæc fuerunt dicenda pro Senatu illo ſexcentiſque populi Romani annis adverſus artem.* Vide autem, Bibliopola, quam diverſum ab hoc eventum fingat Auctor tuus, dum damnatam tantum aliquam crudelioris Chirurgiæ ſpeciem: Medicam vero artem Medicoſque tum indigenas, tum Græcos Ægyptioſque ſemper Romæ expetitos & in honore conſervatos: ipſumque adeo Catonis metum & prædictionem vanam falſamque fuiſſe, contendit. Quod quam ſit fidei & auctoritati contrarium hiſtoriæ Romanæ; intelligunt, qui eam Te Auctoreque tuo melius norunt. Audet tamen ille in dubium vocare Catonis & voluntatem, & facultatem circa hanc damnationem. De voluntate ſic colligit. Pag. 71. *Imo nuſquam legere eſt de Medicis in Senatu Catonem eſſe conqueſtum; uti ſuas de Carneade Academico & Diogene Stoico querimonas in Senatu jactavit:* & Pag. 71. *Quamvis Cato fuerit adeo in Medicos hoſtilis; illud tamen ita compreſſit atque privatos intra parietes ita cœrcuit, ut publicum in actum eruperit nunquam* O diſputatorem audacem atque impudentem! qui ita cavillari non erubeſcit, cum tamen ipſa hæc verba Catonis ad filium legerit apud Plinium: *Vincam nequiſſimum & indocile genus illorum: & hoc puta vatem dixiſſe: quandocunque iſta gens ſuas literas dabit, omnia corrumpet: tum etiam magis, ſi Medicos ſuos huc mittat.* Ergone credibile aut memorabile videri poteſt homini aliquid intelligenti, graviſſimum atque prudentiſſimum Cenſorem nihil in Senatu, nihil publice egiſſe, aut conqueſtum fuiſſe adverſos eos, quos nequiſſimum genus, & antiquæ virtutis morumque corrumpendorum certiſſimam cauſam, adeoque peſtem Reipubl.

eſſe

esse existimabat: quodque ipse proinde quasi bello indicto se victurum profitebatur. Quam vero aliam debellandi rationem cogitare potuit, quam ut apud Senatum populumque efficeret, ne morum illi corruptoris artifices medendi, cum sua arte nondum admissi, excepto exoso jam tum Archagatho, porro admitterentur. Plutarchus auctor est, Catonem bellum illud Græcis artibus & artificibus indictum tanto cum zelo prosecutum, ut Carnead m aliosque quos Romana juventus admirabatur Græcorum Legatorum Comites, diutius in urbe agere non sit passus, eaque de re graviter in Senatu egerit. Verba Plutarchi Xylandro interprete hæc sunt: *Statuit Cato honeste Philosophos ab urbe amandare; quamobrem in Senatum ivit & Magistratus incusavit, quod legationem eorum virorum, qui facile persuadere de quacunque re possent, tam diu in urbe re infecta desidere passi essent. Cognoscendum quam primum & decernendum de legatione, ut legati ad scholas reversi, apud Græcos pueros differant. Romani vero adolescentes Magistratus, ut ante, & leges audiant. Errant qui eum id Carneadis odio dixisse putant. omnes Græcas artes atque disciplinas contempsit.* Nullam vero artem magis, quam Medicorum, hanc debellavit, hanc vicit, ut Plinius totiusque Romanæ historiæ analogia certum faciunt. Unde an hujus odium intra privatos parietes coërcere, an quicquam contra eam in Senatu censere aut publice agere voluerit, dubitare, mihi plane stolidum, & ne Bibliopola, nedum viro qui doctis adnumerari vult, dignum videtur. At inquit Auctor tuus, etsi voluit, non tamen potuit excludere. Pag. 70. *Apud Senatum tanta nunquam valuit auctoritate, ut illo suasore & impulsore fuerint Medici Roma proscripti. Is quippe non rexit Italiæ fata, nec ab ejus censura sors Medicorum pependit.* Hospitem prorsusque peregrinum in historia Romana esse oportet, qui non credit tantum Catoni fuisse auctoritatis, ut Medicos cum sua arte Senatui populoque propter Archagathi sævitiam invisos Roma potuerit excludere. *Cui uni populus plus Majestatis tribuit, quam sibi vindicavit universo*: quo-

præſente in ludis Floralibus ne quidem conſueto gratoque audebat uti ſpectaculo. Sed hanc rem, ipſamque venerationem & auctoritatem Catonis cognoſce ex Valerio Maximo, cujus hæc ſunt: *M. quoque Porcium Catonem admiratio fortis & ſinceræ vitæ adeo admirabilem ſenatui fecit, ut cum invito C. Cæſare conſule adverſus publicanos dicendo in curia diem extraheret, & ob id ejus juſſu à lictore in carcerem duceretur, univerſus Senatus illum ſequi non dubitaret: quæ res divini animi perſeverantiam flexit.*

Eodem Ludos Florales, quos Meſſius ædilis faciebat, ſpectante, populus, ut Mimæ nudarentur, poſtulare erubuit: quod cum ex Favonio amiciſſimo ſibi una ſedente cognoviſſet, diſceſſit è theatro, ne præſentia ſua ſpectaculi conſuetudinem impediret: quem abeuntem ingenti plauſu populus proſecutus, priſcum morem jocorum in ſcenam revocavit; confeſſus, plus ſe Majeſtatis uni tribuere, quam univerſo ſibi vindicare. Quibus opibus, quibus Imperiis, quibus triumphis hoc datum eſt? exiguum viri patrimonium, a ſtricti continentia mores, modicæ clientelæ, domus ambitioni clauſa; paterni generis una imago, minime blanda frons: ſed omnibus numeris perfecta virtus. Quæ quidem effecit, ut quiſquis ſanctum & egregium civem ſignificare velit, ſub nomine Catonis definiat.

Quando autem non obſcurum eſt, Bibliopola, teque Auctoremque tuum ignorare, quæ Senatus quæque Cenſoris fuerit poteſtas in rebus illis: & quomodo Romani vel cenſorio edicto vel SCto ſoliti fuerint artes Græcas earumque Magiſtros urbe expellere; utriuſque formulam ex A. Gellio vobis referam. Anno ab v. c. ıɔxcıı. C. Fannio Strabone, M. Valerio Meſſala Coſſ. SCtum de Philoſophis & Rhetoribus Latinis factum eſt his verbis:

M. POMPONIUS. PRÆTOR. SENATUM. CONSULUIT. QUOD. VERBA. FACTA. SUNT. DE. PHILOSOPHIS. ET. DE. RHETORIBUS. DE. EA RE. ITA. CENSUERUNT. UTI. M. POMPONIUS. PRÆTOR. ANIMADVERTERET. COERARET. Q. UTI. EI. E. REPUBLICA.

FI-

FIDE.QUE.SUA.VIDERETUR.UTI.ROMÆ.NE.ESSENT. Annis circiter LXXII. poſt, Cn. Domitius Ænobarbus & L. Licinius Craſſus Cenſores de coërcendis Latinis Rhetoribus ita edixerunt: RENUNCIATUM. EST. NOBIS. ESSE. HOMINES. QUI. NOVUM. GENUS. DISCIPLINÆ. INSTITUERUNT. AD. QUOS. JUVENTUS. IN. LUDUM. CONVENIAT. EOS. SIBI. NOMEN. IMPOSUISSE. LATINOS. RHETORAS. IBI. HOMINES. ADULESCENTULOS. DIES. TOTOS. DESIDERE. MAJORES. NOSTRI. QUÆ. LIBEROS. SUOS. DISCERE. ET. QUOS. IN. LUDOS. ITARE. VELLENT. INSTITUERUNT. HÆC. NOVA. QUÆ. PRÆTER. CONSUETUDINEM. AC. MOREM. MAJORUM. FIUNT. NEQUE. PLACENT. NEQUE. RECTA. VIDENTUR. QUAPROPTER. ET. HIS. QUI. EOS. LUDOS. HABENT. ET. HIS. QUI. EO. VENIRE. CONSUERUNT. VISUM. EST. FACIENDUM. UT. OSTENDEREMUS. NOSTRAM. SENTENTIAM. NOBIS. NON. PLACERE.

Simile SCtum de Philoſophis & Rhetoribus Domitiani tempore factum memorat idem Gellius. Ex hiſce profecto luculentiſſime apparet, Cenſores uſque in ſextum ſæculum & voluiſſe & potuiſſe excludere artes artificeſque peregrinorum, ſatiſque excludere ſi dicant, ſibi non placere. Et quis dubitet excluſam eſſe artem, quam non tantum ſummæ Auctoritatis Cenſor Cato peſtem Civitatis, ſibique ſummo ſtudio debellandam judicavit: ſed & Senatus Populuſque damnavit? Quis dubitet, contra Archagathum alioſque exoſos inviſoſque Medicos Græcos, quos ne Medicorum nomine quidem amplius honeſtandos putabant, ſed carnifices vocabant: tantum non valuiſſe efficere ſummam auctoritatem Marci Catonis, ut ei permitteretur de exoſo damnatoque genere hominum ſtatuere, quod permiſſum M. Pomponio de Philoſophis & Rhetoribus, ſcilicet: *curaret uti è Rep. fideque ſua videretur, Romæ ne eſſent?* Quis dubitet Medicam artem Roma excluſam eſſe, cum acri perſecutione fugatam à Cenſore, & à Senatu populoque condemnatam eſſe conſtet ex Plinio. Quis dubitet, potuiſſe Catonem vincere ne-

quiſſimum genus, cum certum ſit, viciſſe dum vixit: cum Plinius dicat: *Solum hanc artem nondum exercet Romana gravitas*: cumque idem teſtetur, Catone demum mortuo, pulſis reliquis Græcis, Medicis nominatim exceptis locum relictum eſſe: cumque & Gellius, & Plutarchus, & omnis Romana Hiſtoria docear, ſexto ſæculo nondum fuiſſe perpolitam Græcis artibus Romam; id quod Auctor tuus nec ſemel, nec gravate agnoſcit: ſed toties fatetur, quoties contendit, nec Catonis ævo, nec ante, Medicos exilii ſententiam pati potuiſſe, quod nondum admiſſi fuerint, ſeu quod Romam nondum venerint. Proinde de auctoritate Catonis differens non contendit Medicos cum ſua arte Roma non excluſos: ſed Roma non proſcriptos, ſeu, ut alibi loquitur, exilio non mulctatos, aut in exilium pulſos eſſe. Quando tamen etiam negare non poteſt, Charmidem alioſque Medicos ſeu relegatos, ſeu deportatos eſſe, id quoque admittit: ut totius diſputationis ejus ſumma huc redeat: Exilium Medicorum nec univerſale, nec ſexcentorum annorum fuiſſe. Hæc Auctor tuus in conflictu contra Plinium, Cardanum, alioſque eruditos. Alia vero & majora prædicat, cum triumphum ipſe ſibi canit: ibi intrepide exclamat: *Romanus populus morbis preſſus* (quod proculdubio omni ſæculo contigit) *Medicam artem expetivit, & expetita ut potiretur. Medicos non tantum indigenas enutrivit: ſed & advenas Græcos & Ægyptios admiſit, & admiſſos tantum abeſt ſua ex ſocietate ut exterminaverit unquam, ut è contrario honorifice ſemper* (id eſt omni ſæculo) *conſervaverit, munificentiſſimis præmiis donaverit, tergeminis honoribus ſuſtulerit, & ſupremis denique laudibus fuerit proſecutus.* An videtur homo eſſe apud ſe, qui, cum de Medicis eorumque arte Roma excluſis Romaniſque exoſis, omnia conceſſerit, præter exilium deportationis aut relegationis univerſale ſexcentorum annorum: (de quo nec Plinio, nec nobis quæſtio eſt) omnia tamen ſe eviciſſe, Medicoſque cum ſua arte Romæ perpetuo honoratos & expetitos ſe docuiſſe gloriatur? An jam intelligis & Te deſipere

cum

cum furente, quando ais, Auctorem tuum in hac contentione justo more bellum gessisse: solum eum à Medicis amolirí calumniam acrem atque vigentem, quam alii adorti quidem, at minime protriverunt & conculcarunt? Sed stultitiam epistola tua proditam plenius cognosces, ubi monstravero Tibi, non tantum præclarum Auctorem tuum nulla alia re, quam calumniandi audacia, inscitia, atque impudentia alios vicisse: sed in hac ipsa quæstione de exilio Medicorum etiam cum larvis (ut tua phrasi utar) pugnasse. Certum jam est, eum nihil aliud effecisse quam quod obtinuerit exilii, & quidem universalis sex seculorum pœnam non esse irrogatam Medicis. Atqui tota ejus oratio nullum ostendit mortalium, qui hoc seu dixerit, seu scripserit, seu somniaverit unquam. Ut tamen furori suo qualemcunque obducat speciem, fingit sibi adversorum calumniatorum triplicem ordinem. 1. profanum vulgus, 2. maleferiatorum vel male doctorum, 3. proborum & liberaliter eruditorum. Pag. enim 43. ait: *Insuper his acrius me commovet, quod profanum non modo vulgus suum illud quod à viris, vel male feriatis, vel male doctis accepit, in nos effundit virus: sed & quod mendax illa, qua misere lacceramur contumelia in tantum invaluerit, ut vel quasdam proborum & liberaliter eruditorum menteis dicamne occupaverit, an potius occæcaverit.* Si quæras, quando, aut quo terrarum loco vixerit illud profanum vulgus, illi male feriati, male docti, & probi liberaliterque eruditi: quo loco, quibus verbis, quaque mente aut occasione exilium illud universale Medicorum in septimum sæculum asseruerint (quæ ratio legesque exprimi volunt ab iis, qui alios calumniæ postulant) hic plaustrario convitiatori hæret aqua, hic mutus magis quam piscis est. In notis tamen Orationi post adjectis diversis locis pag. 40. & 41. ad Te tuamque epistolam nos ablegat, Bibliopola, ut calumniam illam vivam quæ passim per ora virorum cursitat, inde penitus cognoscamus, Papæ bellum inventum & cautum alumniatorum accusatorem! JCti in suo Codice habent titulum, ut quæ desunt Ad-

vocatis partium Judex ſuppleat. Tuus mirificus Rhetor utitur eo jure ut quæ deſunt Oratori, Bibliopola ſupplicat. Tu ergo expedies quæ Auctor tuus expedire nequivit, ut Tibi indicatorum nominatorumque, Illi proſtratorum calumniatorum gloria debeatur. Neque vero tu ſegniter agis, Campos Martios & Elyſios aperis, Viros nominas, dicta refers: ſed profecto tam aliena à quæſtione, ut ſuſpicer Auctorem tuum horum puduiſſe, meliora autem adferre non potuiſſe, eamque ob rem id negotii Bibliopolæ dediſſe. Primo loco notari vis vecordiam atque ſupinitatem Hiſpani Bætici, quem quidem probra jactaſſe dicis in Medicos: at aſſerti exilii univerſalis ſexcentorum annorum ne quidem inſimulas. Secundo adfers hæc verba Langii, quinque Principum Palatinorum, qui Cæſarem legunt Archiatri, *Cato ſeverus Cenſor Græcorum Medicis urbe interdixit.* Atqui hic nihil de exilio, nihil de ſexcentis annis. Quin imo, dum à Catone primum interdictos ait, prioribus ſæculis interdictos negat. Haud obſcurum eſt, Langium id innuere, quod Plinius totuſque eruditus orbis hac de re ſentit. Tertio accerſis Valeſium Hiſpaniarum Regis Archiatrum, quem non calumniæ, ſed brevitatis in calumniatoribus perſequendis poſtulas. Hos tamen etiam ex verbis ejus cognoſci vis hiſce: *Illos etiam ſexcentos annos, quibus Roma caruit arte hac SCto damnata, mendacium eſſe merum.* Sed Valeſius mendacii quidem meminit: at nec mendaces aut calumniatores quos tecum quærimus ullos prodit, nec de exilio Medicorum, ſed de arte damnata loquitur. Quarto loco Cornelium Agrippam Equitem & JCtum, qui Cæſari à conſiliis fuit & Archivis, ceu calumniæ primum Auctorem accerſis; Plinium enim ad exilii inficias Auctorem tuum blande perduxiſſe, & Medicorum cauſam acriter depugnantem in arena collocaſſe in notis obſervas. Verba Cornelii ſunt: *Romani quondam ſub Catone Cenſorio Medicos omnes & Urbe tota & tota Italia pepulerunt.* Atqui ne hic quidem ullum verbum de exilio ſexcentorum annorum: ſed proh Deum atque hominum fidem, quæ hæc effrænata cavil-

villandi audacia eſt! Agrippam adducis quaſi diverſum à Plinio ſentientem; Plinium vero quaſi à parte Medicorum contra Catonem ſtantem: denique Auctorem tuum quaſi cum Plinio conſentientem concordemque; cum tamen & Agrippa, tum ipſo allegato loco, tum pluribus ſequentibus Plinium ipſe citet & ſequatur, & Plinius Catonem vatem & oraculum. & Medicorum artem damnatam, & Medicos omnes in tædium veniſſe, nec ullam luem majorem quam à Medicis allatam, diſerte teſtetur; & ipſe Auctor tuus, utramque Plinii ſententiam non ſolum evertere conetur, ut ante demonſtratum eſt, ſed & in hæc erumpat pag. 90. *Ex dictis hactenus luculenter patet, me non uſque quaque Plinio aſſentiri.* Non majore fide agis, Bibliopola cum Lanſio, quem quinto loco calumniatorem nominas, verba hæc refers: *Roma ſexcentos ſtetit & floruit annos, antequam Medicos tecto & hoſpitio excepit: quam primum vero periculo ſuo didicit, ſe tantum latrones & manſuetos homicidas excepiſſe, eos iterum expulit.* Ecquæ hic mentio exilii univerſalis ſexcentorum annorum? Ecquid vel mens vel verba Lanſii volunt aliud, quam quod ad ſecundam ſententiam Plinii planum fecimus, Medicam artem & Medicos damnatos excluſoſque Catone auctore. Archagatho tabernam ſalvam præſtare potuit fides publice data: ſi qui vero alii præter Archagathum fuerint Medici, quomodo Romæ in gratiis S. P. Q. & Catonis potuerint commorari & non expelli, nemo facile enunciaverit: qua ratione Lanſius *expellendi* verbo non incommode uti potuit, licet probabilius ſit, cum non tam ad expulſionem paucorum præſentium, quam ad excluſionem artis artificumque abſentium, & Archagathi veſtigia legere volentium, reſpexiſſe, & pro *expulit* legendum eſſe *excluſit*. quod arguere videtur vocula *iterum*. Poterant enim Medici iterum *excludi*; iterum expelli proprie non poterant: vel ipſa tua virulenta criſi evincente. Sexto adfers hæc verba ex Orationibus Melchioris Junii: *Res hæc impulit Romanos, ut propter Archagathi cujuſdam in ſecando crudelitatem omnes odio Vatiniano Medicos proſequerentur, eoſdemque urbe*

be exterminandos esse censerent. Chorda oberras eadem, Bibliopola, nihil hic de exilio sex sæculorum, nihil hic aliud investigatur quam voluit Plinius. Septimo Michaëlis Montani Gallica *de la Medicine*, & denique Octavo Belgici Auctoris verba *de arte medendi* van de Genesshonst / adfers: sed neque in his quicquam est de Medicis in exilium pulsis, nec de exilio eorum universali, nec de sex sæculis. Quid ais, Bibliopola, jamne vides Auctorem tuum in campis Elysiis cum umbris de exilio illo pugnare? Jamne luce meridiana clarius apparet, Profanum vulgus, male feriatos, male doctos, & liberaliter eruditos, ab Auctore tuo calumniæ convictos adversarios frustra te in Campo Martio quæsivisse? Jamne cognoscis, Plinii sententiam & auctoritatem omnes fere eruditos & probare & sequi; quanquam omnes non possint eadem servare verba, eundemve loquendi modum. Fac vero etiam Auctorem tuum docuisse (quæ nec docuit nec docebit unquam) Archagathum odium P. R. nunquam incurrisse, Græcos medendi artifices, frustra obnitente Catone, honorem locumque Romæ recte tuitos: Plinium vero aliosque circa hæc hallucinatos esse, annon sic quoque umbras potius Elysinas, quam nostrorum Medicorum injurias persecutus esset? Quid indocilis atque nequissimi generis, quid Archagathi & similium causa ad nostros, seu Medicos, seu artem? An nostris viris eruditis disciplinæque eorum salvus esse nequit honos, si & Archagathus & Græci Medicastri aliquando civitate aut amore exciderunt Romanorum? Mathematicos Romæ semper prohibitos fuisse constat: de quibus Tacitus ait: *Genus hominum potentibus infidum, sperantibus fallax, quod in Civitate nostra & vetabitur semper & retinebitur.* Et tamen nemo sanæ mentis hisce honorem vel Matheseos, vel Mathematicorum nostrorum lædi dixerit; quod nostri illi Philosophi cum antiquis Chaldæis, Hariolis, Auguribus, & somniorum interpretibus minime comparari possunt, Philosophos Rhetoraſque SCtis & Censoriis edictis sæpius etiam prohibitos expulsosque fuisse vidimus. Et tamen nemo hoc ad injuriam aut ad de-

dedecus Philoſophorum noſtrorum pertinere dicit. An non eadem ratione Medicorum noſtrorum, tum Philoſophia, tum aliis diſciplinis plerumque inſtructorum, cauſa diſtinguenda ſeparandaque eſt à cauſa Chirurgorum Medicaſtrorumque veterum? Annon eruditus noſter ordo generi iſti, ut Cato ait, nequiſſimo juſtiſſime dicet: Ehem quis tu es? quis mihi es? Res tuas tibi habeto: conditione tua uti nolo. An non ſic inane ſpectrum & umbra fit tota illa calumnia, qua Medicorum noſtrorum nobiliſſimum ordinem proſcindi atque lacerari, clamitat Autor tuus: & tamen pro ejus depulſione in tam inſanos erupit clamores, tantumque excanduit, ut ſi & ſuæ, & omnes Medicorum noſtrorum ædes incendio conflagraſſent omneſque eorum perditæ eſſent fortunæ, nec gravius ferre, nec vehementius commoveri, nec atrocius debacchari potuiſſet. Quid vero eſt furere ſi non hoc eſt? Et tibi tamen etiam, Bibliopola, hic furor pulcher videtur, dum pari ſtultitia vocas *malitioſos*, *perverſæ indolis*, *& à bonis moribus degeneres*, qui vanitatem clamorum illorum non diſſimularunt. Scilicet malitioſus & perverſus tibi eſt quiſquis impudenter, inepte, atque imperite garrienti, receptamque Plinii & eruditorum ſententiam manifeſta cavillatione impugnanti Gallo non protinus aſſurgat & applaudat. Homine indocto nihil eſt injuſtius, nihil enim rectum putat, niſi quod ipſe ſentit. At ne hic quidem ſubſiſtit ſtultitia tua aut convitiandi rabies: ſed eo graſſatur, ut tui Auctoris ineptiſſimam turpiſſimamque Orationem, plauſtrum illud convitiorum & cavillationum male olens, pro ſalutari Medicina atque neceſſario antidoto: Diſſentientes autem pro veneficis, eorum ſententias pro venenis malis habeas, & cavendum ab iis moneas. Nimis audacter calumniaris & pungis viros tum eruditos, tum honeſtos: qui ſi Te eo nomine in jus vocarent, certe, vel Legis Remmiæ, vel aliam in calumniatores ſancitam pœnam non evitares; vel ad agnatos gentileſque ablegandus, cumque furioſis coërcendus eſſes, ne tua rabies denuo bonos lædat cives. Commenda libellos tuos: extolle Auctorem: Jovem lapidem jura, cum

non cunctos tantum de exilio illo disputantes, sed & ipsum Marcum Tullium, & Demosthenem dicendo vincere. Ferri utcunque hæc possunt in Bibliopola, qui laudat venales, quas vult extrudere merces. Sed quod viros bonos calumniæ, veneficii, malitiæ, perversæ indolis insimulas, nec ferri nec excusari potest. Si pro amoliendis à Medicis & Eruditis calumniis certamen subeundum, in Te, Te, Bibliopola, Auctoremque tuum ferrum vertendum omnisque impetus faciendus. Qui quantique sunt viri, quibus tu Maledica epistola injuriam facis? Et cui quæso parcit Auctor tuus? Sed cui parceret, qui Cardani, Plinii imo ne venerabili Catonis nomini parcit: sed mendaces, calumniatores, viperas, serpentes vocat, fœdisque omnes convitiis lacerat, tum hoc tum aliis suis famosis libellis, & maxime horrenda illa appendice, qua non tantum Canditatis studiosisque Medicinæ Leidensibus injuriam facit maximam: sed & innumeros Doctores Clarissimos, Celeberrimosque Professores, diversum ab eo sive de pancreate, sive de glandula pineali sentientes, inaudita execrandaque maledicendi libidine vulnerat: & per horum catus ipsos etiam Belgii Proceres, (horresco referens) illustres Academiæ Curatores, eorumque Collegas Consules Ampliſſimos, non leviter petit læditque. Quanquam enim summi hi viri, tum multis aliis modis de hac Rep. Civitate, atque Academia præclare merendo; tum etiam singulari sua integritate, fide, atque cura, ex omni terrarum parte viros virtute & eruditione præstantes ad Professoria aliaque munia publica evocando, immortalem gloriam consecuti sunt: Tuus tamen ille egregius, si Diis placet, Auctor non obscure eos insimulat, quasi *conviciorum & Lustricorum Parentum familiaritas in expugnandis suggestibus plus valeant*, pag. 10. in not. quasi *in fungos* pag. 11. not. *in procerum mancipia* pag. 12. honores conferant: imo in ineptissimos, prorsusque *indignos, qui vel Hippocrati matulam præfient, vel Galeni porcos pascant*: p. 81. *quorum ex cathedra dicentium praxeos Balliones apud, atque Philoxenos, Gnatonesque suos, inter orationem plagio descriptam, & descripto recitandam oscitanter,*

tanter, ſumma hæc eſt, pulpitum premere cubito, gravemque ſemicontracta manu fulcire maxillam, & pleno ſuggeſtu mucoſis de naribus atque rancidulis malam pituitam ozænicamque ſtiriam digitis identidem emungere ruſticis, & ſqualidæ manus tergere convexo: p. 83. inter quos nullus par ſit *vel uni orationis periodo ſuis numeris complendæ:* quorumque ſcripta *ſcatent peccatis in Grammaticam, Rhetoricam, Logicam, &, quod vitiorum omnium fax eſt, ipſam artem, quam profitentur* ſcil. Medicinam pag. 36. & 37. Et dum omnes pancreatis atque glandulæ pinealis aſſertores *Vertagos, Moloſſos, Leopardos, Lupos, Vulpes, Simias, Cervas, Lepores,* pag. 48. *turdos, tardoſque* tacit pag. 58. & ſeq. dum illos *ſtultos, ſtolidos, blennos, buccones,* qui *omnes ſtultitia & moribus indoctis anteëunt* pag. 80. vocat: dum *fungos venenatos & abominandas cantharidas* pag. 81. *Homicidas venenis armatos, qui de corio ludunt humano,* homines impune trucidantes, & *ſuis veneficiis Cæmeteria complentes.* pag. 83. *Humano generi male ominoſos, quorum ad ægros ingreſſus nil, niſi luctus & funera ſpargit* pag. 50. adde pag. 66. *Qui plures interficiunt imperitia, quam pereunt gula.* pag. 82. Dum Doctores Medicinæ Leidenſes pag. 13. & 14. *bardos bardocucullo ſeu* ſimiarum indumento, vel ut ipſe loquitur *cercopithecorum penula, quam Doctorum laurea, digniores* dicit. Dum pag. 39. & 40. Canditatos & ſtudioſos Leidenſes *in turpiſſima literarum & artis ſuæ ignorantia verſari, vel Morſimi verſus ſuas ad theſes inaugurales exſcribere: apud lacunoſos, ſqualentes, & fœtidos artem ſuam nullam, ſed pſittacorum duntaxat inconcinnam, & agreſtem βατολογίαν condiſcere,* ait. Dum omnes illos pluribus aliis atque execrandis convitiis dilaniat, nemo non intelligit, ad Celeberrimos Profeſſores Leidenſes, in quorum ſchola nata & vulgata eſt doctrina de Pancreate & glandula pineali, nec non ad innumeros alios Clariſſimos Medicos, qui vel ex eadem ſchola prodierunt, (prodiere autem plurimi) vel eandem ſententiam tuentur, injuriam illam quidem potiſſimum pertinere: ſed tamen ex parte non minima ad ipſos Proceres, quaſi non viris dignis Clariſque; imo,

ne hominibus quidem communi judicio valentibus tam insignem Spartam commiserint, spectare: & non innumeros tantum Clarissimos & suos honores bene meritos viros, atque ornatissimos juvenes sic graviter vulnerari: sed & toti Medicorum Nobilissimo Ordini seu facultati injuriam, ipsique adeo Academiæ ingens damnum inferri. Quid? ingens? imo inæstimabile majusque, quam si omnibus tectis Academiæ ignes injecisset, totamque funditus delevisset incendiarius. Eam enim jacturam ordinum liberalitas potentiaque (ut olim fecit) satis, & cito sarciret. At dum famam, famam, inquam, qua & rerumpublicarum, & Academiarum salus alitur plurimum, corrumpit, sexcentis furtim missis plenis atrocissimarum calumniarum libellis in Germaniam, Angliam, Galliam, aliaque, seu vicina seu remota loca, vulnus profecto infligit Almæ Matri nec tempore exiguo, nec negotio facili sanandum. Quæ enim Procerum nostrorum virtus, aut ratio poterit passim per Europam sparsam Drelincurtianam calumniam delere, eamve ita omnium animis eximere, ut non aliquid hæreat, quod Medicorum nostrorum disciplinam aliis seu suspectam, seu exosam reddat, multisque Academiam defraudet alumnis? Viros cordatos atque observantes non quidem fallere potest tam manifesta calumniandi rabies. Sed plures sunt incauti: & tanto periculosior hæc est calumnia, quanto speciosior videtur; quod Auctor non tantum nomen quod habet non dissimulat, sed & dignitates Medici Regii, & Leidensis Professoris primarii, quas non habet, venditat, seque cum Bibliopolis & Typographis ipsum ostentat, contra aliorum morem calumniatorum. O audacem atque pernitiosam temeritatem! An non & Medicorum Ordo, & Academia, omnisque Leida justissime sic exclamat? Quo usque tandem abutere, Drelincurti, patientia nostra? Quamdiu nos etiam furor iste tuus eludet? Quem ad finem sese jactabit effrænata illa audacia? Nihil te Ordinum Majestas, nihil Principis fortis & Belgicarum injuriarum ultrix manus, nihil Curatorum Consulumque auctoritas, pietas, & Saluti Academiæ, invigilans pervigil oculus? nihil te Academia,

quæ

quæ plus opum honorumque in te effudit peregrinum, quam Tibi unquam sperare licuisset in patria? Nihil Te Celeberrimorum Collegarum nota virtus & eruditio? Nihil Lugdunensium aliorumve Clarissimorum Medicorum, quos tu male Pancreaticos, glandulosolque vocas, aut dignitas, aut multitudo? nihil Te Candidatorum præstantia? nihil studiosorum generosa, injuriamque ferre nescia pectora? Nihil Te hæc omnia moverunt, ut revereremis Proceres, parceres Academiæ, abstineres a Collegarum injuria, mitteres calumnias evomere in plurimos Præstantissimosque Medicos, ut non lacessieres Candidatos, non irritaresque Studiosos? In quæ tempora, in quos mores, in quos homines te indidisse putas? An putas, sine discrimine dignitatum, ordinum, ætatum, publici, privatique, omnia tibi licere in omnes? An, quia Medicos Belgas dicis *pusillanimes*, *servos*, *cervinos*, *sanguine carentes*, *& ad frendium crepitum lepore meticulosiores* pag. 48. *qui propter metum præsentis exitii tua non audent jugula petere.* pag. 9. Proceribus etiam Belgarum deesse aut animum, aut vim ad reprimendum unius Galli furorem? aut Academiæ vocem ad querendum de damno suo? aut Professoribus consilium accusandi? aut Medicis cæteris patrocinium sumtumque ad vindicandam factam abs te injuriam? aut Candidatis Studiosisque animum ad tuendum honorem suum suorumque Præceptorum? O facinus! O scelus! O audaciam! Audis, Bibliopola, nunc querentem, dolentem, indignantemque Academiam, omnemque Drelincurtiana injuria vulneratam multitudinem meis verbis: qui quidem eam vel ingenii felicitatem, vel dicendi vim minimè mihi arrogo, ut audaciissimi facinoris gravitatem satis exprimere, aut verbis æquare confidam. Alia & graviora aliquando ipsis læsis pectoribus dolor exprimet & justissima indignatio. Paucula tamen hæc ad Te scribenda mihi fuere tum mea, tum maxime etiam tua causa. Mihi enim etsi negotium non tam sit cum Auctore tuo, quam tecum, nec ad turpem ejus appendicem, sed ad ineptam epistolam tuam respondendum; Ca-

lumniatorem tamen occaſione literarum tuarum mearumque mihi obvium factum obiter ut notarem, & publica exigere videbatur utilitas, & mea in Academiam pietas, & præclara Medicorum noſtrorum merita, & Candidatorum Studioſorumque amor, & imprimis ſapientiſſimi Demoſthenis auctoritas. *Neminem fortaſſe veſtrûm* (inquit ille ad Athenienſes) *unquam ſerpens momordit aut aranea*, (*& abſit ut unquam mordeat*) *ſed tamen eas animantes, ut videritis, ſtatim occiditis. Ad eundem igitur modum, Athenienſes, etiam cum calumniatorem & acerbum, & natura ſerpentina præditum hominem videritis, nedum veſtrûm ſingulos mordeat expectate: ſed primus quiſque, qui in eum inciderit, ulciſcatur.* Non Athenienſibus tantum, ſed & Batavis, & omnibus bonis civibus, & nobis dicta hæc putanda ſunt. An non improbum & peſſimum virum Civemque eſſe oportet, qui ad incendium publicarum privatarumque ædium extinguendum non protinus accurrit, omnemque quam poteſt operam præſtat? Egone ergo Drelincurtii ſcelere excitatam in clariſſima mihi civitate & Academia feralem illam, longeque lateque ſerpentem flammam pro virili non reſtinguerem? non frigidam ſuffunderem? non hamas & dolabras adferrem? Egone illud bonarum artium Emporium conflagrare, totque Proceres, præclaroſque artifices, viroſque optimos mihique amicos unius Galli audacia miſere vulnerari lætis oculis, complicatis, aut in ſinum rejectis manibus, patienti animo, ſpectarem? ſinerem? ferrem? Mori me mallem. At tua quoque cauſa, Bibliopola, de his ut ſcriberem nec una, nec levis fuit: altera quidem, ut periculo te liberarem præſenti: altera, ut à delirio te ad ſanam mentem, ab errore reducerem in viam. Neſcis quantum in diſcrimen fortunas tuas adducas, dum calumniarum & maledictorum plenas Drelincurtianas chartas non tantum divulgas, laudas, venditas: ſed & cum illius crimine tuum conjungis, viros optimos eruditiſſimoſque *calumniatores*, *malitioſos*, *degeneres à bonis moribus*; imo *veneficos*, appellando. Neſcis, capitis ſupplicium legibus ſancitum eſſe in omnes non

non ſolum Auctores, ſed & venditores & divulgantes famoſorum libellorum. Neſcis, neſcis, cujus maleficii reum te facias. Deliras autem graviter, & dum libellos Auctoris tui laudas plurimum, & dum eos edendo, aut recudendo ad bonum publicum animum Te convertere ais. An non enim ſtultitia mera eſt maximi facere, quæ per ſe ſunt res nauci nihilique, imo peſſimæ? Libellis illis Drelincurtianis quid vilius? quid inelegantius? quid indoctius? quid turpius? quid pejus? in quibus nec argumentum loco temporique aptum, aut cum ratione lectum, nec rem ullam uti viro erudito dignum eſt, tractatam, nec membra orationi, nec verba rebus convenientia, nec quicquam conſentaneum invenias. Equidem Romanæ eloquentiæ ille parens Marcus Tullius aliique olim anxie diſputantes de optimo dicendi genere, judicarunt ſecundum id, quod proxime accederet ad dictionem Demoſthenis. Noſtro autem ævo nulla eſt dubitatio inter Doctos, quin tanto quiſque vel pejor, vel melior ſit orator, quanto vel ſimilior Ciceroni vel diſſimilior. Quod etiam pueri in ludis intelligunt, qui quanquam elegantiam Tullianam aſſequi non poſſint, imitari tamen, & quid ſequi debeant, ſciunt, multo doctiores Carolo tuo, qui non modo inficeto, horridoque, abſurdoque ſtylo mirum in modum ſuperbit: ſed quis optimus, quis imitandus affectandusque ſit, adeo ignorat, ut elegantiſſimum ſe putet, cum quam plurimas rancidas Metaphoras, & phraſes fabulaſque Poëticas ſolutæ orationi infarcit, & à verborum propria & germana ſignificatione quam maxime recedit. Quod, ut inceptum, frigidum, nimiſque Poëticum, & maximum vitium, omnes veteres recentioreſque dicendi Magiſtri coarguunt, Locutuleios, Blatterones, & Lingulacas appellantes, qui ſcatent verbis ſine ullo judicii negotio cum ſecuritate multa & profunda; ut loquentes plerumque videantur loqui ſeſe neſcire: quos ita deſcribit Aulus Gellius, ut in ipſum digitum potiſſimum intendere videatur Drelincurtium tuum: qui, cum Collegis aliiſque Viris diſertis & Oratoribus mini-

me

me ridiculis turpem puri ſermonis & dicendi inſcitiam exprobrat, ipſe futilis & mimicus Blatero ſic loquitur, ut plerumque vel plus, vel minus, vel prorſus aliud ſonet male contorta ejus verborum turba, quam mens cogitat loquentis. A Cajo Cæſare excellentis ingenii & prudentiæ viro primo de analogia libro ſic ſcriptum memorat Aulus: *Habe ſemper in memoria atque in pectore, ut tanquam ſcopulum ſic fugias inſolens verbum.* At quid Drelincurtius? Verba inſolita non tantum non fugit, ſed & omni ſtudio conquirit: ille Libitinæ Tropæa vocat narrationem de vario mortis genere & morientium numero: ille ſummates, infimates, Oſce & Volſce loquentes, & ſexcenta ſimilia dicit: cum alii & magis Latinis, & minus inſolentibus verbis Proceres, Plebejos, barbare loquentes dicerent. M. Tullius nec Latina Græcis, nec Græca Latinis miſceri vult. At Drelincurtius paſſim ſine ulla ratione aut neceſſitate Græca miſcet Latinis. Unde nemo dubitat, quin ipſius araveris vitula in tuæ exaratione epiſtolæ, Latinæ quidem; Græco tamen hoc ſuperbientis exordio πᾶς φιλιάτροις ὁ βιβλιοπώλης χαίρειν. Homini, qui non Gallico ſanguine vehementer ſuperbit certe conſentaneum magis videretur Latinæ epiſtolæ Latinam, Tullioque, aliiſque bonis Auctoribus familiarem præſcribere formulam & dicere: Librarius Medicorum amicis S. D. Quam anxii etiam fuere veteres de juſta verborum ſtructura, & ordine commodo, ut naturali quodam & jucundo fluxu decurrat! At Drelincurtius quam anxie operam dat, ut omnia diſturbet atque diſtorqueat, & quam longiſſime à naturali & conſueta loquendi ratione abſit. Cum vetus verbum ſit, feſtucam oculis eximendam, ipſe oculos ſuos feſtucis eripi rogat, & quantum poteſt omnia præpoſtere profert. Sed hæc quidem leviora ſunt, & utcunque ſeu ferri, ſeu excuſari poſſent, ſiquidem ea eſt Latini purique ſermonis difficultas; ut in aliis, quam qui literas illas ſolas ſtudent, fruſtra illum exactius requiras: nec inter Theologos, JCtos, Medicos, aut Philoſophos de verbis aut periodorum numeris quæri ſo-

leat

leat, niſi ab iis, qui nodos in ſcirpo quærunt. Quare & Drelincurtium facile pateremur ſuo mirifico abundare & ſtylo, & cerebro; ſi modo ipſe aliis viris doctis & diſertis de hiſce litem non moveret, & ſuos ſolœciſmos pro elegantiis, ſuam ſuperbiam aliaque vitia, quibus ſcripta vitaque ejus ſcatent, pro virtutibus non venditaret; & ſi modo tam abſurdum inſolenſque non eſſet ejus dicendi genus, ut quæ in bonam partem accipi vult, in malam dixiſſe videatur. Cujus rei lubet exemplum petere ex eo florum loco, quo ipſe dicendi ſuam artem maxime exercuiſſe videri vult: ſcilicet ex tredecim (tot ipſe numerat, cum tamen plures ſint quam ter tredecim) admirabilibus concatenatiſque metaphoris, quibus ornavit orationem ſuam in Hornii obitum.

Sunt autem hæ.

1. *Acad.* } *Cujus de Scholâ Philoſophus ille ſit abreptus:*
1. *Eccl.* } *Cujus è templo Spirituali vivus ille Lapis ſit detractus:*
1. *Civ.* } *Cujus ex ædibus ille ſit exturbatus Incola.*

2. *Acad.* } *Cujus è Lyceo Peripateticus ille ſit evulſus:*
2. *Eccl.* } *Cujus è coronâ illa Gemma ſit prolapſa:*
2. *Civ.* } *Cujus è communitate Civis ille ſit exterminatus.*

3. *Acad.* } *Cujus Porticû Stoicus ille ſit excluſus:*
3. *Eccl.* } *Cujus de facibus illud Luminare ſit extinctum:*
3. *Civ.* } *Cujus ex triviis atque quadriviis ille Galenicæ de oſſibus doctrinæ Vindex & Tympaniſta ſit detruſus.*

4. *Acad.* { *Cujus à* Γραμματοφυλακείῳ *ille* Βιβλιοκώδατος *ἀνὴρ sit*
4. *Eccl.* { *expunctus:*
4. *Civ.* { *Cujus è cœlo Sidus illud sit dilapsum atque devolutum:*
{ *Cujus à compitis Anatomicarum ille veritatum præco*
sit ablegatus.

5. *Acad.* { *Cujus de Roſtris Orator ille ſit deturbatus:*
5. *Eccl.* { *Cujus de grege ovis illa ſit vorata:*
5. *Civ.* { *Cujus de Medicinis ille Medicamentarius ſit ablatus.*

6. *Acad.* { *Cujus è Gymnaſio Doctor ille ſit expulſus:*
6. *Eccl.* { *Cujus è Cœnaculo illa ſit Aquila fugata:*
6 *Civ.* { *Cujus ex officinis Chirurgus ille ſit eductus.*

7. *Acad.* { *Cujus ex Auditorio Profeſſor ille ſit ejectus:*
7. *Eccl.* { *Cujus à pio conceſſu Confeſſor ille ſit proturbatus:*
7. *Civ.* { *Cujus in excubiis ille corporum Epiſcopus ſit conſopitus.*

8. *Acad.* { *Cujus ex Athenæo Scriptor ille ſit deletus:*
8. *Eccl.* { *Cujus ex choro Symphoniacus ille ſit extractus:*
8. *Civ.* { *Cujus è Prætorio ille laborantium Aſſeſſor ſit extruſus.*

9. *Acad.* { *Cujus in horto Botaniſtes ille, hac ineunte rigentiſſima*
{ *bruma, ſit confectus:*
9. *Eccl.* { *Cujus ex Synedrio piorum ille Virorum Antiſtes ſit ere-*
9. *Civ.* { *ptus:*
{ *Cujus a Comitiis ægrorum ille Centurio ſit remotus.*

10. *Acad.* *Cujus de theatro Anatomicus ille ſit reſectus:*
10. *Eccl.* *Cujus è conventu fidelis ille ſit evocatus:*
10. *Civ.* *Cujus ex Conciliis morboſorum ille Conſiliator & Rector ſit excuſſus.*

11. *Acad.* *Cujus Aſſeſſura ille Magnifici Noſtri Rectoris Aſſeſſor ſit depoſitus:*
11. *Eccl.* *Cujus ex menſa κοινωνὸς ille ſit abactus:*
11. *Civ.* *Cujus de valetudinario ille malorum Averruncus ſit ipſe Parcis immolatus.*

12. *Acad.* *Cujus de Senatu ille Patrum unus ſit proſcriptus:*
12. *Eccl.* *Cujus in corpore Chriſti membrum illud ſit amputatum:*
12. *Civ.* *Cujus è Curia Medica Senator ille ſit rejectus.*

13. *Acad.* *Cujus tandem Æſculapico de Sacrario Apollinis ille Myſta ſit exemptus:*
13. *Eccl.* *Cujus demum è manſionibus ille Cælicola beatas in ſedes ſit raptus:*
13. *Civ.* *Cujus denique de Medico Tribunali morborum ille Judex ſit devolutus & ad fata ſua deductus.*

Si iiſdem floribus ad inſcriptionem monumenti Drelincurtiani aliquando quis volet uti, quibus ille uſus eſt ad Hornianum, fas & honorificum ei erit, ſi ſcribatur.

CAROLUS. DRELINCURTIUS. ÆGRORUM. CENTURIO: PROSCRIPTUS. DE. SENATU. ET. LEIDÆ. EX. OFFICINIS. CHIRURGUS ILLE. EST. EDUCTUS. ET. EX. TRIVIIS. ATQUE. QUADRIVIIS. DETRUSUS.

Quid frontem contrahis, Bibliopola, quasi injuriam faciam Auctori tuo, & illum Chirurgum, & valde ægrum, forte qui mente magis, quam corpore laborat, & à Senatu proscriptum, & Leida expulsum, dicam. Non dico, licet appendice sua id mereatur: imo aliud dico, nam *ægrorum Centurio* & *Chirurgus* Drelincurtio idem est quod Medicus Clarissimus: id quod minime possem divinare, nisi aliunde scirem, hominem de Hornio loqui. *Proscriptus de Senatu* & cætera idem ei significant, quod mortuus. Vide quæso, Bibliopola, reliquas metaphoras omnesque omnium Drelincurtianarum Orationum (si nomen hoc merentur inconditi sermones) elegantias, & fac periculum an sine risu legere, an commodum ubique sensum assequi possis; denique an illis non plus insit stultitiæ quam eloquentiæ. Quam nihil ibi sit purum, nihil non affectatum, nihil genuinum aut æquale, nemo non videt. Quid vero insolens, & affectata, impuraque illa dicendi ratio, quam Cicero superbiloquentiam recte appellat, aliud est, quam insolentissimi, arrogantissimi, superbi, superque omnes sese extollentis animi certissimum argumentum? Ille solus doctus, solus Orator, solus Latinus, solus Græcus inter Medicos videri vult: cæteros ne unam periodum, nedum orationem suis numeris complere posse putat. Ego vero Deum sancte testor, quod Orationem nullam nullumque librum viderim unquam, in quo tantum sit maledicentiæ, tamque parum elegantiæ, judicii, aut solidæ eruditionis; quam in plerisque illis Caroli libellis: in quibus prædicandis quantum erraveris satis jam edoctus videris. Si ergo animum tuum vere vis ad bonum publicum convertere, desine male olentes illas chartas edere, recudere, laudare, venditare. Admone Auctorem, ut mittat Oratoriam, quam ne extremis quidem labris degustavit, & in qua se totum ridiculum gerit, & nunquam non ridebitur ab intelligentibus, risusque nuper est à doctis atque indoctis, quin & ab ipsis suis amicis. & à tota fere concione, summo suo & merito & jure. Quis enim temperet à risu, ubi dum gravis, & Professore, & Rectore

Aca-

Academiæ digna expectatur Oratio, ludus exhibetur hiſtrionicus? & non tantum novus atque inſolitus apparatus pulvinarium, clepſydræ, aliorumque: ſed & dictio, & maxime actio omniaque adeo erant ridicula, ut ipſe Æſopus Roſcius, & quivis hiſtrio propterea ridendus fuiſſet. Cum enim Cicero in paradoxis dicat: *Exſibilatur & exploditur hiſtrio, ſi paululum ſe movit extra numerum*: quid ni exſibiletur Mimicus Rhetor, qui nec in movendo, nec in geſticulando, nec in declamando, nec alia in re rationem aut modum ſervavit ullum? Admone, artem quam callet potius exerceat, Anatomen puta, imprimis publicam, toto triennio magno cum Academiæ detrimento neglectam. Ad hanc operam ejus commendandam non opus ei erit emendicatis amicorum literis, Ipſa ſeſe commendabit. Admone ne ita impie contra honorem, famam, & commoda Academiæ & Academicorum laboret: ſed miſſos ſparſoſque pernitioſos libellos quantum fieri poteſt, repetat revocetque, aliiſque edendis ſpargendiſque ſuperſedeat. Admone ut meminerit, non ſe amplius inter milites calones lixaſque Turreniani exercitus, nec inter Scythas, ſed inter optimos atque humaniſſimos Batavos, eorumque Celeberrimos Profeſſores verſari, ſuumque ingenium, cujus ſuperbiam ipſe jactat, ad horum modeſtiam, morumque benignitatem paululum conformare: ne idem experiatur fatum inter Batavos, quod expertus olim Archagathus, cujus cauſam agit inter Romanos honorantes Medicum dum ignorabant, damnantes & odio perſequentes cum artem moreſque viri noviſſent. Admone, ut diſcat Proceribus fidem & obſequium exhibere, benevolentiam Tribunalibus mutuam præſtare, alios bonos Viros alto ſupercilio non deſpicere, Candidatos Studioſoſque nec ſpernere nec negligere. Admone ut invidiam deponat, & Collegarum Medicorumque, quibus Deus Ter Opt. Max. judicii, Philoſophiæ, Chimiæ, Botanicæ, Pharmacorum, aliave ad exornandam perficiendamque artem Medicam ſeu plura, ſeu majora largitus eſt præſidia, præclaris conatibus non interce-

dat, cum ipſe eos præſtare nec velit nec poſſit. His rebus, Bibliopola, ſi operam dederis, animum tuum ad bonum publicum vere converſum exiſtimabimus atque laudabimus: ſi vero, uti cœpiſtis tuque Auctorque tuus, perrexeritis famoſis veſtris libellis, epiſtolis, appendicibus annotationibus, damnum Academiæ, injuriam inferre civibus ejus, aliiſque viris bonis ingerere probra, dicam vobis ſcribemus grandem, nec divinam nec humanam effugietis ultionem. Vale. Dabam in Caſtris M. Id. Decemb. M IↃC LXXX.

FINIS.

ALITHOPHILI

OBSERVATIONES EXTEMPORANEÆ

AD

Erecta a CAROLO DRELINCURTIO, in Gallis Medico Regio, atque apud Batavos inter Medicos Professore Primario, LIBITINÆ, nec non famæ suæ Trophæa, &c.

ALITHOPHILI
EXTEMPORANEÆ OBSERVATIONES
AD

Erecta a Carolo Drelincurtio in Galliis Medico Regio, atque apud Batavos inter Medicos Profeſſore Primario, Libitinæ, nec non famæ ſuæ Trophæa &c.

Docet Huardus Hiſpanus in præclaro de Ingeniorum examine libro, vernaculâ ſuâ linguâ conſcripto, eſſe quædam hominum ingenia, quæ caprarum inſtinctum imitentur, *capritie* (ut ſimile vafritiei vocabulum inducam) hoc eſt, caprino inſtinctu prædita. Capræ quadrupedes ſunt ſalaciſſimæ, calore multum libidinoſo animatæ: dum paſcuntur, ut plurimum ab agmine ſecedunt, ardua loca ſcopulis prærupta, lapſibus obnoxia petunt, extra, ac ſeorſim à cæteris quadrupedibus vagantur, quo juxta naturam igneam ſurſum ferantur. Hujuſmodi comperimus homines, qui ab aliis ſeceruni, qui dictis, factiſve, haud heroicis, haud utraque Pallade celebrandis, militaribus & ſcientificis, inclareſcere ambiunt: qui geſtis exorbitantibus, ſive extra communem, tritam, regiamque viam conſtitutis, qualecumque ſibi nomen quærere geſtiunt. Hi plerumque ſunt quos Tertullianus lib. 3. de præſcriptione perſtringit, *quos hæreſis potuit dementare* (*demutare* perperam à quibuſdam legitur) hi *enim neque prudentes ſunt, neque fideles, neque uſitati.* Non in ea ſum hæreſi, ut hæreſcos nomen ad eundem ſenſum quo Pontificii Romanenſes deflectam, qui hoc nomine ſugillant ipſis adverſantes in

ſua Euangelica expoſitione, aut in adſtruenda Pontificia dignitate. Uſus eſt Tullius eloquentiæ, ac genuinæ Latinitatis parens in ſuis Paradoxis hoc vocabulo a Græcis mutuato: hæreſim pro firma opinione uſurpat.

Hæreſis, qua Drelincurtius dementatur, eſt ſui ipſius bona opinio, ac φιλαυτία recténe, an perperam concepta, facta dictave ipſius probant. Hac ſui pſeudo-bona opinione plenus, mirum non eſt, ſi nec prudens, nec uſitatus ſit, hoc eſt, ſi communi hominum, probatoque apud omnes uſui ſeſe non accommodet. Hac ductus opinione ſui, ê genio ſuo duxit caprinum inſtinctum ſequi, audere & facere aliquid, non brevibus quidem Gyaris, Parvaque Seripho, ſed Anticyris dignum riſuque ac cachinnis literatorum excipiendum. Hujuſmodi ſunt calamitoſæ duæ illæ Orationes ſuper calamitatibus civitatis & Academiæ, nec non ſortis humanæ ſub titulo Libitinæ trophæorum, quas haud impune recitavit ac vulgavit: hujuſmodi ſunt epigraphe libelli ac tituli quos ſibi arrogat, hujuſmodi ſunt alloquia ſua præliminaria, ac reliquum rhapſodiatæ farraginis ſuæ, ab ipſo, Orationis nomine perperam indigitatæ, corpus.

Criticis ac ſimul ſalutaribus ſcopis lubet ejus ultimi operis craſſitiem, virulentiam, ineptiſſimas ſcurrilitates, ſupinaſque hallucinationes verrere.

In Epigraphen.

An ſe jure Regium indigitet Medicum ambigitur?

Vel enim eo titulo ſe Regium dicit, quod in Montepeſſulana Academia Doctorali laurea fuerit inſignitus. Eodem jure poſſent omnes laureati Medici eumdem titulum uſurpare, a quo tamen abſtinent, non ſecus ac in aliis Facultatibus Doctores: vel quod Regiæ Perſonæ ſive Majeſtati Chriſtianiſſimæ adhæſerit ac miniſtraverit. At neminem latet, eſſe quin-

quinque Medicos Regiæ Chriſtianiſſimæ Majeſtatis, Primarium ſive Archiatrum, & quatuor trimeſtres, qui ſane Regiæ Perſonæ miniſtrant, & ab ipſa, penſione annua donantur. His Drelincurtium fuiſſe aggregatum nemini adhuc innotuit, nec vero ſimile viſum, Chriſtianam Majeſtatem, quæ in præſentiarum removet arcetque ab omnibus officiis, muneribus militaribus, ac Judicialibus, imo ab ipſis vilium opificum magiſteriis, omnes ſuos ſubditos Reformatæ Religionis, etiam eos qui ſuæ non adhærent, famulanturve Perſonæ; ſuam, inquam, Majeſtatem velle ut Drelincurtius, qui Reformatam profitetur Religionem, hoc miniſterio ac munere, Perſonæ ſuæ Regiæ addicto ac adhærente, nec non, ut hujuſmodi titulo Regii Medici ſit inſignitus. Neminem latet, quibus ſcrupuloſæ conſcientiæ aculeis arceant Confeſſarii Romanenſes alienæ a ſua Religionis Medicos, ab ægrotantium ſpondis.

Potuit in exercitibus Regiis, ut juvenem, robuſtum, ac pedarium, medicinam exercuiſſe, & vicariam Heliæ Bedæ Fulgeræo dicto, optimo ac experientiſſimo Medico ex-Reformato, ſeni, pedibuſque debilitato, apud Sereniſſ. Princ. Turenam Polemarchum (cujus erat Fulgeræus Medicus ordinarius) operam præſtitiſſe; ſed non ideo dicendus Regius, niſi vago, parumque ſpectato titulo, quo ſe milites, imo calones & lixæ in exercitibus Regios vocant, uſus quippe invaluit ut illi dumtaxat ſe Regios dicant, qui Perſonæ Regiæ inſerviunt, ad eamque adpropinquant. Fas non ſit Drelincurtio tam magnifica pluma tumeſcere ac ſuperbire.

In Galliis ſe Medicum dicit.

Non ipſum latere debet Gallias longius extendi, quam ut Rex Chriſtianiſſimus, licet potentiſſimus, his dominetur omnibus. Cis-Alpinæ Galliæ ſive Togatæ terminus ab Alpibus ad ſuperum mare, Rubicon fluvius, & Ariminum erat; ad inferum vero mare, Luca Liguriæ civitas, & Ar-

nus fluvius. Transalpinam ſive ulteriorem Belgicam ab Ortu & Septentrione Rhenus à Germaniâ ſeparabat. An ſe in iis Galliarum partibus Medicum prædicat? Franciæ Occidentali, Potentiſſimo hercle regno, dominari Chriſtianiſſ. Regem, olim potiori Galliarum parti, longe, lateque patenti, in confeſſo eſt. At Galliis ipſum imperare omnibus, non omnes concedent.

Gl. M.

Num gloſſographum Medicum, mediocrem aut minimum, mimum, mimographum, moron aut glorioſum mirmyllonem indicare voluerit, poſſet quis dubitare? Mentem tamen aſſequamur, qua Sereniſſ. Principis Polemarchi memoriam voluit extollere. Apud Francos nomen iſtud *de glorieuſe memoire* uſurpari reperiet, verum apud Tullium, alioſve puræ Latinitatis auctores vix credo illum reperturum iſtud vocabulum in bonam partem acceptum. De glorioſo milite Plautus Comœdiam inſcripſit, quem cachinnis ac ſarcaſmis ob ſtolidam ac ridiculam ferociam obnoxium repræſentat; Politiorem ſibi Latinitatem arrogat Drelincurtius, huic medius fidius Glorioſi vocabulum in bonam partem detorquendum, derogat. *Inclytæ*, *bonæ memoriæ*, *colendiſſimæ*, aut quid ſimile epitheton, genuinæ ac receptæ Latinitati magis congruum extitiſſet.

Principi de Turenâ.

Puriori formula loquendi per præpoſitionem *a* vel *ab* quam per *de* efferri ditionum titulos, omnes præſtantium auctorum Epiſtolæ dedicatoriæ, ut loquuntur, nos docent.

Improprium ſane titulum adhibet dum Principem de Turena indigitat: Etenim Tureniam ditionem, in Aquitania olim ſupremæ dominationis jure gaudentem, nunc autem ex tacita Chriſtianiſſimi Regis indulgentia, non omnino ſo-

la

la umbra & imagine ejuſdem priſcæ dominationis fruentem, Vice-Comitatus, non Principatus titulo inſigniri, vel lixis, calonibuſve Gallis notum. Vulgarem eſſe Vice-Comitis titulum, minime reputandum eſt. Thuarſenſem ditionem apud Pictavos, nunc Ducatum, Duci Tremolio titulos augentem, in quo 400 nobiles vel circiter, Vaſſalli, vulgo *homesliges* numerantur: nec non Lautrecenſe oppidum ad Fuxenſem olim Regiam Navarræorum familiam pertinens, cui fere etiam 200 nobiles ſubſunt, imo & agrum Pariſienſem longe lateque extenſum, Vice-Comitatus titulo deſignari neminem latet. Sunt qui credant Viſcontinam familiam, quæ per 200 fere annos Mediolanenſibus ac Inſubribus imperitavit, inde Gentilitium nomen deſumpſiſſe, quod eadem Vice-Comitum dignitate, ante adeptum ampliſſimum dominatum, Mediolanenſem ſcilicet Principatum, ab Othone Archiepiſcopo, & ad nepotes translatum, fuiſſent honeſtati.

Majori ſane decore radiant Principes Turriani ſive a Turre Arverniæ olim Bononienſes Comites, retento priſco nomine Vice-Comitum, Turenæ (quod ſemper egregius ille Polemarchus Henricus a Turre Arverniæ ſervavit.) Verum enim vero num acceptius eidem Polemarcho credidit eſſe nomen, deſumptum a ditione Vice Comitatus ipſius, cujus nunquam poſſeſſionem (ad primogenitos familiæ ſuæ ſpectantem) nactus eſt, quam tam illuſtre ac tam antiquum Turrianorum, ſive a Turri Arverniæ gentilitium nomen, a Bononienſibus apud Morinos Comitibus ortum, cujus primaria origo ad Viffredum Bituricenſem Comitem, ac Ducem Aquitanum ſpectat, quem de Regali progenie oriundum ab 800 annis annales prædicant, docentque, Reges præſtantiſſimos, imprimis Godefridum Bullionum, ab una ex ditionibus ſuis dictum, Herculem illum Chriſtianum, Saracenorum terrorem, Hieroſolymitarum Regem, nec non Imperatrices ac Reginas Franciæ, Angliæ ac Luſitaniæ hanc familiam ſuppeditaſſe memorant. His adnumerandi ſunt Principibus, ii, qui egre-

giæ Delphinatus Provinciæ olim dominabantur, quam familiæ Princeps Imbertus, præteritis etiam agnatis, Galliæ Regum primogenitis filiis ἄπαις legavit.

An ignorantiæ, vel alteri rationi, ob quam non expreſſit gentilitium nomen Illuſtriſſimi Polemarchi, adſcribere debeam, neſcio. Excuſandus mehercule, dum ne ſutor ultra crepidas, tractant fabrilia fabri. De Phthiſi, pleuritide, arthritide, aliiſque morborum generibus illum differentem tolero: In genealogicis rudem eſſe nec πολυμαθίαν, haud miror.

Olim Ἀρχιάτρου.

Cautius uſus fuiſſet hoc adverbio, *olim*, ſi per illud nimis ſeneſcentem, ac ſenio incurvorum infirmitati ordinariæ, nempe deſirio ſe obnoxium pertimuiſſet. Vocabulum quippe, *Olim*, longiſſimum temporum denotare intervallum advertimus. Virgilius quingenteſimum fere numerum hoc adverbio, *Olim*, futuri etiam, ut præteriti temporis complectitur ſpatium, dum primo Æneïd. Junonem audiſſe memorat,

Trojano a ſanguine duci
Progeniem, Tyrias Olim quæ verteret arces,

Carthaginem intelligit, quæ ſoo circiter ann. ante Romam cond. a Didone fuit condita, & a juniore P. Corn. Scipione Africano deſtructa Ann. V. R. C. 606. Unde minus abuſive, vel adverbium, *nuper* (quod ad minus ſpatium temporis porrigitur) vel *dum viveret*, inſertum eſſet.

Ἀρχιάτρον ſive Principem Medicorum Principis Turenæ ſe eſſe gloriatur. Expendantur impenſarum domeſticarum hujus Principis libri, unicum Medicum pro ſe totaque familia, penſione ſeu annuo ſalario fruitum fuiſſe reperiemus, ac proinde Drelincurtianum ἀρχεῖον intra ſeipſum coarctatum. Verum plerique, qui aulam Gallicam jam diu frequentarunt, non ignorant Heliam Bedam Fugeræum jam a nobis laudatum

tum (qui ſuam a Venerabili Beda originem pandebat,) fuiſſe Medicum hujus Principis Polemarchi, illumque Medicum Fugeræum fato functum poſtquam dictus Princeps Religionem Pontificiam amplexus eſt, in cujus locum nunquam admiſiſſet ac ſubſtituiſſet Medicum Refor. Religionis, qualem ſe Drelincurtius, & ex ſanguine pro Religione effuſo ſatum gloriatur.

Primarii Medici titulum ſibi vindicat.

Conditionem addidit typographus (qui ſuam appendicem ad Libitinæ Trophæa, indigenis Belgis denegatam, promulgavit iterum in gratiam glanduloſorum Doctorum) nempe illum fore Primarium *ſi Dîs placeret.* Hæc particula, *ſi*, futurum aliquid, non præſens importat. Modeſtior ſenioris terminus ſicuti uſurpatur ab omnibus fere Profeſſoribus in aliis Academiis, ceu Pariſienſi, viſus fuiſſet, quam Primarii, qui aliquid æquivoci, pro dignitate neſcio qua, aut imaginaria prærogativa præ ſe ferre videtur.

Trophæa.

Apud politioris Latinitatis & Græciſmi cultores, in indice in Florum cum notis Variorum, Salmaſii imprimis, Neomagi anno 1662. ab Andrea ab Hoogenhuyſen edito, Tropæum rectius quam Trophæum dici comperiet, Non illum utpote Græca callentem, etymon hujus vocabuli docebo. Illud tantum ſubjungam Tropæa fuiſſe monimenta τῆς τῶν ἐχθρῶν τροπῆς, quo enim loco hoſtes fuſi, ſe in fugam converterant, in tumulo ſtipitibus affixo erigebantur ſpolia, ita Farnabius in notis ad Juvenalem. *Tropi*, & Tropici, non Trophici, inde derivantur.

Pro

Pro Concione.

Parùm accommodatam Orationem, licet ejus exordium, partes quatuor, ac Epilogum designet, Concioni concinnavit. Orationem Oratoriis partibus constantem composuisse se, ac pronunciasse decebat, non congeriem exemplorum, manibus etiam indoctis tritorum, ex Polyantheis, aliisve collectoribus excerptorum, de variis interitus mortalium generibus.

Cum fasces Academicos deponeret.

Insigne illud dignitatis unis Romanis Consulibus competiisse non ignoramus, verum utrum a Consulibus illis, rerum Orbisque Dominis, exercitibusque plerumque, Imperatorio nomine præpositis, ad Rectores annuos Academicos transferri debeat, vix ausim pronunciare. Nunquam in Universitate Parisiensi, in Orationibus a Rectoribus pronunciatis, aut in eorum programmatis, hujusmodi vocabulum usurpatum fuisse audivi, aut vidi. Fasces terribile quid denotant, bacilli quippe erant teretes loro colligati in modum fascis. Eos bacillos ex ulmo fuisse antiquitus, testis est Plautus, & Plinius Betulam arborem terribilem magistratuum virgis. In medio hujusmodi fascium colligatam securim, qua rei feriebantur, constat. Academiæ nomen ab Athenien sibus acceptum liquet. Academicos autem fascibus usos aut fascium nomen usurpasse, nemo nobis persuasurus est. Verum ventoso viro pompatica, & sesquipedalia verba congruunt.

Libitinæ Trophæa.

Mortis tropæum Libitinam esse, quam Libitinam habere tropæa convenientius esset. Unde perperam diceremus tropæum tropæi, si sit ipsa Libitina tropæum ipsum mortis. Ple-

Pleraque sane potuissent in Libitina, feretro sive arca humanis condendis cadaveribus destinata condi duntaxat, non appendi, ut circumquaque inspiciantur, etenim tropæa in propatulo ac in eminentiori loco posita esse debent; talia sunt Imperialis Corona, globus, sceptrum, Tiara Pontificia, purpurei petasi, pastoralia peda, Polemarchici scipiones, laticlavia, aliave hujusmodi dignitatum insignia: Libitinæ tunc hæc insignia sive tropæa recludens nullatenus præstaret, quod importat vocabulum tropæi, nempe ut sit tornatile sive versatile, ut undequaque conspici in propatulo possit, ideoque abludit omnino Tropæi verbum a Libitina; Et licet istud Libitinæ vocabulum, in eodem casu quo Tropæa, nominativo scilicet esset appositum, deprehenderetur nihilominus imperfectus sensus, alicujus enim rei Tropæa esse, sicuti mortis congrueret, quæ res reticeri minime deberet.

Computata Trophæa a se Drelincurtius prædicat. Subtesta agit fide, promptius enim expediret quot sint hominum capita, quorum numerus Deo soli omniscio cognitus est, quam Tropæa mortis, cui nos nostraque debemus,

Ebiberit potius fluctus formica marinos,
Promptius & totum testudo perambulet orbem,

quam Archiater Turenicus mortis officia, sive actus mortis, humanas animas a corporibus separando computet. Laudabilior videri debet Excellentissimus Heros, sui seculi decus Henricus Rantzovius, utraque Pallade clarus, Cimbrorum præfectura sub Sereniſſimo Rege Daniæ functus diutius, qui ad unum hominum genus, qui climacterico, sive 63 ætatis anno extincti sunt, lucubrationem quamdam suam, in lucem editam coarctavit. A Drelincurtio vero per omnia interitus, sive mortis genera ultra quam par sit vagato, expedietur promptius, quanta in sylvis

Congeries foliorum autumno decidat uno.

Die ſolemni.

Non adſcribam typographis hoc mendum in frontiſpicio ſui operis, aliisve locis, Lectoribus offendiculo occurrens. Ipſi, cujus conſpicilla forte corrupta aut vitiata, vocabulum ſolenne apud Calepinum per N non per M ſcriptum eſſe patefeciſſent, deducto etymo, a *ſolo anno*, quod enim *ſolenne* eſt, ſolum in anno recurrit.

Valvis Academicis.

Diviſæ portæ Academicarum Valvarum nomen impertitur. Minime ſuſtinere me vitilitigatoris partes arbitrabor, ſi opinionem meam expoſuero, nempe Academiæ nomen ſubſtantivum convenientius eſſe valvis quam Academicum, nec enim me latet Academiæ nomen non tantum pro Studioſorum, ac Profeſſorum corpore, ſeu cœtu, ſed & pro loco ubi congregantur, ſicuti Jus & pro ipſa Jurisprudentia, aliiſve, imprimis pro loco ubi jus redditur accipi. Æque vocabulum iſtud Academicum convenire poteſt valvis, ac januis ædium eorum qui ſunt membra Academiæ, ac valvis ſcholarum Academiæ. His autem omnibus affixum non fuiſſe programma Drelincurtii conſtat. Minus proprie Epitheton iſtud quadrare videretur ſcholam Theologorum deſignando *per Valvas Theologicas*, vel Philoſophorum, *per Philoſophicas* : & ſane Pontificii Romanenſes, a quibus vocabulum iſtud potiſſimum uſurpatur, Valvas Eccleſiæ Apoſtolorum dicunt, minime autem Eccleſiaſticas.

Votivæ morientium voces nuſquam reperiuntur apud terſioris Latinitatis auctores, quales ſunt priſci juris anteceſſores Romani, quorum fragmenta corpori juris a Treboniano, Imperatoris Juſtiniani juſſu, inſerta ſunt. Supremas voces, voluntates, ultima, noviſſima verba, alioſve terminos reperire eſt, minime autem *votivas voces*. Sed obſecro quodnam objeje-

jectum, qui finis suorum votorum suis vocibus exprimendorum? quæ vota illius sint, difficile interpretari ac divinare possumus. Qui voveat boni ac prosperi Academiæ aut Academicis? qui se medios inter Scythas, atque Massagetas Doctores inter Pancreaticos, atque pineales Leidæ degere conqueritur, vix assequi possum. Num eadem vota concipit quæ Cambyses Persarum Rex propria sua & imprudenti manu lethaliter saucius, pro Persis suis nuncupavit ut perpetua libertate fruerentur, eorumque agri, uxores, pecora fœcunditate exuberarent, dummodo Patizithen, Smerdimque fratres Magos ac impostores, Regni invasores eliminarent ac perderent, arcerentque Medos a Regio throno; secus vero facientes magna imprecatione, qua omnibus calamitatibus, infaustæque morti obnoxii ut forent, eos percellebat, sicuti refert Herodotus l.b 3. Thalia dicto. Non dubito quin eadem imprecatione percellet eos qui in ædes suas tenebricosum impetum fecerunt, qui vitrea sua specularia & cancellos ferreos identidem effringunt rabidi, in eos qui illum maledicendi, obtrectandique impetu ducti, præfervidi ingenii, nulliusque judicii virum repræsentant, qui ridiculas suas tum sacrorum tum *profanorum Troporum delitias* Indigenis Doctoribus non invideant. Forte vult his similibus morientium vocibus, ut noviſſimæ horæ recordemur, de his jam salubriter admodum a sapiente sumus admoniti, ut hæc scilicet noviſſima nostra recordemur, quo in æternum, sive ne careamus æterna felicitate, peccemus. Forte monet, ut vitemus horum omnium sortem, quam enumerat in Libitinæ Trophæis, quæ non vere ac perperam computat, frustra laborat. Velimus siquidem ac nolimus implenda subest fatalis urna. Condonabimus dum se comparatione uti pronunciabit, dummodo illam nimium claudicantem esse, sicuti reliqua Orationis suæ indigesta, sincere profiteatur. Dum fit ab eo mentio morientium, æquiparare videtur fascium suorum depositionem morti. Non sine ambitionis suæ argumento, eadem animi acerbitate depositurus est fasces ac mortem

ſubiturus. Non hercle veluti ſui corporis morituri, ſeu ſolutionem ab anima paſſuri, votivæ illæ ſui finiti Rectoratus voces, ſed ſicut ultima ſigna famæ ſuæ apud Literatos ruituræ, excipiendæ ſunt.

Verba craſtina, pro craſtinæ diei verbis indulgentiores admittant. At expiraturi terminum non præteribo. Rectorem expiraturum dicit. Dilemmate capiatur neceſſe eſt. Nam ſi *Expirare* pro verbo *mori*, habita mortis ſimilitudinis ratione ſumatur, haud moriturus eſt Rector Lugduno-Batavæ Academiæ, ſicuti Regem Galliæ non mori, pronunciat præco in funebribus Regiis cerimoniis. ſi vero *expirare* verbum, finiri ac terminari ſignificet, non finietur, ac terminabitur Rector, ſed Rectoralis annuus Drelincurtii magiſtratus finietur, nunquam, ut probabile eſt, reverſurus.

Dum ſuas voces religioſis hauriri auribus præcipit, improprie utitur Religionis vocabulo, quæ ad Deum potiſſimum referri debet. Pietatis quidem nomen ad parentes etiam extenditur, non Religionis. Quod ſi apud Poetas Religionis loci fiat mentio, tunc maxime inſpecta Deorum, falſo ſuppoſita, præſentia, loci Religio celebratur, ut apud Virgilium.

Auribus hauriendi metaphoram, an apud alium, quam apud capritie præditum auctorem reperire quis poſſit, ambigitur? *Ereptorum Curatorum* vocabulum non ſatis exprimit eorum mortem, alia ſiquidem ratione eripi poſſunt viri Magiſtratus, exilio, deportatione, morbis perpetuis, ut paralyſi, mutatione munerum vel regionum. Moſedami & Thiltii cognomina præterita ſuam incuriam notant. Poſteri, ad quos Oratio ſua perventura erit, non agnoſcent Curatores illos Academiæ Lugd. Bat. Eorum propria nomina inſerenda erant, honoris cauſa. In aliis non parcit ſeminiverbius futili ſupervacaneæque verboſitati.

Aliquot Libitinæ Trophæa dum enarraturus eſt, corrigit conſultiori animi judicio, quaſi ex integro promiſſam ſuam computationem, quam nunquam poſſet aſſequi, ut dixi, & ſpondet

det dumtaxat narrationem Trophæorum singularium & pluralium. Priorum morbis vulgaribus; si per vulgaris verbum communes ac naturales morbos intelligat, nihil novi promet. Si miserorum hominum dumtaxat interitum,

Omnibus immineat pallida mors
Æquo pulsans pede pauperum tabernas
Regumque turres,

frustra partium corporis morbos designat, etenim, ut Satyricus monet Sat. 10.

Circumsilit agmine facto
Morborum omne genus: singularium itidem, ut ab ejus conceptis verbis non recedamus, *Eventibus raris ab ævo Leti ad Carolum IX.*

Cur hoc temporum intervallo narrationes, & computationes suas circumscripserit, est cur miremur? poterat ab Adami temporibus inchoare, & tanquam rarum eventum recensere, necis instrumentum, nempe asini maxillam, qua Cainus fratricidii usus est ut vitam justo Abeli fratri suo eriperet. frustranea porro est illa divisio singularium, & pluralium trophæorum, æque enim de omnibus tum sigillatim, cum a conglobatis triumphavit ac triumphatura est.

In Epistolam Nuncupatoriam.

Cursorias Epistolas legere.

Cursorii nomen aptius ad oculos quam ad Epistolas referri debet, sicuti cursorius ad equum potius quam ad hominem equitantem; Raptim vel præcipiti oculo legere elegantius dici posset.

Annos animo præteriisse, hujus phraseos sensum auspicor, nempe virtutibus annos anticipasse, aut annos cogitatione revolvisse. Mecænatem suum heteroclitis terminis evehit, *Ipsi ingenii excelsitatem* adscribit, ipsius dignitatem, suum jugi stimulo

mulo animum fodicare prædicat, nulla latera ſufficere, quo præconiis in cœlum efferat, quaſi lateribus, non voce e pectore erumpente, illud melius effici poſſet; *Trajano* etiam nuncupat *virtutibus potiorem.* Si reſpectu Chriſtianæ profeſſionis, nihil novi pronunciat, agaſonem ſiquidem, ilumque Chriſtianum, pluris quam Auguſtum, Trajanum, aut quemcumque Imperatorem facere oportet, alias vix credam, ut Mecænas ille ſuus velit ſe Trajano (qui omnibus aliis Imperatoribus & temporaneis & perpetuis ſub duplici ſtatu, nempé ſub Republica & ſub Imperio ſive Cæſaribus latius Imperii terminos propagavit) virtutibus præferre ullo modo, minus ſane ſi legerit aut audierit Gregorium I. Romanum Pontificem, a cujuſcumque Communionis Theologis in precio habitum ſcripſiſſe Trajanum (ita ſibi revelante Deo) cœlitibus cum Chriſto regnantibus annumeratum.

Multum de ſe præſumit Archiater Turenianus dum ſe Panegyricum Pliniano perenniorem conſcripturum gloriatur. Lemmata ſua calumniis vult abſolvi. Calumniatores hi ſunt, qui innocentem, probumque tanquam criminoſum, & ſceleſtum traducunt; an tales ſint qui ſuam farraginem Rectoralem irriſere, nemo ſanus credat. In hoc digna factis, ſeu potius dictis: ac computatis ſuis recepit.

Conqueritur, ipſum *defeciſſe præconem*, *qui profanos ſtultoſque ſcurras procul arceret*, ignarum me profiteor hujuſce conſtructionis. Quoad ſtultitiam & ſcurrilitatem, quas ſuis improperat auditoribus; non qui patiuntur, ſed qui agunt ſcurrilia, ſcurræ dicendi ſunt. Apud quos fuerit ſcurrilitas judicent cordati ac ſani.

Apricatione venenum (eorum ſcurriles riſus ſic indigitat) diffiari a ſe poſſe ſperat. Caveat ne prudentes ſerpentes, qui ipſum ſub tecto, & in aula Academica exſibilarunt, ac momorderunt, in aprico, quo maxime gaudent, & ſub dio, fortius mordendo: ac perſtringendo famæ ſuæ interitum, ac ruinam accelerent.

Non coërcebit neque perdomabit ejus Mecænas alexiteriis virus

virus quod ad pectus uſque ſuum jam ſerpſit. An ſit vero venenum illud, de quo queritur quod ſibi afflatum eſt, vel naturale ſibi, quo ipſe alios rodit atque offendit, ex ſua propria conſcientia ſuæ mentis compos, apud ſemetipſum diſcutiet.

In Præfationem.

Conqueritur primo de *invidia*, cujus obtrectatio illum rodit, illum *lacerat*, ſortem ſuam dolet. Amabo te archiatrum Turenianum, promito invidiæ iſthæc argumenta! Dotes naturales, ingenii vel corporis, quæ minimæ, invidiæ minime ſunt obnoxiæ. An natalitia? (præterita avi tui paterni qui Cadomi cerdoniam exercuit mentione) dolebunt cordati quilibet, clariſſimi tui patris vicem in Eccleſia Ref. Parienſi dum viveret paſtoris digniſſimi, quod tam ſui diſſimilem filium habuerit. Ille humilis, tu ventoſus, ille miſeris opifer (ut tuo verbo utar) tu eorum contemptor, ille proſelytorum proxeneta, tu averruncator. Exiguæ ſunt ſane dotes quibus gloriaris. Majus emergit tibi delectamentum ex congerie philippicorum, quos in his regionibus accumulaſti, quam ex farragine & rhapſodia Libitinæ tuæ trophæorum. Ex priori tumeſcit plerumque venter, fiſque ſolo abdomine gravis opiparis dapibus tibi ſoli paratis, Gallico aut Rhenano vino largiter epoto. Hinc eſt quod alii Doctores glanduloſi tibi videantur, quod glandibus veſcantur, quæ nullatenus palato tuo ſapiant. Eo ſolo, congeſtæ pecuniæ titulo vocari potes, ut Comœdi miles, *Glorioſus*. Ex altero vileſcit fama, & quam apud eruditos perperam aucuparis inſignis politioris literaturæ poſſeſſio imaginaria eſt. Certe pro tua congeſta pecunia, nullius cordati viri invidiæ te obnoxium eſſe pro certo habeto. Eſto contentus hac pecunioſa ſorte tua, quæ tibi divitem uxorem cereviſiæ cacabos olentem dedit, qua ſorte egregias ædes in amœniori totius Europæ vi-

co

co (juxta mentem clariſſimi ſenis Polyandri quondam Profeſſoris Lugduno-Batavi) nempe in Rapenburg comparaſti, in quibus ſodalitia quædam Gynæcea bis aut ter in Hebdomada, a te inſtituta, a fide digno auctore mihi nunciatum eſt. Quorum quadripartita memorant gymnaſmata ſive exercitia: priori, per horæ ſpatium, a ſecunda nempe ad tertiam, myrrhatam quamdam potionem, apud Orientales magis uſitatam, vulgo Caphé, ſorbebant; ſecundo, ſive a tertia ad quartam, trutinandis, approbandis aut reſpuendis vocabulis Gallicis, ad hujuſce Linguæ ornamentum, in partem ſuſcepti operis ab Illuſtribus Francicæ Academiæ Dominis, accedentes, mercatorum aut civium Lugdun. Bat. uxores ſtrenuam operam dabant; a quarta ad quintam ſaltationibus, ac tripudiis, ad ſymphoniacorum inſtrumentorum ſonum, vacabant, ac demum alea, vel foliis luſoriis ſortem aut induſtriam, lucri gratia, ac emolumenti ancillaris ſuppoſiti ergo experiebantur. Hæc Juventuti Academicæ apud ſuas ædes ſuppeditare oblectamenta Profeſſorem Medicum, faſceſque Rectorales occupantem, non ignorabunt ſeduli parentes, qui è longinquo filios ſuos Doctrinæ, virtutiſque comparandæ gratia in Academiam mittunt, eoque loci non levibus ſumptibus alunt. Hinc illos tenebricoſos, quos tantopere exagitat, impetus originem duxiſſe ſuſpicantur naſuti ſui, hinc illorum ſpecularium vitreorum, terreorumque cancellorum, fragilium & duriſſimorum fractionem. Etenim hæc muliebria ſodalitia vix ſine jurgiis fiunt, quibus forte Drelincurtiana imprudentia aut ruſticitas locum dedere, quæ movere iram cujuſdam γυναικὸς (cuilibet autem *notumque furens quid fœmina poſſit*) ad tenebricoſos effractores, in ædes male feriatas ac luſorias, ſuſcitandos. Inculcas quantum potes, tuos malevolos exæſtuaſſe in te ſuam *invidentiam*; *malevolos vocas a te non laceſſitos*; Non inanis foret ſuſpicio tuos eſſe inimicos, aliquibus a te ultroneis offenſionibus tibi ſat familiaribus, perculſos.

Sambucina viliorem Polyantheam reputas. An recte ſapias judi-

judicent literati, apud quos Polyantheæ eruditio, qua referta eſt, magno in precio eſt. Non ſunt tui irriſores ideo contemnendi, quod Polyantheam, omnigena eruditione refertam, in ſuam converterint ſubſtantiam, imo ob id plurimum faciendi, quod facile agnoſcant, ea quæ ipſam redoleant, centoneſque quos ex ipſa excerpſeris; nec ideo ſunt maledici, quod teſtimonium perhibeant veritati, nolintque admittere tanquam orationem, numeris, & præceptis Rhetoricæ minime conſtantem, rhapſodiam tuam e Polyanthea depromptam.

Dum te furtivi jota multiplicis conſcium prodis, In duobus furtum tuum minus; quod *Jota* ſcilicet, & *unius Iota*, furem, & furti participem, ſeu ſocium (conſcium dicis) te agnoſcas. Non *Jota* unius dumtaxat, ſed *Omega*, magni O; omnis ſcilicet farraginis, ex qua larvata tua oratio ferrumina-ta eſt, collector pravuſque concinnator furtum patraſſe viſus es.

Stupere tam altam ſapientiam, ſtupere aliquid, an ob aliquid dicatur, doceri me facile patiar, certe præpoſitionem lubentius amplectar. Utrum Epitome Sennerti, necnon maxima & minima glandula Polyantheâ concludatur, & utrum literæ Ciceronis vel Quintiliani pro eruditione pure dicantur, & utrum *literis* (*illarum* enim pronomen *quibus* relativum eſt) univerſus Literatorum chorus aſſurgere debeat, ſi enim jam ſunt literati, literas jam poſſident, nec opus eſt literis aſſurgant, pronuncient judicio pollentes.

Quereris quod nullam ad praxim Polyantheam revocent; Tuo medius fidius damno, famæ tuæ impendio revocant dum in flagranti furto farraginis tuæ te deprehendunt. *Admirationem cum ſtupore*, ad quæ duo vis traduci cenſores tuos, confundis. Non ſtupet qui miratur, ſolo admirationis affectu contentus eſt. Obſcuram parumque convenientem affers rationem, cur illi nolint te ſtupere, *quia ſcilicet*, inquis, *illorum nuſquam miraremur dotes*, jam enim diximus admirationem debere, & poſſe ſeorſim & abſque ſtupore conciliari

Judices illos tuos, vel in te ipso Momo otiosiores & mordaciores dicis: cum Momus Deorum dumtaxat fuerit censor Diis teipsum aggregas; Otiosum Mehercule Momum vix crediderim, cum tot furta Venerea, tot maleficia ab ipsis patrentur falsis Numinibus, quæ ipsius censuræ ac reprehensioni maxime sunt obnoxia.

Dicis illos velle tuam Ἀποθέωσιν celebrare, fataque suprema minus ipsis fore invidiosa. Utrumque contra fas congruentemque rationem profers, cum difficile sit creditu hominem alterius fato, sive morti invidere, nisi quo casu quis pro Christo vita privatur temporali; probi enim Christicolæ invident ejus mortem, vel potius ut magis liqueat hæc verborum expressio, ejusdem mortem optant. Ἀποθέωσιν vero tuam celebrare, nec illis unquam in mentem veniet, nec in te merita quæ id exigant ut cœlitibus tam solenniter per Ἀποθέωσιν adscribaris, nec illos tam vecordes, & a Christo alienos, ut cujusquam mortem quocumque prætextu desiderent.

Te minus in deliciis Jovi fuisse quod Præ-Adamitas vel alterum Orbem in Orbe Lunari non astruxeris: fuisses ergo in deliciis si alium a protoplasto Adamo, libris Mosaïcis sacris cognito, Jovi prorsus incognito formasses, aut alterum Orbem astruxisses. Nonne infensus tibi fuisset Jupitur, si ejus partes suscepisses novum Orbem astruendo vel creando, virtute tua te tacitus involvis. Non tacens, neque tacitus rhapsodias nobis tuas deblateras. Involvis te nec videris ille Drelincurtius, quem nomen decusque paternum sustinere oporteret. Utrumque, & tu & virtus tua sunt involuta, æquis & sinceris mentis obtutibus minime obnoxia.

Tibi canis & Musis, Tibi soli canis ac canes, neque enim in posterum literati non πωχόμεσθι sed φιλοῦμεσθι sustinebunt aures suas tuis gravari rhapsodiis, quibus non minus eris Musis gratus dum tibi canes, quam Marsias fuit acceptus earum fratri Apollini, cum quo certare cantu (asininis Midæ auribus faventibus) ausus est, Desine amabo te torqueri hoc timore, ne æqui censores tui rumpantur invidia. Perperam dicis,

dicis *Rumpere livor edax, aliquod jam nomen habemus.* Nomen habes misere audiens. Vivent ac superstites erunt Censores tui, risu pulmonem agitare parati, quoties te recitandi ac scribendi cacoëthes suggestum ascendere, libellosque edere compellet; nec invidentiam in censoribus tuis, nec cæcitatem esse animadverto, imo illos æquissimos ac perspicacissimos, qui debitam farragini & ferruminationi tuæ mercedem cachinnis suis, ac explosionibus rependerint, quod ni feciſſent & parum æqui & tenebriones dici meruissent.

In Alloquia.

Perperam oratoria præcepta, quibus ab initio auditorum benevolentiam nobis conciliari monemur, exequitur abutendo eorum auribus per horæ quadrantem non minimum, alloquiis suis exorbitanti ac peculiari ritu conceptis, suis salutationibus ac inclinationibus oculorum sua torvitate ingratis. An ex Tullio vocabulum *summates*, deprompserit non liquet. *Inconcussorum columinum*, epitheton non omnino verum esse pronuncio. Deo soli proprium est quarto modo esse inconcussum. Potentiora regna & imperia interdum quatiuntur. Concussum est nuper gravissimo bello fœderatum Belgium, sed Deo annuente firmum, nec disjectum, nec pessundatum, sed erectum ac stabile semper mansit ac manebit. Eadem prædicant Pontificii de Petri nave, quæ fluctuat, sed nunquam mergitur. Hoc sensu rescripsisse fingunt Alexandrum III. Pontificem Rom. Friderico Ænobarbo Imperatori:

Niteris in cassum navem submergere Petri:
Fluctuat, at nunquam mergitur ista ratis.

Quosdam Legationum exornatores vocas. Partibus suis functi sunt, sicuti alii qui Regum Principumve repræsentarunt, a quibus legati missi sunt, quos a Batavis sive Hollandis exornatos seu ornamentum mutuasse, nec ab iisdem Batavis Legatis, nec a quibuscumque aliis, nisi a Drelincurtio,

prudenter dici debet. Se ipſos autem exornaſſe incongruum eſt, ſiquidem exornare, ſeu ornamentum dare importat aliquid a ſe diſtinctum, & relativum.

Fautores Academiæ vocat, *benignos*. Sunt revera Celſiſſimi Ordines fœderati fautores maximi, lateque ſumpta appellatione, quicumque amore, æſtimio, & favore aliquo, ut par eſt, Academiam Lugduno-Batavam proſequuntur, fautores meritò dici debent. *Educatores providos* dicit; non educant Academiam; Inuſitata hæc eſt loquendi formula Drelincurtio propria. Educere ſive educare proprie eſt eorum, qui ſimul nutriunt & inſtruunt. Utrumque a Curatoribus præſtari non omnino conceſſerim, ſed per Celſiſſimos Ordines utpote veros altores: ſed illos eſſe Curatores, quales ſunt pro minoribus a legibus conſtituti qui eorum negotia curant. Verum ab illo, proprie & ſapienter inducto & uſurpato vocabulo, capritiem affectanti Drelincurtio, placuit recedere.

Tu ſecundum Iuris Academici Propugnator Gravat tantiſper intellectum audientium adverbium *ſecundum*, quod & præpoſitionem & nomen adjectivum ſignificat; unde ſine illo æquivoco ex prima mentis apprehenſione, clarius ſecundo loco compellaſſet.

Hoc mihi valde novum, quod *quis Hippocrateam dignitatem & Iuſtinianæum decus pariter ſuſtineat*, Juriſprudentiam & Medicinam pariter & ex æquo exerceat; Conditio enim, aut munus alterutrum prævaleat neceſſe eſt. Hippocrateæ autem dignitatis expreſſio vix apud alium quam apud Drelincurtium reperiemus. Æquius præmiſiſſet præmia pœnis, dum de eorum diribitoribus agit; odia enim reſtringi, favores convenit ampliari. Quænam autem ſint præmia, quorum ſunt diribitores, me latet. Leges municipales conſtitutæ ſunt, quarum obſervantia eſt ipſummet præmium ſervantibus. Fruſtra itaque vocat Scabinos illos præmiorum diribitores.

Improprie admodum, & temerario dicit, *magiſtratuum de-*

dexterâ manu civitatem lacertos movere. Dextera quippe manu minime moventur lacerti, ſed capite imperante, juxta quod moveret temerè civitas lacertos ab aliis quam ab ipſis Celſiſſimis fœderatis Ordinibus juſtis de cauſis juſſa.

An ſint Collegæ, *ſcientiarum omnigenum fœcundiſſima pectora*, ſcrutator rerum ac cordium Deus optime norit. Eritis conjunctiſſimi Drelincurtio rhapſodianti dummodo *ſpectatum admiſſi riſum teneatis amici.* Cæterum dubitatur an pectora ſcientiarum, an ſcientiæ pectoris dici debeant, & an *Petrus libri*, *an liber Petri* efferri debeat; ultimæ tamen expreſſioni, Grammaticæ & naturali ſenſui, congruentiori, ſubſcribam.

Seſquipedalibus verbis, *grande ſuum decus* nominat; at honor eſt in honorante, non in ſeipſo, apud ſeipſum honorato. Bene hodiernum dicit, & præſens ſolum tempus uſurpat; ſuſpicor enim ultra hanc vicem, ſuas aures rhapſodiis Drelincurtianis pauciſſimos in poſterum accommodaturos.

Presbyteriani ſumus nec hujuſmodi, *protopræſules* aut *protomyſtas* aut *archimyſtas* admittimus. Nos Euangelici, Ethnicorum ſacrificorum, Flaminum, Saliorum, Pontificum & Pontificiorum Romanenſium pro dignitatibus aut functionibus terminos, rejicimus.

Vos, *ſequeſtri*, inquit, Medicaſter eſt non Juriſconſultus, nec mirandum ſi in hanc incongruitatem impingat, ſequeſtri enim ſunt apud quos ſolos res litigioſa deponitur. Æternæ veritates ædepol ſacris paginis contentæ, omnibus patent, & apud omnes ſunt conſignatæ, non apud ſolos paſtores. Docebit nos quinam ſint illi triplices Doctores. Et forte corriget ac triplicem potius cœtum dicet, qui Doctores admittent lubenter Apollinis, Mercurii Triſmegiſtis parallelon. Gratiarum vero amœnitatem fœmineo ſexui, in quo lepos & venuſtas ſpectantur, relinquent.

Multiplicem Academiæ civem, non alumnum compellando, familiari ſuâ capritie utitur, genio ſuo plane reſpondente. Summopere extollit Theologiæ ſtudioſos, dum eos myſte-

riorum Dei ſcrutatores indefeſſos indigitat, quod Angelicis ſpiritibus ac Apoſtolis vix datum. *Themida fatidicam* vocat. Fati mentionem faciens actibus humanis neceſſitatem aſtruit, qui boni aut pravi neceſſitati inſervientes, nec liberi, haud eſſent juſtitiæ diſtributivæ, quæ in præmiis dandis, pœniſque irrogandis verſatur, obnoxii.

Hippocratis & Galeni Principum Medicinæ ſcripta ſuperſunt, in quibus Arcana ἀκροαματικὰ, ſive auſcultatione digna contineri poſſunt: ab Æſculapio vero, Deo, a ſtulta antiquitate in gratiam fabulantium facto, nulla arcana in libris ab illo compoſitis tradita aut relicta. *Inveſtigatores Phyſices*, naſutos vocat. Vix credam naſutorum deformitate ſubtiles Philoſophos gloriari, ſagacium perſpicaciumve prærogativam lubentius meo judicio admitterent.

In Exordium.

Oratorum Præcepta recte obſervat Archiater Turenianus, Autorem attentum, benevolum docilemque præſtando Attentum vult reddere, quod Medicorum eſt, promittens ſe tractaturum. Tropæis Libitinæ ſuæ parandis a ſe commemoratis perfidiam interdum, arcendis vero, aut impediendis raro ſuam operam contulere Medici. Etenim

Ad generum Cereris ſine cæde & vulnere pauci
Deſcendunt Reges, & ſiccâ morte tyranni.

Pleraſque ſane hujus generis mortes commemorat, quibus procurandis, aut averruncandis ſive arcendis Medici non intervenere; contrarium præſtat ſuæ promiſſioni, promittit quod Medicorum eſt, & tamen exequitur quod eorum non eſt. Attentum igitur reddit falſa promittendo: poterat nihilominus quod Medicorum erat in ſua farragineâ oratione recenſere, ut ſtaret promiſſis. Quo motivo illud non præſtiterit odorentur ii quos ſalutat naſuti. Commemorare poterat quomodo non ſteterit per Medicum Pyrrhi Epirotarum Regis magna de Ro-

Romanis ſub Levino Conſule reportata victoria percelebris, ejuſdem Regis, Fabritio Rom. Imperatori venale caput offerentem, quominus ipſum veneno de medio tolleret, & Libitinæ tropæis adjungeret, ſed cum a Fabritio de ejus perfidia eſſet monitus ſervavit Pyrrhus ſuum caput, lethali tegula e mulierculæ manu in Argivæ civitatis a ſe captæ direptione emiſſa, feriendum. Quomodo Carolus Calvus Romanorum Imperator nec non Galliæ Rex toxicata potione a Medico Zedechia ſubminiſtrato recens Romæ coronatus Imperator, extinctus ſit Mantuæ an. 877. Conradus III. Imp. cum ſuſpicione veneni ab Italis Medicis propinati deceſſit Bambergæ an. 1152. Guntherus Comes Schwartzburgenſis unanimi Electorum Germ. conſenſu Rex Germaniæ electus, lethali a Freidancio Medico potione porrecta ſublatus ſit circa ann. 1355. egregius Imperator. Bajazethes II. Imp. Turcicus perfidia Hamonis Medici, a Leunclavio Uſtabagites, ni me fallat memoria indigitati, parricidæ Selimi filii promiſſis haud obſervandis, ſuadente avaritia pellectus venenata etiam potione pericrit. His & ſimilibus Hippocrateas a luce in orcum migrationes Medica virgula demetiendo attentum auditorem ſuum reddere potuiſſet; Hippocrateæ ſane quænam ſint illæ migrationes ignorare me fateor, niſi mortes & interitus ab Hippocrate, ejuſque ſequacibus accerſiti ac procurati.

Benevolum reddit, lemma, quod ad ſe volentem nolentem attinet proponendo, quaſi jucundius & acceptius argumentum, & ad auditorum faciliorem benevolentiam conciliandam accommodatum in ſua non fuiſſet voluntate, aut poteſtate ſeligere: omnium terribilium terribiliſſimas mortes ſpondet ſe dimenſurum ac narraturum. Terga vertit Ezechias Rex Judæ licet juſtus & æger Eſaiæ Prophetæ amico luctuoſa nuncianti, nempe quod moriturus eſſet & non victurus, ad parietem cui ſtratum proximum erat ſe convertit; an putat, ſe gratum, neceſſarium, aut novum aliquid præſtare, ac annunciare ſuis auditoribus, recenſendo

tot

tot homines ſeparatim, aut a conglobatis morti litaſſe? An putat illos cæcos, ſurdos, aut mentis impotes, qui non videant, audiant, atque concludant tot mortuorum exemplis ante oculos, auditum, tactum, mentem obſervantibus, debere ſe ſuaque morti?

Docilem porro reddit oſtendendo de qua re dicturus ſit, quod ſcilicet naſcentes moriamur finiſque ab origine pendeat, quam Conſtantium Porphyrogenetam cum Τityo terræ filio communem habere dicit, incertumque relinquit an de fine an de origine loquatur. Confundit Conſtantium V. Leonis IV. & Irenes filium cum aliis ejuſdem nominis, ſed numero diſtinctis, & cum aliis omnibus Imperatorum filiis Porphyrogenetis dictis, quod in purpura nati, ſive naſcendo excepti fuiſſent.

Docilem reddit etiam, omnigenas Proſerpinæ ſtrages fando numeraturus, & in 4. partes ac epilogum Orationem ſuam diribiturus.

Antequam partes ejus Orationis aggrediamur, verborum, quæ pag. 213. continentur, nempe ſacri πρωτοπλάστ faſtus quæſo rationem reddat: Cur Adamum ſacrum nominet? quo ſenſu illud epitheton tribuat? ſane redundare videtur cum omnia Dei plaſmata peræque ſacra ſint, & meliori titulo, utpote quæ non tam exitiale facinus ac Adam patrarunt. Capriciſmus eſt Drelincurtianus faſtum adſcripſiſſe Adamo nudo & ſoli; prævaricationem, inobedientiam, indulgentiam ac complacentiam poterat dicere pro conſorte ſua Evâ fragili, ſed faſtum, arrogantiam, aut quid ſimile, quæ relationem quamdam ſive alios homines, reſpectu quorum hæc ſeſe vitia exerant importent, nunquam audivi vel legi Adamo fuiſſe adſcripta.

Dum de Collega tertio mentionem facit, vocativum in *i* terminat. Vocativum in *i* quorundam nominum propriorum, quorum nominativus eſt in *ius*, ut Antonius Antoni, non autem omnia ejuſdem terminationis *i* in vocativo ſumere Grammatica nos docet, Pius pie, Impius impie, *Tertie* igitur rectior erit conſtructio.

Pag.

Pag. 214. hominem dicit *spumantis libidinis bullam inter saccati humoris utres aliquamdiu fotum*, inter oleta veridicè poterat addere; & ab Orco in lucem erumpere monet & ex Græco vertit ἐξ ᾅδου εἰς φῶς, &c. Ab Alpha privativo sive *non* & εἰδῶν, id est videre, deducitur illud etymon, *Obscurum*, melius vertisset, Orcum enim nos non admittimus Christiani.

In IV. ejus Orationis partes.

Unica dumtaxat constat narratione sua Oratio & e quatuor narrationis virtutibus admissa brevitate alias tres negligit, nec curat perspicuitatem, probabilitatem, & jucunditatem. Perspicuitatis tamen alicujus ergo in quatuor partes narrativam suam Orationem dispescit. In prima sexdecim exempla interitus ex variis, iisque vulgaribus morbis in singulari vel duali numero a Carolomanno Rege ad viros Consulares Julium Ruffum atque Lecanium Bassum immixtis simul Romanorum, Gallorum, Persarum Regum, Literatorum, Ducum, Pontificum Rom. nobilium sine ordine conditionis aut temporis, mortis sive interitus, ac *omnivagarum Proserpinæ stragum*, exemplis.

In secunda parte, relicta calcata illa lethi via e diverticulo aliquot insolentia, sive insolentes mortes pensiculatius attendit, a Lothi uxore ad Carolum IX. vultu Regem, animo lupum. In tertia parte vagari extra, illi consultius fuit ad extrema fata, simul a conglobatis multos implicantia a Nadab & Abihu ad quindecies decies centena hominum millia Reformatæ Religionis Antichristi rabie trucidata. In quarta tandem ad exempla numeri nescia deviat non minus quam in aliis partibus. Epilogus ejusdem farinæ est exemplis sicuti reliquæ partes infarcinatus.

Perspicuitatem eamdem turbato hujusmodi rerum variorumque Libitinæ tropæorum ordine. Jucunditatem terribi-

lium omnium terribiliſſimi, mortis ſcilicet poterimus obſervare: Nunc vero probabilitatem exhibebo.

Peccat in tribus in primo exemplo, 1. contra perſpicuitatem, dum non deſignat quis fuerit ille Carolomannus; conſtat enim plures fuiſſe, primum Pepini brevis, ſecundæ ſtirpis Francorum Regum, nempe Carolinæ auctoris fratrem primogenitum, Caroli Martelli filium, Auſtraſiæ Regem, qui ſpreto regio diademate, & neglectâ familiâ in Soractis Benedictinorum monaſterio ſeſe monachali vitæ mancipavit, & qui Viennæ ad Rhodanum defunctus eſt cucullatus biennio poſt, anno ſcilicet 754. Fuit & Carolomannus minor, frater Caroli magni, primi Imperatoris Occidentalis, qui 28 ætatis, anno 770, Auſtraſiæ Rex extinctus eſt. Fuit alius Carolomannus filius Ludovici Regis Germaniæ ſive Germanici, & frater primogenitus Ludovici & Caroli, quibus ex diſpoſitione paterna variæ provinciæ obtigere. Hunc ſuſpicor deſignandum fuiſſe a pſeudo-hiſtorico Cacoratore noſtro, ſedulo gloſſographo, cum in notis nono ſeculo extinctum obſervet anno ſcilicet 880. Fuit & alius Carolomannus filius Ludovici Balbi & frater Ludovici, Galliæ Rex ſimul cum fratre, ſed brevi temporis intervallo regia dignitate potitus.

Ex his quatuor poterat aliquem deſignare; quis enim ex ſola nomenclatura poterit aſſequi quis fuerit ille Carolomannus paralyſi reſolutus? 2. peccat contra ordinem temporum, quod Carolomannum Ludovico pio avo ſuo paterno præpoſuerit, cum Ludovicus pius Imperator Caroli Magni filius & ſucceſſor fato functus ſit Ingelnhemi prope Moguntiam, anno 840. 3. contra Hiſtoricam veritatem, dum refert Ludovicum pium paralyſi reſolutum duodecimo ſeculo; Conſtat quippe ex auctoritate omnium Hiſtoricorum illum Aquiſgrani fato functum ætatis anno 64, in medio noni ſeculi, anno ſcilicet 840, annis 40 ante nepotem ex filio Carolomannum; nec Galliarum dumtaxat Regem, ſed Imperatorem fuiſſe, neminem latet. Fuere quidem duo Ludovici Galliæ Reges, qui duodecimo ſeculo diem obierunt. Sed nulli ex his Pii

co-

cognomen datum eſt. Ludovicus VI, dictus fuit cognomento Groſſus, & bellator, & ejus filius & ſucceſſor Ludovicus VII, Junior, tum ad differentiam patris, tum quod inconſulto animi judicio, & juvenili imprudentia, repudiando Eleonoram uxorem, Aquitaniam & Pictavienſem ducatum amiſerit, Regibus Angliæ per ſecundum Eleonoræ cum Henrico II. Rege matrimonium obventuros. Porro perniciosæ paralyſis epitheton redundare ipſe miſeris ſuis ſubterfugiis ſatis agnoſcit.

Numero ſecundo Paginæ 215. ſeptem ſeculorum cum dimidio dumtaxat intercapedinem a Ludovico pio ad Gregorium IX. interſerit. Papæ! quantum etiam temporis intervallum inter Statium & Petrarcham quem Florentinum dicit.

Num. quarto Pag. ſeq. Lucii & Conſtantini mentionem facit. At nullum reperire eſt in toto Romano Græco Cæſarum Catalogo, qui hoc ſolo nomine deſignetur. Quoad Conſtantinum nemo hercle poterit ex denario vel duodenario numero, ejuſdem nominis illum qui hoc fato functus ſit diſcernere. Ultimum quidem Conſtantinum in ipſa Conſtantinopolitanâ direptione anno 1453, a Mahomete II. Turcarum tyranno facta, in porta civitatis, e qua erumpere conabatur, ab efferatâ, pavoreque ſimul conſternatâ & fugiente multitudine ſuffocatum legimus.

Num. quinto Pag. 216. Tam parvi nominis Pomperanum Gallum citat, ut neminem putem illum poſſe agnoſcere. Memoria tamen ſuggerit legiſſe me apud Guiljelmum Langæum Bellajum in ſuis memorialibus, fuiſſe nobilem Gallum Carolo Borbonio Franciæ Comeſtabili familiarem, cujus dictus Comeſtabilis ſe finxit famulum, quo facilius e Gallia occultiuſque fugeret, ac vitaret irati Franciſci I. Regis potentiam. In hujus Pomperani, ſeu potius heredum caſtro in agro Anicienſi vulgo *le pays du Velay*, me pernoctaſſe ſemel in adoleſcentia mea reminiſcor.

Pag. 215. in ſuis ſcoriis, potius quam ſcholiis linguæ mo-

torios calices nominat, conſulat apud ſe num motores aut moventes probatior eſſet terminus, nam motorii denotare mobilitatem calicum potius quam linguæ videntur.

Numero 7. Latet me qua de cauſa Carolum VI. Galliæ Regem ad furiales Erynnias (perperam denominatas, Erynnes enim ſunt non Erynniæ) abripi maniaco furore pronunciet, quem metu ex delirio fameque periiſſe recuſatis, (quæ falſo credebat intoxicata) alimentis, bonumque Principem fuiſſe conſtat.

Numero 9. Poteſt veridice Archiater noſter *qui ſequitur leviter morio matris iter*, de genio ſuo loquens pronunciare, *in memoria æterna erit*, &c. dum Theriſiti magnum Imperatorem, cui ob leges promulgatas, & in Academiis edoctas tantum debet Chriſtianus Orbis, Juſtinianum I. aſſimilat, dum ipſi moriam adſcribit, licet non diffiteamur ipſum uxorium tantiſper fuiſſe, & in aliquas hæreſes, unde reſiliit, ſub finem vitæ, impegiſſe &c. ſed non idcirco μῶρ@. humanum enim eſt peccare.

Numero 10. Quamvis maledicum ſuum genium in notis ſuis de maximis viris Chriſtianis mentionem faciens, quos ad Eumenidas infernales Cerbero transverſos amandat, dum ſepulchri nomen ſe addidiſſe falſo prætexit, excuſare contendat; Nemo ipſum inſigni maledicentia odioſum (qui tantorum virorum Alberti Magni Ratisbonenſis Epiſcopi, & Baldi Juriſconſultorum ſui ſeculi coryphæi, famam ſuggillet) ſemper non notabit.

Eodem N. P. 218. Refert Attilam & Alexandrum Græcorum Cæſarem narium eruptione oppreſſos. Quod erumpit non opprimit, imo levat. Impropie etiam loquitur dum narium eruptionem memorat; non enim eruperê nares, ſed ſanguis erupit e naribus, ſed ore etiam, necnon ex inferioribus, anterioribus, & poſterioribus corporis meatibus. Κλινοπάλης mentionem facit ſive luctæ Venereæ ſeu agitationis femorum a ſalacibus factæ: iſtud quidem riſum & ſalivam adoleſcentibus excitans, ne nominari quidem in ipſis ex præcepto Apoſtoli debe-

deberet. Non mirandum ſi ronchis ac cachinnis excepta ſint egregia ſua acumina.

Eadem p. Quis ſit ille Upſalenſis protomyſta, cujus fit mentio, nos dum lubebit, docebit. Upſalam egregiam Academiam & Archiepiſcopatum apud Suecos non nos latet.

Num. 2. p. ead. Inconſulto animi judicio Reformato homini haud conveniente, ſanctuarium aſſignat Pontificibus Romanis, dum de Gelaſio II. & de Bonifacio IX. tot ſeculis inter ſe diſſitis loquitur.

Eadem P. N. 4. Phthiſi Polemonem atque Lepidum ſceletos dicit.

In notis ſuis dum ludicram Demoſthenis ἀργυράγχην memorat, non poteſt genium ſuum cohibere, non vagari nempe extra, &, ut ita dicam, rhapſodias ſuas ab hac & ab hac confarcinare.

Num. 5. ejuſdem p. poterat Fridericum Palatinum numerare, quatuor enim aut quinque ſunt

Num. 7. p. 219. Unde Eliſabetham Bavaram Caroli VII. matrem, quam mavult parentem dicere, & Catharinam Mediceam, quam de Medicis etiam mavult, unde inquam habet fuiſſe mœrore confectas. Non me latet ipſas magna, perpetuaque aulicarum rerum agitatione & offendiculis pleriſque conflictatas, ſed illas anus fuiſſe conſtat, ſenioque & morbis, naturæ litaſſe. Erigit ſe ridicule, ut ſe emuncta nare egregia odoratum eſſe prædicet, & fœminarum efferatam iracundiam exhibeat.

Num. 9. P. ead. Vellem ſcire quid diſcriminis inter expectoratum ſanguinem, & unde illud epitheton deſumpſerit, & inter vomitum cruoris ponat. Conſtat enim Valentinianum I. rupta interiori vena dum contentiori voce increparet Quadorum legato, (hi ſunt qui hodie occupant partem Sileſiæ & Pruſſiæ Regiæ) ſuffocatum, ſeu diffuſo in pectus ſanguine periiſſe.

Num. 11 P. ead. Timagenem cum Condæo combinat, & cibis eructatis morticinos dicit; hodiernum Sereniſſ. Lu-

dovicum Borbonium (quem ſane honorificentius utpote Regis ſui proximum agnatum medicaſter cerdoniam & cerevi-ſiam olens compellare potuiſſet) longiſſima temporum intercapedine ab Oratore Timagene diſtare, illos, ſolidum quid, indigeſtos nempe cibos, non autem flatus & ventos, qui una eructatione ſeu ructibus emittuntur, excreatos eſſe in propatulo eſt. Sed laneis ſuis carptoribus (de lana forte caprina intelligit) carpendi anſam ſe præbuiſſe jactat. Egregium ædepol intentum ac Drelincurtio dignum!

Num. 12. Ejuſdem p. Jovianum, ille Jovinianum mavult, vapore calcis qua recens cubiculum in quo pernoctabat illitum, vel prunarum non ſatis ardentium fumo præfocatum octavo Imperii menſe legimus Mopſueſtæ in Cilicia, non autem ventriculi vitio aut mente pallida.

Num. 13. P. 220. Auguſtum atque Veſpaſianum ſenes fato functos, primum 76 æt. anno, alterum 69, minime mirum, nec prodigio quid ſimile, Libitinæque tropæum reputandum.

Num. 14. P. ead. Leonem tertium & Theophilum torminibus excarnificatos dicit. Excarnificari niſi diſſecta aut truncata carne dici poſſe, quis credat?

Num. 17. P. 221. Neminem puto aſſequi poſſe quænam ſit illa heroïna Luxemburgenſis, quam nemo non credet fœminam, quam tamen ducem Luxemburgicum in notis indigitat, cujus nec nomen nec familiam profert. Etenim qui omnes hoc nomen hodie præ ſe ferunt ex vera Imperiali Luxemburgica familia minime orti ſunt.

Num. 19. P. ead. Epicurum Philoſophum porcini gregis pſeudoſophi ductorem æt. anno 72, & Mercatum Medicum 86, extinctos tanquam rem extraordinariam in gratiam ſuæ Libitinæ ridicule admodum recenſet, & iſchuria merſos.

Num. 20. ejuſdem P. partem ſarcaſmatum & injuriarum, quibus ſuos legitimos cenſores ac irriſores onerat, proferre incipit. Plauſtro, ut ita dicam, illa invehit, Blennos, planipedes, blaterones, laneos carptores, Iſmaëles, calcitrones,

ſacra

ſacra vel hilum ſapientes, plagoſos, Orbilios, Momos, Zoilos traducit.

Num. 4. Pag. 222. Maximinum Cæſarem febre diffluxiſſe perperam vel æquivoce narrat. Maximinus quippe Thrax æque corporis viribus & proceritate, ac ſævitie famoſus cum filio a ſuis militibus dum Aquileam obſidio premeret, fuit obtruncatus. Scio interdum Cæſares pro deſignatis Imperatoribus accipi, ut ſunt nunc Reges Romanorum, ſed hæc ipſum latet vel ab ipſo reſpuitur diſtinctio, ſemper enim Imperatores, hoc ſolo nomine Cæſarum deſignat, & ipſum etiam Selimum Turcarum tyrannum juxta ſuam ſingularitatem (capricem dixi.)

Num. 5. P. 223. Numam & Childebertum combinat, quem ultimum non deſignat, quaſi auditores conjicere aut divinare debeant, quis ſit ille Childebertus, & num fuerit Clodovæi, I. Galliæ Regis Chriſtiani filius primogenitus, vel alter princeps ejusdem nominis. Hos porro aridiores pumice lentis penitus maceratos ignibus ſeu febre extinctos, Libitinæ ſuæ trophea extitiſſe, & optime callens hoc Numæ mortis genus, prædicat.

Num. 9. P. ead. Pellicem ſive Concubinam Franciſci, ejus nominis I. Galliæ Regis cum Friderico Caſimiri Jagellonii Sarmatarum Regis filia combinat: hanc pellicem Chionem atque Callipyga virtute præditam Cardinalitia memorat, ac Veneris zelotypæ calcitratu læſam. Vult aliquid dicere, quod medius fidius qui ſecundum ſe in Hiſtoria naſutiores nuncupantur poſſunt aſſequi; ſed ridendis obſcuris paraphraſibus utitur. Quinam ſint illi virtute Cardinalitia præditi docebit nos dum lubebit.

Num. 14. P. 225. Fridericum III. Imp. alii V. indigitant, anno æt. 78, Imperii 53, fato functum nemo merito ut immaturo præcocique fato extinctum lugere debebat.

In

In Partem II.

Oratoris expatiati ruentis per apertos Orationis flumine campos.

Num. 2. P. 226. Fabulas veris ac ſeriis admiſcet, in notis p. 226. Herum & Onanem Æſculapio & Salmoneo combinans.

Num. 8. P. 228. Auctorum diſcrepantiam notare debebat circa genus mortis L. Cornelii Syllæ. Quamvis enim quidam referant ipſum pediculis corroſum (non ut ipſe fabulatur in nihilum redactum, nec enim illius oſſa corroſa & in nihilum redacta a pediculis) obſervaſſe tamen debuiſſet Valerium Max. lib. 9. c. 3. narrare ipſum rupta vena, bile ſua nimis mota in Granium quemdam Puteolis Coloniæ principem ſive prætorem immoderato vocis impetu convulſo pectore ſpiritum cruore ac minis mixtum vomuiſſe, ut poſt aliquot ſecula Imp. Valentinianus I., ut ſupra memoravimus, (condigno mortis genere in viro qui tantum humani ſanguinis effudiſſet.)

Num. 9. P. 229. Obſcure admodum de Herode infanticida loquitur, nemo enim eſt qui non intelligat Epiphanem Antiochum ex verbis ſuis eſſe potius Jacobi atque cuſtodum Petri homicidam quam Herodem.

Dein Leonem IV. Imperatorem Græcum Corvum nominat, κακῆς κόρακος κακὸν ᾠόν, mali corvi malum ovum, & Juliano nequiorem, hircoſo fœtidiorem ſubulco, ſacrorum everſorem, ultrice Megæra flammigera æſtuantem, ac ignivomum in Phlegethonta raptum. An recordatur ſe eſſe reformatæ Religionis? Nec damnandos a ſe qui imagines & ſimulachra reſpuunt. Quid Ignatius Patriarcha infenſus Photio æmulo, aut alii εἰκονόφιλοι proferre atrocius potuiſſent? Drelincurtiano ſuo agit genio, inconſulto nimirum animi judicio.

N. 17.

N. 14. P. 230 Popilionem Poloniæ Regem alio nomine ignotum reddit atque inusitatum.

N. 15. P. 232. Non sine risu termini illi cibariæ syringæ ac spiritalis fistulæ pro gutture, perlegi possunt.

N. 17. P. ead. An recordatur se esse Gallum sive Francigenam, qui tam insolenter de Francorum Rege Carolo IX. loquatur. Non diffitemur ipsum pravo consilio fudisse sanguinem Christianum fidelium nostrorum, quod etiam summopere damnant Scriptores Pontificii, sed non ideo lupum dirum indigitant, nec his unquam terminis Apostoli aut martyres usi sunt in tyrannos & Christiano nomini infensiores licet Ethnicos, his saltem minus uti debent Christiani Doctores in Christianissimum Regem. Dum autem poros ac meatus corporis, scatebras ac latices dicit, nemo puræ Latinitatis sectator probabit; nemo ipsi negotium apud Christianiss. Regem ejusve Ministros faciet propter illam impropriam, cujus meminit, mentionem.

Lacte sincero ac rationabili crevisse se gloriatur, Patribus deinde Academiæ Lugd. Bat. adscriptum, & recordatur suos proavos hac Carolina cæde fuisse laniatos an. 1572. An sincero lacte creverit, hi quos dicteriis suis offendit, quibus durus opem ac levamen denegavit, & pauperes quos despicatui habuit, prædicare poterunt, & agnoscere paternum nomen Caroli Drelincurtii Ecclesiæ Ref. Parisiensis pastoris dignissimi, quasi architectonicam gruem ac machinam illam ad istud muneris, de quo tantopere gloriatur, evexisse. Sine quibus dubitatur an in pago quodam aut oppidulo cum gloria Medicinam exercuisset. Proavorum suorum lanienam non tacuissent moderni hujusmodi Historiarum *de testibus veritatis* auctores, nec omisissent eorum conditionem, nempe cerdoniam, sive opificium calceorum Cadomi in Neustria exercuisse.

In Partem III.

Conglobata commorientium Libitinæ ſuæ parentantium exempla omnia diſcutere opus oneroſius eſſet quam pro re ludicra ac pro extemporaneâ iſtâ exercitatione, quæ currente calamo horis ſucciſivis exaratur, expediri poſſet; nonnulla dumtaxat, quæ magis offendunt oculos, mentemque feriunt, perſtringemus. Conſultius ſane evagatur ad extrema fata, plurimos ſimul implicantia, & p. 233. a Cannenſi clade, qua 45 M. Romanorum ab Annibale cæſa memorantur, acre funeſtiſſima ad tripudium, feſtivaque Bacchanalia Caroli VI. Galliæ Regis ſaltat. Gallos hujus tripudii, nubilam ſui Regis frontem ſerenaturos, auctores facit; Toti Gallorum genti tam ſtultam & imprudentem ſcurrilitatem improperat, pice atque carbaſo velle ſe mentiri Satyros refert; an his duobus mentiri potuiſſent Satyros, penes ſenſatos judicium eſto: Setis, aliiſve pigmentis illud utcumque effici potuiſſet. In notis Ducem Bituricenſem Regis ſoſpitam facit, at ni eum ſua fefelliſſent conſpicilla, obſervaſſet in Francicis Hiſtoriis, fuiſſe Dominam a Craon, quæ Regem, ludicrâ illâ tunicâ conflagrante, ejulantem agnoverit, ſub ſe depreſſerit, obductumque ſua talari toga ſervarit, flammas reprimendo.

Pag. ead. N. 6. Potuiſſet Fridericum Ænobarbum, non Barbaroſſam, purioris Latinitatis ventilator, vel numero deſignatum indigitaſſe; Comitum nomine quis non crederet, ſe hac magnificâ Comitum dignitate inſignitos, deſignare, cujus rei tamen non meminit Phil. Camerarius in ſuis centuriis Medit. Hiſt. quo loci hanc Hiſtoriam refert, nec puto ſe velle Comitum inſigni titulo deſignare pediſequos, qui ad latrinas monaſterii, ubi infortunium iſtud contigit, comitati ſunt, quos pauciſſimos numero fuiſſe veriſimile eſt.

Pag.

Pag. 234. N. 7. Cataſtrophen filiorum Saül in ſacris paginis expoſitam, Alcionei filiarum in Thetidos gremium, in mare ſcilicet ſponte ruentium cataſtrophæ, fabulis decantatæ, combinat; quod ipſi multum familiare ut ſeq. n. 12.

P. ead. In caprina lana an duodecim, vel quatuordecim fuerint ab Ameſtre Reginâ vivi homines deſoſſi, eruditionem ſuam ventilat.

P. ead. N. 13. Potuiſſet parcere famæ & pudori inſignis Capituli Cathedralis Eccleſiæ Aurelianenſis, tam leviter ac ſine certo probatoque auctore promulgando, duodecim ex Canonicorum numero a Roberto Rege anno 1017. ob hæreſim Manichæorum fuiſſe flammis addictos, illoſque diabolica deſperatione bacchatos, ac furibundos flammis ſibi deſtinatis citra carnificum operam incurriſſe, ſeu potius ſe præcipitaſſe. Pagina 235. fabulam Minotauri ſeriis adglutinat.

Pag. ead. N. 15. Dum de tormentis bellicis loquitur particulam, *ceu*, belli fulmina nemo eſt qui non explodat, ut ſupervacaneam & inconſultam, reapſe enim hæc tormenta, ſunt belli fulmina.

In numero diſcerptorum a bombarda (cujus factum experimentum fuit in ſuburbio Pariſienſi S. Antonii) hallucinatum ipſum fuiſſe ſuſpicor; certè aucupis cujuſdam longe poſiti, qui æneo globo, non ſaxeo, ab hac bombarbâ emiſſo, fuerit fœdè & lethaliter contritus, poterat ab ipſo fieri mentio.

Pag. ead. umbram ſuam perſequitur, quis enim ipſum ſubleſtæ fidei in hoc Jonathæ habentis ſecum armigerum ſuum facto traducit? nec nos latet 25 M. Benjamitarum ſociali in Tribuum bello trucidata. Jud. 19.

P. 236. N. 30. Æquiparat Athenienſium facinus, xxx tyrannos mactantium, cædi xxx Aſcalonitarum a Simſone factæ; diſcrepantia quædam propria nomina, quæ in ſacris paginis habentur, inter Pontificios ac Proteſtantes lego: ſed nuſquam memini me legiſſe Simſonem pro Samſone.

P. ead. N. 50. Templarios L. miſerabili buſto cinefactos Pariſiis juſſu Philippi IV. & ex eo numero rotunditatis ergo, ſeptem reſecaſſe non diffitetur, lepida ſane rotunditatis Drelincurtianæ licentia!

P. 237. Valentis inquit Vulcanus, atque Thetis Presbyteros inſimul devorant. Quis non rideret, ſi audiret ſimilem loquendi formulam de magiſtratu, vel prætore, qui flammis addiceret flagitioſum: *Vulcanus prætoris voravit hunc hominem.* Hæc ſane eſt mera Drelincurtiana locutio.

P. 244. 80000. Octoginta ſcil. millium negotiatorum ſtrage Aſiam univerſam cruentaſſe Mithridatem dicit. Falſum eſt fuiſſe negotiatores dumtaxat, nam & Q. Oppium Procos. & M. Aquilium ejus legatum occisos conſtat, ſicut & pleroſque Italici ſanguinis, non negotiantes, ad numerum 15 myriadum, ſive centum quinquaginta millium, teſte Plutarcho. Mithradatem vero, non Mithridatem pronunciandum eſſe, & Faſti Capitolini, & antiqua numiſmata, quorum unum inſigne me vidiſſe recordor in bibliothecâ Claramontanâ Pariſienſi, docere poſſent omniſcium Drelincurtium.

P. 247. Accumulavit tot myriadas occiſorum, aut pereuntium, ut fateri cogar miram eſſe ejus artem numerandi, & accumulandi; hinc eſt quod obſervant plerique ipſum ſummopere induſtrium in pecuniis aggregandis, unde omnia ſibi licere putat.

Quid facias ipſi quia tantum quantum habeat ſit, monet Horatius.

Tot Antichriſti Romani rabie extinctas Reformatorum myriadas, quot Trojanæ Proſerpinæ prædæ fuerint, ad quinquaginta ſcilicet myriadas, hoc eſt quindecies centena millia.

In ſumma eodem tenore totam ſuam farragineam Orationem contextam eſſe in propatulo eſt, nec dubium eſt, ſi tempus ſuppeteret, dignaque eſſet opera oleo, eſſetque librorum conſulendorum, narrationumque ſuarum ad originalia (quo-

rum

rum auctores conſulto reticet) collimandarum copia, quin in ſingulas paginas legitima ſeſe cenſura ac critica extenderet. Superiora dumtaxat ſubſultim attigimus, nec præteribimus παρεργὸν iſtud Libitinæ tropæum Pag. 258. propoſitum de audacioribus Gallis Senonenſibus e Tarpeja rupe, ſubluſtri nocte (lunæ epitheton iſtud non nocti quadrat) a Manlio Junoniis avibus (anſeres non pavones intelligendi veniunt) excito, ejectis præcipitibus.

In Epilogo non potui ſatis mirari incongruam Latinitatem, ſenſumque diſtortum hujus phraſeos: *Spadonis Eutropii Coſ. ad exemplum ſerviles ſeſe componunt animæ, quibus animabus exſecta genitalia, quæ animæ illa exſectione ſua evirati.* Ad aliud referri non poteſt vocabulum, *evirati*, quam ad ſerviles animas, quæ animæ procumbunt in orcum juxta ſuos terminos, non ſecus ac procumbit humi bos. Quæ animæ ſerviles non graſſantur ad tergeminum honorem. Qui poteſt capere capiat. Suſpicor, illud ad Eutropium voluiſſe alludere, ſed quam inſulſe odorentur naſuti, quos ipſe allegat.

P. 266. N. 3. Non mirabuntur qui inconſulto animi judicio rhapſodiantem Drelincurtium obſervabunt, ipſum Adriani II. Pontificis Rom. arrogantiæ patrocinantem legent, dum aulicos Lotharii II. Imp. huic Pontifici mendacio, quod ſacrilegium indigitat, imponentes, repentinis calamitatibus abſumptos memorat. Quid effutire potuiſſent ſubleſtius ſuperſtitioſa Romanenſis tiaræ mancipia?

P. ead. N. 4. ἀναχρονισμὸν (irriſorem Chriſti Julianum, quem in notis defectorem vocat citando) quantum in ſe eſt excuſat: Excuſet etiam innumeram ejuſdem generis ἄτοξιν, ſive inordinatam narrationis ſuæ diſpoſitionem. Verum enimvero quot ejuſdem farinæ exempla horrore magis percellentia potuiſſet congerere? Exhauſtas tot hominum indigenarum myriadibus Hiſpanorum ſævitia novas Occidentales, ſive Americæ regiones, quæ a Bartholomæo de las Cazas Dominicano monacho, Epiſcopo Chiappæ in Hiſtoriâ ſua Carolo

V. Imp. dicata recenſentur. Carnificinam Buſiridis præteriti ſeculi Ferdinandi Toletani Albæ ducis, Belgicarum provinciarum ſupremi Gubernatoris, cujus ſævâ & ultroneâ confeſſione, ejus juſſu octodecim Belgarum millia carnificum manibus Religionis ergo necata ſunt, præter ſtupendam in urbium direptionibus, prœliis & graſſationibus militum, civium ac rusticorum ſanguinis effuſionem. Proſtabat ante oculos & in viciniâ ſtrages Haerlemia, quâ tot millia hominum cujuſque ſexus ac ætatis neci dedita ſunt, adagio ſummæ crudelitatis locum facientia. Potuiſſet carnificinas factionum Guelpharum ac Gibellinorum attingere: Carnificinam Ezzelini cujuſdam a Romano Patavini tyranni, qui temporibus, & ſub patrocinio Friderici II. Imp. 13. ſeculo, anno 1259. octogenarius lethali vulnere animam ſanguinolentam efflavit, tres hominum myriadas ſive triginta millia hominum cujuſque ſexus ac ætatis in Galliâ Ciſalpinâ carnificum manibus jugulavit, aut fame pædoreque ac ſquallore carcerum confecit teſte Jovio in ejus elogio.

Quam prodigioſam myriadum quantitatem ſuppeditaſſet moderna regni Sinenſis a Tartaris evaſtati a Martino Martinii conſcripta Hiſtoria? didiciſſet tyrannum quemdam ac latronem inſignem Sinenſem Canghienchungun dictum, anteriores omnes Phalarides, & Buſirides. Syllas, Marios, Ezzelinos, Albanos, Carolos IX. longiſſime enormi crudelitate ſuperaſſe. In unâ civitate Chingtu dictâ, metropoli provinciæ Xenſi, anno 1646. ad ſexaginta myriadas, ſive ſexcenta civium millia trucidaſſe. Anno 1644. duodecim myriadas, id eſt centum quadraginta militum millia ex Suchüen provinciâ ſibi merentium ac in fide perſtantium horribi i & ingratâ feritate occidi ab alio ſuo exercitu juſſiſſe: quæ ſane narrationes longius nos deducerent. Verum ut ad finem properem.

Non arrogat ſibi Drelincurtius Oratorium munus, rhapſodiam ſuam, quam plerique Polyantheam vocant, coram ſuis audi-

auditoribus ſolenni depoſitionis ſuorum faſcium die deblaterando, ad hunc idcirco defectum non extendet ſe cenſura hæc, inutilis quippe foret. Nonne ultimam perorantis provinciam executus eſt, arte & ordine concludendo, epilogumque conficiendo? Duabus præcipue conſtare partibus Epilogum docemur a Rhetoribus, amplificatione, & enumeratione. His omnino carere farraginem Drelincurtii audientibus ac legentibus patuit. Anacephalæoſi exactâ mactaſſet auditorium ſuum repetendo trophæa ſua, tam inſulſe digeſta. Egregiam ſaltem memoriæ oſtentationem patefecit, arcem memoriæ duobus pulvinaribus, quaſi circumvallans, arctarumque hoc ſtratagemate ternionem furtim perlegens. Sed qua gratia aut lepore pronunciaverit dicant, qui torvitati ſuorum oculorum aſſuefacti, eoſdem ſuos oculos in finibus eſſe terræ non abſurde ſuſpicantur.

Mendicati ſpretâ farragine teſtes, εὐφημισμὸς *cardiacos contra viperinos calumniatorum morſus indigitat*, qui ſuis illum præconiis ac adulatoriis emendicatiſque Epiſtolis palpent, ac popyſent, minime illum à juſtâ liberabunt cenſurâ. Etenim *nulla ſtultitia ſine amatore nulla fatuitas ſine patrono.* Amphibologice ſane locutus videtur magnificus Rector, dum pronunciat eſſe quibus non datum ſit μιμεῖσθαι, imitari illum ſcilicet, ſed μωμεῖσθαι obſervantes, non imitabantur, *qui dignoſcent vera bona, atque ipſis multum diverſa remota*

Erroris nebula, qui non ratione timebunt
Aut cupient &c.

ridendo autem dicere verum quid vetabit? Clarum illum eſſe, & paterno nomine, & dignitate Profeſſoris Lugdunenſis, quam cæco fortunæ impetu ac ludibrio dum in angulo ſuburbani prædioli ſocrus ſuæ cereviſiæ opifis is (cujus crumenæ potius quam formæ & nobilitatis ejus unicæ procus fuit) Pariſiis lateret, adeptus eſt, clarum inquam illis non diffitemur: ſed his remotis ac ſepoſitis, cornicem Æſopicam deplumatam advertimus.

Apollo

Apollo non tantum Medicinæ commodo ac utilitate, quod Æſculapii pater & quod ejuſdem Medicinæ inventor fuerit, ſed & Literarum poſſeſſione, ac Literatis indulto favore ac patrocinio, tanquam Muſarum frater clareſcit. Utrumque ſi in ipſo ſpectaretur, merito de eo dici poſſet:

Clarus Apollinea Medicus qui polleat arte,
Extat adorandâ, ſeu Deus alter, ope.

FINIS.

CAROLI DRELINCURTII,

Regii olim in Galliis Medici,

NUNC VERO

In Universitate Lugdunensi Professoris Practici & Anatomici,

APOLOGIA MEDICA,

Quâ depellitur illa calumnia,

MEDICOS SEXCENTIS ANNIS ROMA EXULASSE.

Εὐλαβοῦ τὰς διαβολὰς, κἂν ψευδεῖς ὦσιν, οἱ γὰρ πολλοὶ τὴν μὲν ἀλήθειαν ἀγνοοῦσι, πρὸς δὲ τὴν δόξαν ἀποβλέπουσι.

Cave Tibi à calumniis, etsi falsæ sunt, plerique enim veritatem ignorant, opinionem autem respiciunt.
Isocrates ad *Demonicum.*

ILLUSTRIBUS,

AMPLISSIMIS, HONORATISSIMISQUE VIRIS

ACADEMIÆ

LUGDUNO-BATAVÆ

CURATORIBUS,

NEC-NON

Illorum Collegis Conſultiſſimis, Honoratiſſimiſque, Reip. Leidenſis Conſulibus,

CAROLUS DRELINCURTIUS, S. P. D.

Obſtrictus *Nobiliſſimis* & *Ampliſſimis Nominibus Veſtris* vario beneficiorum genere, quidpiam, quo gratum meum erga vos animum teſtarer, libandi voluntatem jam olim ſuſcepi. At replicanti mihi quodnam donarium ad veſtrum tholum appenderem, veritus ſum ne levidenſe munus talibus tantique faciendis NOMINIBUS VESTRIS indignum foret; conſultius itaque ducebam muneris exortem memet continere. Sed Profeſſorio Munere novo mihi delato Veſtra mihi beneficia conduplicaſtis, quæ me conſcium ita premunt, ut ingrati animi crimen effugere non potis ſim, ſi manibus vacuis, ad Vos VIRI undique MUNIFICI ſimul & MAGNIFICI, accedere pergam.

Dum ſic mecum luctor, en mihi occaſio inſperata quidem, ſed idonea ſeſe dat ultro, quam, ne calva ſit, arripio, VESTRISQUE NOMINIBUS MAGNIS atque PRÆCLARIS

hoc quicquid eſt opellæ eâ nuncupo fiduciâ æquitatis Vos patrocinium ſuſcepturos; ac proin me univerſumque mecum Apollinarem Chorum, *cujus jura tucor*, firmiſſimo præſidio defenſuros.

Illud profectò ſi præſtiteritis, *uti Vos id præſtituros planè confido*, Veritas illa de Medicis Italiâ nunquam profugis, quam Cimmeriis è tenebris in lucem protraxi, nemini deinceps latebit; ſed ſuo fulgore cæcatas prius erroribus menteis dum colluſtrabit, Medicorum ſycophantas pudore ſuffundet.

Tantum porrò de Medicis Italiâ pulſis ludibrium, etſi falſiſſimum non foret, nulla tamen ignominia Medicos ſingulatim deformaret, cum Romanorum Faſti alios omnis hominum ſortis injuſta & erubeſcenda exilia crepent: Medicos tamen decet iſtud propellere convicium. Utinam ego, qui totus in publica commoda incubui, Vobis, Viri Graves & Æquissimi, qui in nos Judices ſedetis, illius videar haud inſtrenuus propulſator.

Verbo finiam, poſtquam Vobis, *Viri* haud minus *Boni* quàm *Potentes*, vovenda vovero; *ævum* longum & ſalubre, inque dies ſingulos honoribus atque divitiis auctius; *Familiarum* incolumitatem, perennitatem, beatitudinem; *Academiæ* decus in omnem hominum ætatem grandius; *Reip.* fundamentum *pietate* perpetuò ſtabile; *Juſtitiæ* potentiam & ſanctitatem auctiores; *Civium* irruptam copulam, mutuis officiis conglutinatam; *Commercii* ſucceſſus felices & fauſtos; *Rerum* denique *omnium* exitus ſecundos atque fortunatos, ſed quos *Deus* ipſe ſecundet atque fortunet.

Vovebam Lugduni ad Rhenum. Idib. Juliis,

Anno M. DCLXXI.

CARO-

CAROLUS DRELINCURTIUS

Τοῖς Φιλιάτροις χαίρειν.

Qui Præfationes odi, præfari cogor, & quidem prolixe; primum, ut effrænatos refrænem, qui notulas huic Orationi ideo adjectas esse deblaterant, quod *Sphingis* ænigmatis sit obscurior, & egeat *Oepido*. Hoc quippe commentarioli eâ re vulgavi, quia Orationem angustam (*utpote horulâ coarctatam*) oportuit. Quæ igitur præ temporis angustiis inter Orandum reticui, illa demum adjeci, ubi quotidiano suo convicio hoc opellæ ut emitterem amici efflagitarunt.

Alterum ludibrium est, *Me umbratilem esse, & calumniam retudisse à nemine Scriptorum in Medicos jactatam*; ergo Medicorum Sycophantas de Literatorum tribunali citabo. Sed priusquam illos judicio sistam, juris mei ortum repetam à fronte.

Oratio hac in Academia recèns habita est, cujus lemma nihil quidem ad Medicos attinebat, excurrente tamen illa perstringebantur. Rumor illico spargitur Medicos esse læsos, sed qua in parte, ambigitur. Vulgatior fama fert, *de Medicis sexcentos annos Roma pulsis* injectam esse mentionem; & id profectò famæ ita percrebuit, ut Medicus Ordo statim perceperit, vetus illud *de Medicis Roma exulibus* convicium inhæresscere penitus in mentibus, atque adeo animis eximendum esse concluserit. Cum autem meæ partes essent Candidatum Apollinari Daphne, solenniter redimire, id odiosi & litigiosi thematis mihi datum est. Ab hoc ergo Facultatis Medicæ Decreto declinare nolui, ne vel *Medicorum jura prodere*, vel *ignaviam*, rerumve priscarum *ignorationem* præ me ferre, viderer. Nihil igitur causatus sum, sed meis & Facultati morigerum, & Arti fidelem me præbui. Satius enim

duxi, *veritatis asserendæ gratiâ*, cum aliis instituere mihi certamen, quàm Virorum deterreri minis, qui ab hac pro Medicis dicenda causa me absterrere contendebant, ceu *Veritatis acta causa*, petulantissimum protinus crabronum agmen irritatum, in memet conversurus essem; vel, ut minore Medicos calumniantium probro id dixerim, quasi hæc invidiosa veritas (*quam ex omni hominum memoria revulsi*) in odium & invidiam Medicinæ eorum esset me raptura. Nullis igitur terriculis motus, omni rerum discrimini, *Medicorum ergò* memet objeci, hocque Veritatis patrocinium (*quod in me inclinatum recumbebat*) suscepi, licet egregie gnarus sim, Artis Phœbeiæ capitales hostes, in me *Patronum*, tanquam in *Scopum* suas acutiores sagittas emissuros.

Ne interim videar umbratili larvâ delusus, ceu Medicos Româ in exilium, (*ab hominum nemine ipsis irrogatum*) proficiscentes vidissem, en illius exilii cùm *excogitatores*, tum præcones ad Judices producam, quò meos apud Sycophantas constet spectra & mendacia visa me dissipasse nusquam, sed hostium copias, toto præclaras terrarum Orbe, meis armis pulsas & fugatas esse.

En igitur à fronte, acris ille literarum literatissimus hostis *Henricus Cornelius Agrippa* [1] qui primus, *sexto decimo ineunte seculo*, integra literarum seminaria hoc infelici lolio consevit, *Romani quondam sub Catone Censorio*, MEDICOS OMNES, *&* URBE TOTA, *&* TOTA ITALIA PEPULERUNT.

Exinde profecto juxta seminii illius indolem surrexêre lolia, quibus maledicum ita sese exsatiavit hominum genus, ut eadem, sed corrupta, atque adeò nocentiora horrendum hunc in modum, *Tubigenses* [2] & *Argentinenses* eructarint, *Roma sexcentos stetit & floruit annos, antequam Medicos tecto*

1 *Lib. de vanit. scientiar. cap.* 83.

2 Uti palam erit *Tho. Lansium*, atque *Melchiorem Junium* consulenti.

tecto & hoſpitio excepit; quàm primùm verò periculo ſuo didicit, cicures ſe tantum latrones & manſuetos homicidas excepiſſe, eos ITERUM EXPULIT.

Virus autem illud unius ſuperioris Germaniæ limitibus nequaquam coërcitum eſt, ipſô etenim Agrippæ ſeculô Gallias totas pervaſit, *Michael* quippe *Montanus* [1] id veneni hiſce vernaculis verbis in populum longe, lateque diffudit, *Les Romains avoient été ſix cens ans avant que de recevoir* LA MEDICINE; *mais aprés l'avoir eſſayée*, ILS LA CHASSERENT DE LEUR VILLE, PAR L'ENTREMISE DE CATON LE CENSEUR.

Imò viroſum illud de Medicis ſcomma, è *Montanico* fœtente lacu, *tanquam è palude Stygiâ*, hoc in Belgium corrivatum eſt,

De Romeynen zyn ſes hondert jaer geweeſt eer ſy de Geneeskonſte aannamen: Maer de ſelve beproeft hebbende, joegen ſy die uyt haar Stad door toe-doen van Cato *de Keurmeeſter van de Manieren* [2].

Quam igitur tanto opprobrio debes ἀποκέλσιν, Amice Lector, ſi nec tuo ex fundo, nec ullius Scriptoris è penu extrabere potis es, illam, quæſo Te, ab hac Apologia expromere ne dedignator. Hac enim Antidoto animum tuum innutrias velim,

TOXICA NE POSSINT SÆVA NOCERE TIBI.

1 Edit. Pariſ. 1652. p. 566.
2 Siet de Werken van Beverwyk in 4. pag. 184.

FINIS.

ORA-

ORATIO.

M. Rector; *Almæ Civitatis prudentiſſimi Proceres*; *Collegæ honorandi*; *Literaturæ cultioris Antiſtites atque Protomyſtæ*; *Voſque quotquot adeſtis Ornatiſſimo huicce meo Phœbeia lauru ritè condecorando Medicinæ Candidato vel ſanguine, vel affinitate, vel amicitiâ conjuncti*; *Venerandi Symmyſtæ, fideleſque Myſtagogi*; *Doctores & Magiſtri Liberalium Diſciplinarum acutiſſimi, eruditiſſimique*; *Tu* LECTISSIMA, *myſteriis Divinis dicata, Tu quoque Themidos Oraculis addicta, Tuque deinceps Apollini conſecrata*, JUVENTUS; *Tu demum Illuſtriſſima reliqua Corona, grande meum decus hodiernum.*

PARS PRIMA.

Quot præſenteis intueor, *quos ſalutavi Viros omnium Ordinum longe Clariſſimos*, linguis mihi faventeis & ab uno ore meo pendenteis, tot certe Medicum audiendi cauſa, hoc in Illuſtre confluxiſtis Athenæum. At nomine, vicibuſque meis commutatis, *non Medici*, ſed *Medicorum Patroni*, parteis ſum acturus; Gallis enim Medicis, apud Senatum, dicere[1] cauſam integrum eſt. Quidni itidem, *alieno licet degam in*

1 Sic auritus, oculatuſque teſtor, conjunctiſſimum mihi P. *M.* Virum *Medicum*, *Guidonem Patinum*, bis apud Iudices ſupremæ Curiæ Pariſienſis cauſas oraſſe. Videſis ejus Epiſt. IX. atque XLII. Edit. 2.

in cœlo, mihi fas erit candido hocce, ſolennique die apud Vos Senatores Urbanos & Academicos cauſam, non meam quidem privatam, ſed quæ omnium Medicorum eſt, contra illos agere, qui non minus falſò, quam injurioſè, *ſexcentis annis Medicos Roma fuiſſe pulſos* promulgant.

Illam profectò calumniam oblivione voluntariâ contererem, ſi *fumus* duntaxat eſſet noſtrum in Nomen putide ſparſus; ſponte ſiquidem evaneſceret: ſed quoniam veriſſima eſt Διαξολὴ, quæ Medicos omneis maledictis *figit*, illoſque, *ceu frameâ quadam acutiore atque venenifera*, [1], trajicit, contundenda prorſus eſt. Tanto igitur tamque venenato vulneri medela Veritate facienda venit. Nobis etenim nihil magis inſitum eſt à Natura, quam ut ſauciati Medicinam expetamus. Neminem itaque mirari ſubeat, ſi virulentum illud Medicorum corpori vulnus inflictum, percurare ſuſcipiam; alias quippe neglectum aut malè curatum ſua Nos majori indies exederet feritate. Vires enim acquirit eundo, nec reliquorum more vulnerum, quæ calumnia intulit, temporis decurſu vel cicatrice obduci, vel miteſcere ſaltem pote fuit; ſed è diverſo unà cum ſeculis & ætatibus hominum inveteravit, atque ita exaſperatum eſt [2] ut in ulcus ferinum cancroſumque degeneraverit.

Calumnia quidem in ſe, levis eſt ſermo & qui leviter volat, ſed qui graviter vulnerat; qui leviter tranſit, ſed qui graviter urit; qui leviter animum penetrat, ſed qui ex animo non leviter exit; qui demum, leviter profertur, ſed non

1 Alluditur ad Pſalm. LVII. verſ. 5. LIX. verſ. 8. & LXIV verſ. 4.

2 Quam juſte has de ſeculorum in Medicos iniquitate querimonias habeam, ex adductis in Præfat. ad φιλίατρον è *Thomæ Lanſii Conſultatione de prærogativa certamine, quod eſt inter milites & Literatos*, pag. 58. editionis Tubinganæ, 1656, vel abunde liquet. Immo conſulendus venit *Melchior Junius*, *Orat.* 3. *de comparatione Medici*, *Philoſophi & Oratoris.* pag. 1331.

non leviter revocatur. Imo, qui pronis auribus ut accipitur, ſic & *in vivis largiter paſcitur*; *Nihil* quippe tam volucre eſt, quam *maledictum*; *nihil* facilius emittitur, nihil citius excipitur; *nihil* latius diffipatur; ac proin, credulum & maledicum hominum genus *vivaciter* pervadit. Exinde *vivax* eſt & illa, quam dixi *calumniam eſſe Medicis conflatam.* Sed illi, *vivaciſſimæ licet*, ceu ſibilanti ſerpenti, ſuoque venefico halitu nos afflanti, caput exſcindendum eſt; & ne reſciſſo uno, *Hydræ ad inſtar*, renaſcantur alia, omnem illi occaſionem amputabo, dum venenatam illam mendacemque de Medicis in amiam animis medullitus inhærentem, imis de pectoribus revellam, ne Mortalium ullus, iisdem deinceps morſibus, idem nobis venenum inſpiret. Id negotii gnaviter ſi confecero, gratiam ex illo, *non minimam certe*, apud omnes Literatos ſum initurus: Literariæ ſiquidem Reip. intereſt, redivivus ſerpens ille Python, qui tot Appollinis Nepotes commordet, ut trucidetur: Is quippe morſu ſuo trifido, *ceu triplici telo*, non Medicos unice, ſed *homines ternos* inſimul venenat; nam *delatos* cumprimis *Æſculapii Sacerdotes* inficit; *Auditorem* deinceps, veritate privat, dum illius in aureis ſuum venenum tranſmittit; ipſorum porrò *delatorum* conſcientiam atrociter ſauciat.

Inſuper his, acrius me commovet, quod profanum non modò vulgus, ſuum illud, quod à Viris, vel *male feriatis*, vel *male doctis* accepit, in nos effu lerit virus, ſed &, quòd mendax illa, quâ miſerè laceramur contumelia, in tantum invaluerit, ut vel quaſdam *proborum & liberaliter eruditorum* menteis, dicamne *occupaverit*, an potius *occæcaverit.* Illorum enim haud infimates, id probri & dedecoris, *coram in os*, mihi ſingulatim ac ſæpius intuliſſe nequaquam erubuerunt. Quoniam igitur, *Viri boni & Literarum docti*, eò credulitatis adducti ſunt, ſibi in animum ut induxerint, illam maledicti notam quâ inurimur, non *calumniam*, ſed *obtrectationem* eſſe; eo animoſius in hancce Medicorum cauſſam deſcen-

deſcendo, eoque acriori mentis impetu, veſtros animos ad illam converto. Tanta ſiquidem primævæ Medicorum formæ illata injuria alta mente repoſta manet, & me vindicem ſollicitat & inſtigat, qui illam ulciſcar. En igitur illius putidæ calumniæ, *O Judices rerum, quotquot adeſtis integerrimi*, coram Vobis, ultorem me ſiſto, & rem ipſam ut aggrediar, vel ab ipſo exordio dicam, illorum eſſe, per quorum ora illud de Nobis volitat convicium, tanti ſui in nos convicii, aliquot ſaltem, vel *graveis* atque *ſpecioſas*, non autem *leveis* atque *captioſas*, rationes dare; alias, puri puti audient & pergraphici ſycophantæ. Quales autem ſint illorum, à quibus tantopere veritas abhorret, præſtigiæ atque captiones, ſumus infra perinde detecturi atque diſſipaturi. Velim interea, ex mei juris redundantia, generoſius cum ipſis agere, nec Medicorum jura, *quibus hodie patrocinor*, ſimplici rei nuſquam probatæ, nuſquamve probandæ, tueri negatione. Iſthoc ſiquidem ſuper argumento cum omnia ſileant Annalium monumenta, nec uſpiam Gentium legere ſit, quonam vel [1] Plebiſci-

1 Medicos ullo *Plebiſcito* Roma pulſos eſſe an quiſpiam ſomniaverit, mihi latet: Sed me nequaquam fugit, Virum acutum & alias vigilantem, ſtupide & oſcitanter ſcripſiſſe MEDICINAM SENATUS CONSULTO DAMNATAM *eſſe annis ſexcentis & ad tempora uſque Archagathi, qui Romam primum venit anno U. C.* 535. Si enim ab illis Archagathi temporibus, retro computemus ſecula in quæ incideret fictum illud *Senatuſconſultum*, liquido conſtabit *Urbem Romam* tunc temporis *nequaquam conditam, nedum Senatu honoratam fuiſſe.*

Hic inſuper ſtuporem *conviciatorum* attendito. Fabulantur enim *à Senatu Romano in* 600 *annorum exilium actos fuiſſe Medicos.* Non animadvertunt interea *(præ alto qui illorum menteis urget & obruit ſtupore)* quod quemvis egregie cordatum nequaquam fugit, *primo* ſcilicet ineptum atque abſurdum eſſe, exilium illud Medicis à Senatu in ætatem adeo longævam inperatum fuiſſe. Non contuentur *ſecundo*, penes Senatum nunquam fuiſſe, vel condere *Leges*, vel *Exilium* irrogare, quæ poſt talium, & *Legum* & *Exilii* denatos Auctores, perennarent. Romanorum enim Reſp. toties interpolis, id nequaquam tulit, nam ubi primum, qui Reip. clavum tenebant, denaſcebantur,

bliſcito, vel Senatuſconſulto *Medici fuerint Roma exterminati*; quibuſve fuerint, vel Populi juſſis, vel Patrum decretis, ROMAM REVOCATI, conſequens eſt, probrum illud, quod in nos conjiciunt; vel *maligne & turpiter* excogitarint; vel *ſuſpicioſe & temere* ab aliis acceperint

Res doloſe, fraudulenterque de nobis *excogitatas*, ceu hominum cerebroſorum commenta atque chimæras, vel Anticyram relegamus, vel ad incolas Lunæ exilio pellimus ſempiterno.

Illud autem probrum, in nos collatum, ſi aliis acceptum referunt; vel *ſcienter atque criminoſe* tanquam *falſum probrum*; vel *inſcienter & inculpatè*, tanquam *hiſtoricum quid*, illud acceperunt. Si *priori* pacto id præſumpſerunt, eo ipſo nomine Sycophantia proditur, quam, utpote Ἀλεξολιχὴν, diris eſſe devovendam profitemur. Si *hiſtoricâ* fide illud tenent; vel ex *infidis & ſubleſtæ fidei Auctoribus* id hauſerunt; vel ex *fidiſſimis & locupletiſſimis Veterum monumentis* id ipſum eruerunt. Si male fidis, levibuſque, ac frivolis Scriptoribus id debent, nullo in loco, nulloque in numero, Viris à cordatis id habendum eſt; quinimo, vel aniles in fabellas nulla ſpecie veri vel leviuſcule adumbratas; vel in ludibria Fauni, id ipſum referendum eſt. Nolim igitur, in illis & fabuloſitatum & phantaſmatum portentis elevandis immorari: Nemo quippe Veſtrum Omnium eſt, *Auditores Prudentiſſi-*

tur; cæteri, qui defunctorum in locum ſufficiebantur, Deceſſorum Placita atque Decreta immutabant; *Leges* abrogabant, atque etiam in *Exilium* datos, de *exilio* reducebant. Uti profecto, vel in Imperii Romani ætatem uſque extremam, illorum *progenies* vitioſior atque vitioſior ſemper data, quas à *ſtirpe* habuerunt ſanctiones, illas certe violarunt atque funditus everterunt. Licet igitur, *ſtulto* quopiam atque *veſano Senatus decreto fugiſſent in exilium Medici*, *illo ſane*, vel Regum auctoritate; vel Coſſ. decretis; vel Populi ſuffragiis; vel Imperatorum juſſu, *exilio ſuo*, pauco poſt tempore *liberati fuiſſent*.

tissimi, quem aut meræ nugæ, aut spectra ludificentur.

Scrutemur ergo *Veterum fide dignorum* penetralia, & inquiramus seduli, num ex reconditioribus illorum monimentis tale quid extrahi queat, unde ansam de Medicis contumeliose atque mendaciter scriptitandi arripiant, *sexcentos annos, fuisse illis Româ interdictum.*

Id quippe si contigit unquam; vel *Catonis ante tempora*; vel *per illius ætatem*, vel *post illum denatum* contigisse necessum est. Quid enim temporarium datur super *præteritum*, *præsens* & *futurum.*

At, nullis id unquam obtigisse temporibus hisce rerum momentis luculenter evincam. & adversum maledicentiæ fluctus vel insanos atque decumanos firmiter stabiliam. Cassius enim Hemina testatum reliquit primum è Medicis venisse Romam, Peloponnesò, Archagathum, Lysaniæ filium, L. Æmilio & M. Livio Coss. *anno U. C. quinto & trigesimo supra quingentesimum*; eique jus Quiritium datum, & tabernam in compito Acilio ob id publicitus emptam fuisse. At Cato tunc temporis pueritiam vix egressus erat, annum siquidem agebat *quintum decimum*; natus est quippe Urbis anno *vigesimo ultra quingentesimum.*

E quibus, *profectò*, luce hac propemodum meridiana clarius patet fieri non potuisse *Medicos ut Roma* Catonem ante adultum & auctoritate pollentem *expulerit*; Romam etenim nondum venerant. Qui igitur Medici Romæ fuerunt nunquam; *Roma fuerunt & iidem nunquam expulsi*; utpote quia *non Entis non datur expulsio.*

Quis nostrûm, *amabo*, hospitem quempiam, quem nusquam admisit, suis ex ædibus extrudet & ejiciet? Quando enim ferunt ægrius ejici, quam non admitti hospitem *ejectionem admissioni* opponunt. Falso igitur *Medici dicuntur Roma ejecti*, qui pure dicendi sunt, *Romæ non admissi*, seu potius *Romam non venisse.* En ergo primum *Medicis ante tempora Catonis Roma nequaquam exturbatis* negotium confectum. Excutiamus jam, num Catonis ejusdem, sed *creati Censoris*

ævo, fuerint unquam *excluſi Româ.*

PARS SECUNDA.

Primum quidem, Annalium omnium *illo* ſuper *Exilio fictio* ſilentium [1] altum victoriæ meis ab Adverſariis reportandæ mihi plus ſatis eſſet: Immo, Juridicum foret, ut, quam nobis inſtruunt *calumniam*, è Chronicis Authenticis *calumniam non eſſe* probarent; nihilominus, quia Lunam citius de ſphæra ſua deripient, reliquave refixa cœlo ſidera devocabunt, quam illud probaverint; velim ego, ex Veritatis quam tueor prærogativa, inſequi pede preſſo ſecula *Catoniana*, atque *Catonianis* proxima, quibus *Medici Romæ numeroſiſſimi floruerunt.* Iſtud dum exequar, calumniatorum ſimul falſas *hypotheſes* evertam; ſubinde verò, rerum ſerie ductus, ſolidiſſimiſque fundamentis jactis, *Veritatem ipſam* ſtabiliter ædificabo.

Pri-

1 Non ſolum enim Recentiores, ſed & Vetuſtiſſimi Hiſtorici, *omnes ad unum*, id exilii ſilent. At profectò, illud ore uno promulgaſſent, ni fictum & chimæricum foret. Cum enim Romanorum res geſtas tot enarrent, & quædam vix memoranda memorent, rem certe, uſque adeo memorabilem & famoſam memoriæ & æternitati mandaſſent. Velim præprimis, non joco & per tranſennam, ſed ſerio & ex profeſſo *Plutarchum* attendamus. Is quippe de Porcio Catone tam diligenter ſcribit, ut illius Viri cum *privatas*, tum *publicas* actiones recenſeat. Imo, Porcium ineptientem obſervat, & illius ineptias effert. An igitur, qui Catonianas ineptias redigit in Faſtos, is idem, Catonianum facinus illud, eouſque & audax & clarum, quo *Medicos Româ extermmaſſet*, ſuis monumentis non conſignabit? Idque præſertim, cum occaſio commoda & idonea argumentum iſtud tractandi, ipſum non deficit; meminit enim *Catoniani in Medicos odii*: At Catonis in Medicos Edicti οὐδ' ὕπαρ οὐδ' ἔναρ, *nec vigilans, nec ſomnians* ſcripſit. Te pudeat ergo, tu quisquis es decocti pudoris hiſtrio, qui *Medicos*, ceu *profugos exilio*, traducis & irrides: licet enim veteratore Sophiſta verſutior eſſes, nunquam tamen ab his difficultatum tricis, *quibus intricatum te deriſorem deridendum propino*, temet extricares.

PRIMAM ſuam HYPOTHESIN à Plinio mutuantur, apud quem legere eſt, *à Pop. Rom.* Catonis temporibus, *Medicinam fuiſſe damnatam.* Quibus Ædepol verbis nequaquam evincent, vel *Medicos fuiſſe Roma pulſos exilio*; vel illud exilium *annis ſexcentis duraſſe*, uti ſcriptitant, quos tenet inſanabile nos calumniandi cacoëthes.

Plinius etenim ubi ſcribit [1] *Populus Rom. Medicinam expertam damnavit*, idem ſcribit, ac ſi, *improbavit*, ſcripſiſſet. At Medicinam *improbare*, nequaquam eſt *Medicos in exilium projicere.* Quid enim, *vel hoc in ipſo Belgio*, vulgatius eſt quam Medicorum aliquot praxin *improbare*, *reprehendere*, *atque culpare*, vel ſi velitis ut ſignificantius atque ornatius eloquar, ὑβριζειν τε καὶ σκωπτηλακιζειν, ἢτε ὠδεγμαπίζειν; nuſquam tamen gentium, iidem Medici Veſtri ex Urbibus ejiciuntur.

Si quis mihi *Plinium* taliter interpretanti fidem deroget omnem, attendat quæſo ſedulus ad Orationis *Plinianæ* ſeriem atque copulam, & ſolis adinſtar radiantes haſce quaternas veritates, *ſuo firmiter innixas cubo*, contemplabitur.

Primo quidem, per verbum *damnavit* aliud nihil *Plinium* ſibi velle, quam Populum Rom. Artis illius quam *damnaverat* aliquo fuiſſe tædio affectum.

II°. Per Medicinam, eo loci, *Chirurgicam* unicè *partem* intelligendam venire.

III°. *Chirurgiam*, non omnem, ſed illam duntaxat quæ crudelior eſt, *fuiſſe damnatam.*

IV°. demum, *Medicos* propterea fuiſſe nequaquam à Civitate *abactos*: Inibi quippe *abactûs* cauſa ſi qua foret capitalis, illa prorſus *ſingularis*, nec *omnium Medicorum* foret; ſiquidem agitur *ſingulariter* de Archagatho, qui *Vulnerarius* primum audiebat, mox à ſævitia ſecandi urendique *carnifex* vocitatus eſt.

Non

1 Lib. hiſt. natur. 29. c. 1.

Non ergo *Medicos*, nec *Medicum*; imo, nequidem *Chirurgum*, ſed *Carnificem damnarunt*; nec interim *damnatum Romanis pomœriis excedere juſſerunt.* PLINIUS enim aperte refert, illius *Archagathi carnificinam in tædium quidem Artis tranſiiſſe*, at *nuſquam* adjicit, *ipſi fuiſſe Civitatem ademptam.*

Et ne quis confingat, *Medicis palpum ut obtrudam*, PLINIO me fucum facere, *Plinium* ipſum adducam, qui ſeſe Medicorum Patronum geſſit acerrimum.

Quid ergo? inquit, (ſeipſum compellans) *damnatam rem utiliſſimam credimus?* *Minimè Hercule*, reſpondet ſibi continuo, *minimè Hercule*, *non rem Antiqui damnabant*, *ſed Artem*; Artem ſcilicet illam Archagathi ſæviorem, quæ igne & ferro humanos artus excruciabat atque truncabat. Imo præciſè magis PLINIUS, *ceu peremptorio in Adverſarios Edicto*, litem noſtram dirimit omnem; hæc quippe aurea, *uncialibus literis Cedro conſignanda*, verba profert, [1] *Et cum Græcos Italia pellerent*, *diu etiam poſt Catonem*, EXCEPERUNT MEDICOS.

Sic *Tranquillus*, in Octavio Cæſare, ab illis, quos annona gravi conflictati Quirites ex Civitate exegerunt, conceptis verbis, *Plinii ſuffragator*, MEDICOS EXCIPIT. Hæc enim immortalitate digniſſima verba mentibus noſtris, *ceu adamantino ſtylo*, ſignavit, *Magna verò quondam ſterilitate*, *ac difficili remedio*, *cum venalitias & laniſtarum familias*, *peregrinoſque omnes* [2], EXCEPTIS MEDICIS &c. *urbe expuliſſet* Auguſtus &c. Quid quæſo, aut magis appoſitè, aut magis accommodatè decernere eſt, ut adverſarii noſtri cauſa cadant? Nihil certe preſſius, nihilve ſtringentius ſanciri poteſt. Illis tamen omnibus atque ſingulis, ad cauſæ Medicorum fidem & firmamentum, quæ ſcrupulum omnem, vel contumaciorum animis altius inhærentem eximere apta nata

1 Ibid. Lib. hiſt. natur. 29. c. 1.
2 Cap. 42.

nata ſint, confirmationis ergo & auctarii vice ſum additurus.

Et primum quidem in hoc vehementer incumbam, *Plinium* eodem loci referre, *damnata illa*, (& jure optimo damnanda) *Archagathi ſævitia*, *in tædium Artem*, OMNESQUE MEDICOS *tranſiſſe*. Romæ igitur complures erant Medici Archagatho coætanei, atque adeo nequaquam *erant exilio mulctati*. Haud quippe reciprocantur *in tædium tranſire*, & *in exilium ejici*: Haud rurſus eodem ponderandi momento *Archagathus*, ejuſque ὁμότεχνοι, & *Populus* ipſe *Romanus*: Haud ultimum confundenda veniunt *Activa Paſſivis*; ac proinde *Plinius* ubi docet in *tædium Populi Rom. Artem Archagathi*, *omneſque Medicos tranſiſſe*, aliud nihil ſibi vult, quam *Archagathi*, *aliorumque Medicorum artem Populo Rom. tædium peperiſſe*, *tædium adduxiſſe*: At nequaquam vel *Plinius*, vel Veterum ullus, paſſive ſcripſit Archagathum ipſum, ejuſve συνεργὸς, *tædio* (tantum abeſt ut *exilio* ſcripſerit) *affectos fuiſſe*. Non ergo fuere *Medici*, ſeu potius *Chirurgi*, Romæ licet *in urendo atque ſecando duriores*, in exilium projecti, ſed Romam Urbem ſuis in *tabernis* incoluerunt. Jam quippe conſtat ex Caſſio Hemina, Romæ *tabernam* in compito Acilio fuiſſe Archagatho publicitus emptam. Alias autem, *præter illam*, Medicorum *tabernas* vel tunc temporis fuiſſe Romæ, en auctoritas triplex omni elevatione major, quam Vobis (*Æquiſſimi rerum æſtimatores*) dari velim pro ſuperpondio; iiſdem quippe Catonis & Archagathi temporibus illis, *Plautus* atque *Terentius Medicorum Romæ degentium* mentionem habent; ſpeciatim autem de *Amphitruone* & *Epidico* ſcripſit *Plautus*, ſuum illos *Naucratem* atque *Periphanem* quæritaſſe in MEDICINIS, id eſt in *Medicorum tabernis*, quas & à *myropolis* & à *tonſtrinis* ibidem diſtinguit [1]. At, quis inanes & Dominis vacuas illas fuiſſe, quas perreptaverant Amphitruo & Epidicus *Medicorum tabernas*.

1 Amphitr. Act. IV. Sc. I. Et Epid. Act. II. Sc. II.

bernas ſibi ſtulte fingat? Quin potius *Plinio* aſſentiri eſt, qui *Plauto* concors MEDICINAS illas, ſive τὰ Ἰατρεῖα, *Officinas* vocat, in quibus *ſua cuique venalis promittitur vita.* Remedia quippe inibi à *Medicis venalia*, vitam ſpondent emptori: ut è diverſo; & eodem loci *deleteria* vænunt *pharmaca*, quibus occæcata gens illa Pagana ærumnoſæ, tædioſæque ſuæ vitæ filum abruptura, morti ſeſe tradit, teſte *Plautino* iſthoc altero,

— *ibo ad Medicum, atque me ibi toxico, morti dabo* [1].

Publium Afrum præterea dum conteſtor, clariſſimis ille ſuis monimentis eandem hanc veritatem teſtatam, conſignatamque relinquit; atque illius inſuper, unum & alterum æneatores, *Pamphilum* nempe, atque *Parmenonem* inducit [2], qui concorditer, oreque uno, quod res eſt, proclamant.

Concludam igitur illa *Plauti*, *Terentii*, *Archagathi* atque *Catonis* ætate, *Medicos fuiſſe ſuis ex Medicinis nequaquam exturbatos*, ſiquidem illorum *officinæ* frequentes Romæ vel tunc temporis fuerint.

Si quis interim huicce meo uni & alteri Comico fidem detrahat, *Plutarcho* ſaltem auſcultet in Marco Catone, ubi *Medicos* definitè diſtincteque, Catonis ſeculo, *Medicinam Romæ factitantes* deſignat, τὰς γὰρ Ἰατρεύοντας ἐν Ῥώμῃ expreſſe, pluraliterque producit.

Ad alteram HYPOTHESIN quod attinet, mutuatitia eſt omnis ex inimicitiis quas Cato Cenſorius, auctoritate florens, Græcis cum Medicis exercuit; è quibus, præoccupata mens eadem, duo iſthæc falſa colligit, quæ modo confutabamus *de Medicis Roma exulibus*; idque *annos ſexcentos.*

Quam frivola & jejuna ſit hypotheſis illa, his rerum momentis liquido conſtabit.

Catonem odiſſe Medicos diffitebor nunquam, is enim odio pluſ-

1 In Mercat. Act. II. Sc. 4.
2 Hecyr. Act. III. Sc. I.

plasquam Vatiniano *Græcos omnes* prosequebatur, atque adeo *Medicos ipsos*, qui maximam partem *erant Græci*.

Cur autem Græcos hostiliter oderit Cato, triplex est ratio; generica quidem una & altera; tertia demum singularis est.

Primò quidem infensissimo ferebat animo, *Quirites* à Græcis non modo *Barbaros* vocitari; sed & spurcius quam alios Italiæ populos, *Opicorum* [1] appellatione fœdari, quasi præ reliquis Italis forent oris impuri & obscœni.

Altera *ratio* est, Catonem solitum fuisse πᾶσαν Ἑλληνικὴν μοῦσαν καὶ παιδείαν ὑπὸ φιλεπιρίας προπηλακίζειν, *Græcas omnes Musas, atque Græcam disciplinam omnem ambitiosius conviciari* [2] *atque lacessere*. Verebatur enim, ne Literis Græcis juveniles animi à belli studiis avocati ad vanas artes traducerentur. Qua

1 Plinius enim l. 29. c. 1. sub Catonis persona de Græcorum in Quirites scommate graviter conquerentis, ait, *Nos quoque dictitant barbaros, & spurcius nos quam alios Opicos, appellatione fœdant.*

2 Ita profectò usque adeo despicatum *Isocratem* habuit *Cato*, illius ut Discipulos per jocum irriserit, suum quasi apud Magistellum Arte in Oratoria futiliter discenda consenescerent, indictaque causa commorerentur, suos demum eloquentiæ fontes coram Minoë, in Inferis apud Plutonem aperturi.

Est & Catonis atrocior hæc in Græcos injuria: eo siquidem, insolentiæ processit, ut SOCRATEM traduxerit, ceu Virum in verba provectum, locutuleium, blateronem & linguacem, nec non præterea ferocem atque seditiosum, qui tyrannidis appetitæ causa, & mores antiquos labefactaret, everteretque; & sacratissimas leges conculcaret. Resipuit tamen bonus ille Vir, ætatis quippe flexu prudentior factus, Literas Græcas serò, τῷ πάππῳ παντὶ πᾶσιν ἡλικίας ἀληλακὼς & *ætate omnino provectus* didicit, atque in *Thucydidem*, sed præsertim in *Demosthenem*, totus incubuit: nec non etiam à reliquis reconditioris doctrinæ Græcis potiora sua, cum Placita, tum Apophthegmata, ita expiscatus est, ut illius in scriptis Literaturam cultiorem nihil sapiat, quod Scriptoribus Græcis protinus non referas acceptum. Atque sic profectò, honore mulctatus est CENSOR; quique fuerat in Græcos injuriosus, crimen illud suum tædifera quasi vel stigmatica pœna luit.

Qua certè opinione mens ejus tam arctè irretiebatur, ut οἷον ἀποθεσπίζων καὶ προμαντεύων, *rerum quasi præscius atque præsagus* (vatem enim se jactabat) filio suo vaticinari non erubuerit; *Literis Græcis omnia* CORRUPTUM & PERDITUM *iri*; quod tamen illius vaticinium, rerum exitu fuit inane; nunquam enim Roma ad altius gloriæ culmen perrexit, quàm Græcas dum Literas excoluit.

Tertia denique *ratio* Medicis unicè competit, atque itidem ex Catonis *præsumta opinione* sumit originem; *Jurarunt inter se*, (suum de Medicis scribebat ad filium) *Barbaros necare omnes* MEDICINA: Ac proin, cum Barbarus esset, sibi maximopere cavebat à Medicis, ne pro salutari Medicina venenum ipsi propinarent.

In illum porro, tanta de Medicis, tamque criminosa suspicio ceciderat, propterea quod suam operam Regi Artaxerxi, *tanquam Barbaro*, denegaverat Hippocrates; qua ex historia suspiciose atque mendaciter inferebat Cato, κοινὸν ὅρκον ὀμόσαι τὸν ἰατρῶν ἁπάντων ἐκ ἄν ποτε βαρβάροις Ἑλλήνων πολεμίοις ἑαυτὸς ἐπιθεῖναι, *commune jusjurandum esse hoc Medicos inter omnes, nullis unquam Barbaris Græcorum hostibus*, (ad Medicinam scilicet illis factitandam) *sese præbituros.*

Quamvis autem Cato fuerit odio in Medicos hostili, illud tamen ita compressit atque privatos intra parietes ita coërcuit, ut publicum in Actum eruperit nunquam: *Filio* quidem *suo interdixit de medicis* ut loquitur *Plinius*; sive ut cum *Plutarcho* pressius eloquar, τῷ παιδὶ παρεκελεύετο ἰατρὸς φυλάττεσθαι πάντως, *Natum suum jussit Medicos omnes refugere*, ne scilicet ab ipsis veneficio perimeretur: Sed apud Senatum tanta nunquam valuit auctoritate, ut illo suasore & impulsore *Medici fuerint unquam Roma proscripti.* Is quippe non rexit Italiæ fata, nec ab ejus Censura fors Medicorum pependit. Ipse enim, neque Regem [1] neque Tyrannum se gessit. Imò, nusquam

1 Tantum abest enim ut *Porcius Cato*, vel *Regis more* Quirites Latium-

quam legere est *de Medicis in Senatu Catonem esse conquestum*, uti

tiumque rexerit, vel *tyrannidem* occupaverit, ut publico licet negocio gerendo jamdiu addictus esset, ad supremum tamen illud honoris fastigium, *quod ejus ætate tot alii toties conscenderunt*, nusquam grassari potuerit. Notum quippe est Quæstore illo, Q. Fabium Cunctatorem, anno Urbis conditæ 549. *Principem Senatus secundò lectum esse*. Sic profecto P. Scipio Africanus, *Catone* recens *Exconsule*, U. C. anno 559. *Princeps Senatûs*, non modo *secundùm electus est*, sed etiam revoluto quinquennio, anno nimirum U. C. 564. eundem illi *Principatum tertiò detulerunt*. Verum, præ his uno & altero, M. Æmilium Lepidum non *secundò* & *tertiò* tantum *primas in Senatu tenuisse*, sed & *quartò*, *quintò* & *sextò* id honoris deinceps consecutum esse, annis scilicet ab U. C. 579 584 589. 594 & 599 memorabunt æternùm. Revera autem temporibus illis, *Porcius Cato* nec vagiebat in cunis nec in antro latitabat Trophonio, à plurimis namque lustris impletis *Censorem* fefe gesserat, sed quam bene, vel hinc constat, quod *Senatûs Principatum* ipsi tribuerint nunquam, nequidem Censuram suam U. C. anno 569. dum obiret, tunc quippe haud illi, sed ejus Collegæ Censori Q. *Valerio Flacco*, Principatum dederunt.

Illis annotatis, nemo Lectorum ita hebes est, ut continuò non assequatur quo tendat hæc mea, *de Catonis Principatu nullo*, commemoratio. Ex illis quippe colligere est, haud fuisse satis, ut *Roma Medicos exterminandos esse Cato censerit*; secus enim sentiente & reclamante ejus Collega, Viro tanto & SENATUS PRINCIPE, res infecta hæsisset, *Non fuerunt* itaque *Medici* refragante Flacco in exilium *ejecti*. Discordes enim Censores nihil unquam Edicto sanciebant. *Catonem* igitur & *Flaccum* oportuit esse concordes, ut *Censorium Edictum de Medicis Civitate exigendis componerent atque promulgarent*. At talem in concordiam si fuissent unquam adducti, quidni Literarum monimentis id proditum esset, uti v. g. levius illud exilio, Literis proditum est, *à Flacco atque Catone*, *Senatu exclusos esse septem*, inter quos *L. Quintium Flaminium* Virum Consularem commemorant. Cum igitur *de Medicis exulantibus Româ*, *alte sileant Romanorum Annales*, interea tamen, *privatos homines exilio pulsos identidem increpent*, dicant oportet, Medicorum conviciatores, quorsum prisci Scriptores illi, *id exilii Medicis imperati* (si modo fictum & umbratile non est) *suos in commentarios non retulerint*, cum exilium tantum & adeo famosum, *Universo Medicorum Choro*, *totique Apollinis Arti irrogatum*, longe gravioris sit ponderis, quam ullum aliud, *privatæ cujusvis personæ*; quod publicis monimentis consignavêre.

uti ſuas de Carneade Academico & Diogene Stoico (*quas ſileo, ne meis à Caſtris Medicis deficiam, & in aliena fiam transfuga, inque illis incendiarius*) querimonias in Senatum jactavit. Uti præterea Serv. Sulpitium Gallum, qui Prætor Luſitanos diripuerat, oratione (*octogenarius licet*) vehementi repetundarum poſtulavit. Sed illum vel Senem, vel Conſiſtentem, vel Juvenem in *Medicos unquam peroraſſe*, nemo eſt hominum qui fidem mihi faciat. Mentita igitur, falſa, plenaque erroris eſt illorum ſcriptio, qui *Cenſorii Catonis auctoritate fuiſſe Medicos in exilium depulſos* ſcriptitant. Imo falſidicos ſe gerunt, qui *Catonem in Medicos fuiſſe unquam publicitus invectum, deque illis extrudendis* mentionem ullam apud Senatum habuiſſe deblaterant. Illud enim ſi verum foret, prærogativa quadam Annales id ſibi vindicaſſent, plurima ſiquidem momenti longe minoris poſteritati teſtata reliquerunt. Cum igitur de *Medicis Roma exulantibus*, nec vola nec veſtigium in ullis Veterum monumentis extet, conſequens eſt *exilium illud fictum & commentitium eſſe*.

Hinc porro mearum probationum numerum explebo, dum *compendio*, ſed *fideliter* referam ex *Cicerone*, *Horatio*, *Seneca*, *Perſio*, *Plinio*, *Juvenale*, *Martiali*, *Suetonio*, *Plutarcho atque Galeno*, veterrimis illis Catonis & Catoni proximis ætatibus, illuſtres Romæ Medicos immortalitati ſua nomina conſecraſſe. Iſthæc certe dum exequar, meam de Medicis Romæ Archagatho & Catoni coævis, non duntaxat firmabo ſententiam, ſed & ultimum illud meum negotium conficiam, *nec à Catone denato, Roma Medicos extorres profugiſſe*.

PARS TERTIA.

Et primum quidem è libro quarto decimo [1] *Plinii* locum eruere eſt de *Eraſiſtrato*, cujus, ut maximi Medici auc-

1 Cap. 7.

ctoritatem anno circiter ſexcenteſimo, *id eſt Catonis ævo*, Romæ viguiſſe docet: De hoc tamen *Eraſiſtrati* tempore, nolim cum ullo contentionis ferram reciprocaſſe.

En & vetuſtiſſimus ille *Herophilus*, Medicina clarus, qui Empiricos primum damnavit, & ſubtilioris Sectæ conditor, morborum cauſas ſcrutari inſtituit, atque arteriarum pulſus qui gubernacula vitæ temperant, in modulos certos, legeſque metricas deſcripſit.

En & Medicos nobiles *Iulii Cæſaris* ætate, quæ *Catonianam* proximè excepit: Uti quippe ſeptimi ab U. C. ſeculi initium, *Cenſorii* noſtri fuit occaſus; ita fuit & medium ejuſdem, *Iulii* [1] *ſideris* exortus.

Ecce igitur *Iulius Cæſar*, qui circa Pharmacuſam Inſulam à prædonibus captus eſt, & manſit apud eos, propè quadraginta dies, CUM UNO MEDICO, qui forte Medicus, *Antiſtius* eſt ille, qui principis ſui tribus & viginti plagis in Senatu confoſſi cadaver perluſtravit [2].

Ecce itidem *Aſclepiades* Magni Pompeii familiaris, cujus fama tanta fuit, ut ad Mithridatis pervenerit aures. Hic quippe Roma, ſuis Legatis & pollicitationibus Aſclepiadem evocare tentat, ſed fruſtra: nam Aſclepiades novam Romæ condiderat Sectam, & menteis artificio uſque eò mirabili trahebat, ut univerſum prope humanum genus circumegerit in ſeſe; non alio modo, quam ſi cœlo emiſſus adveniſſet.

Aſclepiadis auditor fuit *Themiſon* ille, *τῶν κοινοτήτων* repertor, qui ab Aſclepiade Rationali inſtitutus, ad Methodicæ Sectæ inventionem ſe contulit; & quæ inter initia ſcripſerat Aſclepiades, illo mox recedente à vita, ad ſua placita mutavit. Mitto

1 *Catonianæ* enim vitæ extrema clauſula in annum ab V. C. 605. incidit; Annus vero ab ejuſdem Urbis conditu 653. *Julii Cæſaris* inſignitus, eſt Natali.

2 *Suet.* in Cæſ. Cap. 82.

Mitto plurima æqualis Julio Cæſari *Tullii* loca, ubi Medicorum honorifice meminit; ſingulatim autem, *Aſclepiadis* illius quem modo extuli, & *quo amico M. dicoque uſus eſt*, eloquentiam celebrat. Nominatim inſuper profitetur ſe aſſentiri *Cratero*, illius quaſi in verba juraſſet; una cum Venuſino Poëta: cui Crateri teſtimonium adeò locuples eſt, ut Pythagoricum illud habeat, *Non eſt cardiacus*, CRATERUM DIXISSE PUTATO,

Hic æger [1].

Multos prætereo Medicos celebres, *Caſſios*, *Calpitanos*, *Aruntios*, *Albutios* & *Rubrios*, ut tranſeam ad Auguſti tempora, quibus alios inter,

—— *velut inter ignes*
Luna minores,

emicuit *Antonius* ille *Muſa*, qui propterea quod ex gravi morbo Auguſtum exemerat, ingentem primò pecuniæ vim, magnos deinde à Senatu honores; & univerſo demum ordini Medicorum immunitatem vacationemque adeptus eſt. *Statuam præterea Romani, juxta ſignum Æſculapii, ex ære collato illi ſtatuerunt* [2].

Mitto viritim collaudare *C. Celſum*, *Scribonium Largum*, *Arcyona* & *Chariclem*; qui eodem illo Auguſti, nec non Tiberii atque Caligulæ dominatu floruerunt. Sileo *Vettium Valentem*, *Xenophontem*, & *Alcontem* ſub Claudio Cæſare. Taceo Neronis principatu cùm *Statium Annæum* Senecæ familiarem; tum imprimis ipſius Imperatoris Archiatrum, *Seniorem* ſcilicet *Andromachum*, noſtræ theriaces excogitatorem. *Theſſalum* denique tranſeo, qui cuncta Majorum placita delevit, & monumento ſuo IATRONICEN ſe inſcripſit: ut ponam in medio *Crinam* illum Maſſilienſem, qui ex Ephemeride Mathematica ægros curando, Theſſalum auctoritate præ-

1. 2. Sat. 3.
2. *Suet.* in Oct. Cap. 59.

præceſſit. Nec prætermittendus eſt *Charmis*, qui ex eadem Maſſilia Civitatem invaſit, merſit ægros in lacus, frigidáque etiam algoribus hybernis lavari perſuaſit. Denique, ut contraham, *illaudati*, ſed nequaquam *innominati* recedunt *Tryphon*, *Meges*, *Ammonius*, *Euelpiſtus*, *Archigenes*, *Ruffus* & *Soranus*, uterque Epheſii; *Crito*, *Hermogenes*, *Andromachus Junior*, *Symmachus & Hermocrates*, quorum alii ſub primis Cæſaribus vixerunt; alii verò ſub Galba, Othone, Vitellio, Veſpaſiano, Tito, Domitiano, Nerva, Trajano & Adriano ſeſe poſteritati commendarunt.

Haud finirem, ſi Antonini Imperii memorabilia proferrem; tunc quippe temporis *Galenus*, trium deinceps Imperatorum Archiatros, tot Romæ mira loquutus eſt, totque miranda fecit, ut illius æmuli, ceu incantatorem & vatem γοήτα τε καὶ μάντιν illum traduxerint.

Silebo itidem, innumeros illos Romæ *Galeni æmulos*, quos paſſim commemorat. De illis enim, quæ digna habentur memoria in hiſtoriam conferre ſi velem, dies me citius deficeret, quàm illos collaudando finem dicendi facerem.

Hic igitur modus eſto, ne longius excurrat Oratio, aliàs enim foret prolixitate tædioſa. Nolim ergo ætates ullas infra Galenicam illam, quæ in *decimum*[1] *ab U. C. ſeculum* incidit, attingere.

Abunde eſt enim tot iſthæc ſecula replicaſſe, quibus præclari Romæ Viri Medicinam fecerunt, nulla temporis intercapedine media, quæ Viris numeroſis Arte Medica clarentibus caruerit.

Fal-

1 Profitetur enim Galenus ſe Romam veniſſe primum, ætatis anno 34: At annus ille Galenicus, æræ Chriſtianæ 164. erat, atque adeò *initium fuit decimi ab U. C. ſeculi*. Æra ſiquidem Chriſtiana ab Urbis conditæ anno 752, (*uti vulgo ferunt*) computatur. Illis autem ſi addideris annos Chriſti 164, quibus Galenus Romam primum ſe contulit, conſequens erit, Galenum Romæ primum vixiſſe anno ab U. C. 916. hoc eſt, *ineunte ſeculo ab U. C. decimo*.

Falsissimum est ergo *Medicos unquam exulasse Roma*; & ab omni insuper alienissimum est veritate, fictum & chimæricum istud exilium, *sexcentesimum in annum fuisse prolatum*.

PARS QUARTA.

Ecce itaque nostros calumniatores confutatos atque pessundatos: sed antequam, (*absit jactantia dicto*,) triumphans recedam, pressius illos stringam, dum illorum in Nos iniquitatis mysterium revelabo, atque sic Medicos ab illa, qua Nos injuria circunretire nituntur, plenius asseram.

Proferam igitur ex *Plinio*, verborum aucupia & literarum tendiculas, quibus, *specie veri*, incautos & illudere, & illaqueare studeat, *Romanum* scilicet *Populum*, *ultra sexcentesimum annum sine Medicis degisse*. E quibus verbis maligne lectis & dolose conglutinatis cum illis aliis, fraudulenter itidem & captiose expositis, *de Medicina damnata*, per sophisma *a conjunctione distrahendorum*, illud temere, seu potius veteratorie concludunt, *Medicos fuisse sexcentis annis Roma prohibitos*; perperam copulando disjungenda; & malitiose atque calumniose isthæc interpretando; dum illa in alienissimum à vero sensum iniquissime detorquent.

De Medicina damnata egimus abundanter, atque Verbi damnare, hoc in casu, vim omnem & genuinum sensum diximus esse, *culpare* [1]; haudquaquam autem *in exilium agere*. Quibus profectò, auctuarii vice, sum & hoc additurus, Plinium nullatenus scripsisse, *Medicos Romæ fuisse damnatos*; sed præcise & aperte hæc publicis literis consignasse verba, *Populus Rom. Medicinam expertam damnavit*, id est, *culpavit* crudeliorem illam, quam expertus erat Chirurgiam, quæ aspe-

ri-

1 Pag. hic 407.

rius & immitius ſæviebat in ſauciatos. Sic certe purioris Latinitatis antiquiſſimi cultores, & *Tullius* ipſe, eodem Senſu dixerunt *damnare moras*, *damnare tempora*, *damnare Naturam*, id eſt, improbare, arguere & reprendere: Nullus enim, *quem ſciam*, eo veſaniæ deductus eſt, ut *moras*, ut *tempora*, ut *rerum* denique *Naturam ipſam*, è mundo in *exilium depelli* ſecum reputaverit. Quid igitur inerudite & falſo nobis obtrudunt Sycophantæ noſtri, *Medicinam damnatam*, *Medicos in exilium datos* importare?

Nec iſtud alterum magis moror quod ex *Plinio* eruunt, quo imaginarii illius exilii ſexcentos annos colligant. *Plinius* quippe nequaquam dicit, *ſexcentis annis Roma Medicinam exulaſſe*, ſed ſimpliciter *Romanum Populum*, *ultra ſexcenteſimum annum*, ſine *Medicis degiſſe*. Quibus profectò *Plinianis* verbis, argutulus licet atque veteratorius vitilitigator ex adverſo mihi ſtaret; nunquam tamen mihi probaret idem efficientes eſſe enunciationes illas, *Populum ſine Medicis degere*; & *Medicos à Populo in exilium projici*.

Iſthæc ergo *Plinii* verba cum ex ſe perſpicua ſint, atque apud eruditos, cordatoſque Viros aliter prorſus quam apud conviciatores noſtros audiant, me explanatore nequaquam egent: in illis igitur exponendis nullus ero. Verùm, *ſed brevibus duntaxat*, *ut brevi huicce Medicorum cauſæ finem faciam*, in illius ætatis tam longæ, per quam ſine Medicis Roma degit, genuinas & ſonticas cauſas inquiram.

Primò quidem ex dictis hactenus luculenter patet, me neutiquam aſſentiri Plinio, *ultra ſexcenteſimum annum*, *Medicorum abſentiam proroganti*; modò quippe evicimus, *ineunte ſeculo ſexto ab U. C. Græcos Medicos Romam veniſſe*? ac proin diffitemur, ſtricte loquentes, nec ſeculum *inchoatum* pro *confecto* atque *completo* ſumentes, *ultra ſexcenteſimum annum*, *ſine Medicis Romanos degiſſe*; deſunt enim *anni ſexaginta quinque ad ſexcentos complendos*, tantum abeſt ut *ultra ſexcenteſimum annum*, tempus illud protollatur.

Deinde, auctoritatibus ſi lis dirimenda ſit, *uti profectò dirimenda eſt*, *cum ſit quæſtio facti*: *Plinius* etſi *Hercules* foret,

non *ſtaret* contra duos. Ecce igitur illum *cauſa cadentem*, nam præter allatum *Caſſium Heminam*, qui Plinii teſtimonium infringit; en & *Dionyſius Halicarnaſſeus*, qui luculentam nobis fidem facit, vel *ipſo ſeculo ab U. C. ineunte quarto* [1] *complures Romæ Medicos* extitiſſe. *Non erant ergo Medici Roma exules, extorreſque.* Mitto & ſequenti ſeculo, *Catonem* ante natum annis *quinquaginta octo*, [2] *Æſculapium* fuiſſe decem Legatis, Epidauro Romam convectum, ſtatimque in Inſula Tiberina Templum atque Flaminem accepiſſe; id quippe argumenti evincit unice, Populum Romanum *Medicinam* priſcis temporibus religioſe coluiſſe, at invalidum eſt, *Medicos ut ſtabiliat ſuam Artem Romæ factitantes.* Iſthæc igitur miſſa facio, ut coronidis loco breviter aperiam, cur *ſeculis propemodum tribus* [3], non vero *ultra ſexcenteſimum annum, Romanus Populus ſine Medicis degerit.*

Et

1. Anno nimirum CCCI, λοιμικὴ νόσος εἰς τὸν Ῥ'ώμλω κατέσκηψεν &c. ὅτε ϒ ΙΑΤΡΩΝ ἀρχένλων ἔτι βοηθεῖν τοῖς καμάτοις &c. *peſtilens morbus Romam invaſit &c. nec* MEDICIS *in tanta ægrotantium multitudine ſufficientibus &c.* Dion. Halic. l. X. Ab omni igitur veritate abhorret, *in exilium illos exiviſſe.*

2. Cato quippe natus eſt, Urbis conditæ anno DXX. Quum autem anno CCCCLXI, immedicabili peſte devaſtaretur Civitas, aditis fatis Sibyllinis, Æſculapium Epidauro, decem Legatis, Principe legationis Q. Ogulnio Gallo, arceſſiverunt, & anno ſequenti CCCCLXII. Romam illum advexerunt. Igitur inter *Catonem natum*, & *Æſculapium Romam tranſvectum* anni LVIII. effluxerunt.

3. *Dionyſius* quippe *Halicarnaſſenſis*, locuples nobis modò fuit teſtis not. 1. plures *Romæ Medicos*, *vel anno U. C.* ineunte 301. Medicinam factitaſſe. Sed recèns illos Romam veniſſe nunquam profeſſus eſt; concludere fas eſt ergo, *Romæ illos, vel ſeculo tertio degiſſe.* Imò rationi penitus conſonum eſt, *Romam ab omni ævo Medicis nequaquam caruiſſe*: Quamvis enim primitùs tales nuſquam audierint, quales nunc Noſtrates audiunt, ſed *Empirici* duntaxat & arte rudes fuerint, nihilofecius *Medicorum* nomine veniebant.

Iſthoc autem honoris epitheto, illos ſi modo non dedignemur inſignire, qui *Medicinam* licet non profiteantur; illius tamen miniſteria, *prout ſorte cadit*, varia atque varia ſubeunt, tot profectò primævis

Et I°. quidem vetuſtiores illas ætates cuivis recolenti obvium eſt, longioris fuiſſe opus temporis uſura, ut popellus ille rudis, recenſque mœnibus concluſus, diſciplinas amplexaretur. Quam ergo Civitate ſua nondum donaverant Medicinam, illam profectò *Civitate ſua non expulerunt.*

Est & altera perinde ponderoſa ratio, is quippe populus nihil fuit primiter quàm decoctorum, latronum, & erronum *militiæ ſingulariter addictum agmen*, quod Romulus ex luco vicino, *quem aſylum fecit*, non tam in *Civitatem* quàm in *Urbem* coëgit. Illis igitur ſeculis non unica *Medicina*, ſed & reliquæ Diſciplinæ Liberales, Populum inter Martiis quidem præliis ferocem, ſed in Minervæ caſtris vecordem, incultæ jacuerunt, uti *Cicero*[1] atque[2] *Suetonius* ſuper ea re conqueruntur.

Denique, cui Veſtrûm, *Judices æquiſſimi*, in propatulo non eſt vilem illam & aſperam hominum ſortem, *laboribus duram* & *Bellonâ ferream*; quæque cibo utebatur facili, nec per artem, voluptatemque corrupto, ſed qui niſi eſurientibus placere non poterat; *ſine Medicis minore periculo degere*, quam molles & effœminatos, qui umbratilem vitam agunt, & luxu diffluunt; qui *Curios ſimulant & Bachanalia vivunt*; ἄσκησις γὰρ ὑγιῆς, ἀκοιλία τροφῆς, ἀσκνία πόνων, *Sanitatis quippe ſtudium eſt, non repleri cibis, & impigrum eſſe ad laborem.*

Ubi igitur, Populum inter bellatorem illum, diætæ tanta nondum fuit immoderatio, quanta ſubinde crevit; nec tanta

vis ætatibus illis nuncupandi *venient Medici*; quot primitùs erant, qui, vel ſibi, vel amicis laborantibus *Medico ſubſidio veniebant*, qualeſcunque demum fuerint illi vel *Summates* vel *Infimates*, uti patet exemplo cùm Porcii Catonis, quem *Empiricum* mox poſiturus ſum in medio; tum aliorum promiſcue obviorum, qui *levi Medicinâ*, *levi morbo medebantur*, atque propterea *Medici* à *Medendo* vocitabantur.

1. Tuſc. quæſt. 1.
2. Lib. de Ill. Gr. Cap. 1.

ta fuit morborum luxuries. At creſcente luxu, creverunt & morbi, ſupplicia luxuriæ.

Immunes erant ab iſtis malis, qui nondum ſe deliciis ſolverant; qui ſibi temperabant, ſibi miniſtrabant. Ipſis quippe ſimplex erat, ex ſimplici cauſa valetudo.

At multos morbos, multa fercula fecerunt. Ex quo ſcilicet una gula terrarum, mariſque vaſtatrix varia permiſcuit, & mille condituras excogitavit, non ad tollendam, ſed ad irritandam famem; neceſſe fuit ut ex illis inter ſe diſſidentibus, inconſtans variuſque morbus exoriretur, utì reapſe exortus eſt.

Dum igitur luxus nondum ſurrexerat in tantum, nec tam latè ſeſe ſparſerat, poterant Romanorum *vitiis ſimplicibus* obſtare *remedia ſimplicia*. At ſubinde neceſſum fuit, tantò operoſiora eſſent corporum munimenta, quantò valentiora quibus petebantur.

Quæ igitur *Medicina*, ab initio paucarum fuit Romanis ſcientia herbarum, quibus ſiſteretur ſanguis & vulnera coirent; illa certè eorundem luxurie, in hanc pervenit tam multiplicem varietatem, quæ ipſos coëgit, artifices illos conquirere longe peritiores quam antea, quique non obiter & inter alia, ſed huic uni negotio intenti, corporibus medendis unicè vacarent.

Primitus quippe *ſibi ipſi Medicinam faciebant*, atque amicos inſuper morbis conflictatos curabant, ſicut & poſterioribus ſeculis *Cenſorius Cato Empiricen fecit*; gloriabatur enim eſſe commentarium ſibi, quo mederetur conjugi [1], filio, ſervis & familiaribus.

Ro-

1. Recte *Plutarchus* Catonis gloriam illam taxat, καὶ γὰρ αὐτὸν τὸν φαύλιστα γεγονὼς ὁ Κάτων ἐκ ἀνεμίσητος. Suos etenim uſque ad longam ſenectam minime perduxit, nam *uxorem & filium amiſit*, τὸν γοῦν καὶ τὸν υἱὸν ἀπέβαλε. Nec mirum! Quis enim, *uno collyrio morbis omnibus medeatur?* Licet ergo pollicitis divitem ſeſe extulerit Cato, revera tamen jacuit vacuus effectis. Se *quidem morbis immunem conſervavit*;

Romanus ergo Populus morbis preſſus, *Medicam Artem expetivit, & expetita ut potiretur, Medicos* non duntaxat *Indigenas enutrivit*; ſed & *Advenas* Græcos & Ægyptios *admiſit*; & admiſſos, honorificè ſemper *conſervavit*; munificentiſſimis præmiis *donavit*; tergeminis honoribus *ſuſtulit*; & ſupremis denique *laudibus proſecutus eſt*, tantum abeſt *ut illos unquam ſua ex ſocietate exterminaverit.*

EPILOGUS.

Ecce igitur longè propulſatam à Nobis hoſtilem illam atque furentem *calumniam*, in illorum cerebro natam, qui vel *Samiorum*, vel *Abydenorum mores induerunt*, & ſcelerata ſua calumniandi conſuetudine, Nobis & hunc *aculeum*, *genuinumque dentem* infixerunt, ſed quem exemimus. Nunc quippe liquet *falſiſſimum eſſe probrum*, quod criminoſè in Nos immiſſum eſt, ſed quod deinceps *ad ſapientum aures* non perveniet; *morſum eſſe aſpidis*, ſed cui medelam fecimus; *hyſtricis eſſe jetam*, ſed quam ex corpore noſtro extraximus. Uno verbo, *Hipponacteum eſſe de nobis præconium*, à Noctis & Erebi filia in Nos excogitatum, jactatumque, ſed quod Stygiis aquis utì dignum eſt unicè, ita & à Nobis ex hominum mentibus ad Inferos relegatum eſt, ac proin, quod reliquum eſt negotii Nobis ab ampliſſimo Senatu dati ut exequamur, Oratio noſtra hunc in Ornatiſſimum Medicinæ Candidatum tota

vavit; ſed id Plutarchus ruſticum in illius primigenium corporis robur, potius quàm in Artis Medicæ peritiam ullam, appoſitè refundit: Adeo ſiquidem vivax atque ſalax extitit Cato, ut Senex licèt, Veneri tamen indulgere nequaquam deſierit: gremio etenim ſuo mererriculam fovit, quæ compreſſûs ergò, furtim ad ipſum itabat. Væ! Indignum facinus tam acerbo morum Cenſore, ἰχνεῖτο γὰρ παιδίσκη, κρύφα φοιτῶσα πρὸς αὐτὸν, *utebatur enim puella, quæ furtim ad ipſum accedebat*, furtivæ Veneris ergò.

tota seſe convertet. Nobis siquidem utì neceſſe, sic & volupe eſt debitis illum honoribus atque præmiis condecorare. Is quippe &c.

Habita in Illuſtri Præpot. Holl. atque Weſtphr. Ordinum Athenæo, ad Lauream Apollinarem in *Joh. von Flammerding*, *Francof.* conferendam, *Nonis Juliis* 1671.

Paucis autem interjectis annis cum *Romanus* solenniter etiam Inaugurandus veniret, *Jura* vulgavit *Pathologica*, quibus εὐχαριστικὸν præfixit fideliter hîc *recuſum*. Sed alias Epiſtolas, hactenus inviſas, Gratiis Ἀρχιάτρων etſi diffluant, *Vulcano* tradam, ne in vulgus emiſſæ φιλαυτίαν *redoleant*. Unus interim *Jacobus Sponius* mihi sit *inſtar mille*, Miſcellaneor. Antiquitatis Eruditæ Sect. IV. p. 145.

VIRO

VIRO INCOMPARABILI,

D. CAROLO DRELINCURTIO,

Philoſophiæ, ac Medicinæ Doctori Celeberrimo,

Galliarum Regis

Conſiliario, ac Medico Ordinario, Practico olim apud Pariſienſes feliciſſimo, nec non Celſiſſimo gl. m. Principi de Turenna

A Conſiliis Medicis, atque Medicorum Caſtrenſium in Belgio Comiti,

Nunc verò,

In Academia Lugd. Batava Medicinæ Practicæ, & Anatomes Profeſſori Ordinario,

Patrono, & Præceptori meo,

Omni quo decet honore Venerando.

Medicis ſtudiis in hac celebri Academia colophonem impoſiturus atque pro gradu diſputaturus, ut more Majorum Apollinei honores in me conferantur, diu dubius hæſi, qua occaſione & argumento propenſam animi mei erga tua in me beneficia inclinationem teſtarer. Tandem mearum partium exiſtimavi, has theſes, tenui vena exaratas, Clariſſimo tuo Nomini inſcribere. *Sed cum propter virtutes & inſignem artium ſcientiam Nomen tuum perpetuum ſit & perennet, lubens agnoſco me toto cœlo aberrare, quod nec magis ſufficiens, nec clarius argumentum diſpexerim. Magna eſt, non ſine rubore fateor, temeritas mea, ſed intra tuam opinor humanitatem & clementiam. Perſarum Reges aquam è profluente, & hortenſe pomum propitii excipiunt. I-*

dem mihi de te ſpondeo, minima quæque animi grati ſigna te non aſpernaturum, præſertim ab illo procedentia, qui tuas virtutes, tuam benevolentiam, & tuum erga me ſtudium, conſtantiſſima fide, ad ultimum, & ſi poſſet ultra, vitæ diem culturus ſit.

Quid ergo ſupereſt, quàm ut ego diſputationis aleam ſubiturus, patrocinium tuum implorem, quod mihi Romæ, quondam rerum Dominæ, *nutrito, ſed Lugduni apud Rhenum tuo ductu atque auſpiciis artem Phœbæam edocto, non denegabis; qui Populares meos Romanos, & Græcos in Quiritum civitate praxin exercentes diſertiſſima Oratione protexiſti, & à gravi calumnia*, quod ſexcentis annis Româ exulaſſent, *non ita pridem vindicaſti. Hoc non denegabis mihi, profitenti ſe totum tuum eſſe: hoc non denegabis illi, qui publice teſtatur, omnia illa non aliundè quàm è locuplete tuo penu eſſe deprompta, quæ deinde vel praxi, vel ſtudiis moliturus ſim. Vive diu felix, Vir eruditione & animi dotibus incomparabilis, & quos in hoc Athenæo, toto terrarum orbe celeberrimo, rem Medicam bene proſpereque adminiſtrando annos inſumis, feliciter imple.*

Dabam Lugd. Batav. octavo Julii. Anno Renatæ Salutis MDCLXXVII.

Amplitudinis tuæ

Devotiſſimus Cultor,

JOSEPHUS CONSTANTIUS, Romanus.

CAROLI DRELINCURTII

DE

Conceptione

ADVERSARIA.

Diſce, homo, de tenui conſtructus pulvere,
qua Te

Edidit in lucem conditione Deus.

—— ἀκολάστου

Λαγνείας γέγονας, ἐκ μιαρᾶς ῥανίδος.

—— *ex immodeſta*

Libidine natus es, ex fœda gutta.

LECTORI SALUTEM.

Quoniam apud Typothetas hîc obtinet ut maculosa quævis, festinanti calamo discipulorum excepta, publici fiant juris, inscio Auctore, satius esse duximus prævenire quàm præveniri.
Tibi ergo, Candide Lector, *hæcce qualiacunque, discipulis olim dictata, solisque prototypi nævis culpanda, vovemus, consecramus.*

Ἦ οὐχ
ὥσπερ γάλα με ἤμελξας, ἐτύρωσας
δέ με ἶσα τυρῷ;

Nonne
sicut lac fudisti me? Et tanquam
caseum coagulasti me?

Job. Cap. X. v. 9.

Nobiliſſimo & Ampliſſimo Viro

D. DANIELI VAN WYNGAERDEN, Baroni de Wyngaerden, Benthuyſen, Ruybroek &c. Domino de Werkendam, Moermondt, Reneſſe, Zuyland, Noordwelle &c. Equeſtris Hollandiæ Ordinis nomine ad conſeſſum Celſiſſimorum Fœderati Belgii Ordinum Generalium Delegato, molium urbis Woerdæ & foſſarum totiuſque territorii Præfecto, in ſuprema molium Delflandiæ Curia Aſſeſſori &c.

CAROLUS DRELINCURTIUS

S. P. D.

Injurius forem in illam humanitatem qua me paſſim proſequi minime gravaris, *Vir Nobiliſſime*, ni publicum apud poſteros animi mei grati ſymbolum deponerem.

Velim itaque ſciant omnes, qua fueris hactenus in me benevolentia, & qua ſim in te multiplicis accepti beneficii gratia. Eâ nimirum animi excelſitate præditus es, ut tibi infimos, ac etiam impares quippiam redhoſtiendi, bonitate & beneficientia devincias.

Mihi igitur cum ad remunerandum nihil ſuppetat præter voluntatem, illam certe omnem in votis repono, ut longævam tibi Deus atque ſalubrem largiatur vitam in familiæ tuæ ſplendorem atque profectus, in Reip: commoda & in Acad: decus. Vale.

Dabam Lugduni in Batavis Kal. Majis cIↃIↃ CLXXXV. NEO-

NEOTERICORUM

ſuper Fœtus

Humani Conceptione Hypotheſes atque Dogmata, ab ipſis perperam vel concepta vel fota.

CUrare quod quiſque dicat ſtultum eſt: Sententias igitur potiores enarro, reliquis omiſſis. In quatuor illæ claſſes digeruntur; Prima eſt de Conceptu è ſemine nullo & ſanguine nullo: Secunda de ſemine uno & altero; Tertia de ſemine vel maſculo, vel utroque cum ſanguine menſtruo; Quarta demum eſt de ſemine fœmineo ſolùm, citra maſculum permanens.

Quinta quondam, quieſcente poſt fata livore, numeranda veniet de ſemine maris unico, citra fœminæ vel ſemen ſtrictè dictum, vel ſanguinem.

CLASSIS I^a.

sive

Dogma primum, de conceptu sine sanguine atque *citra semen permanens ullum* ex ipsis Clariss. *Harvei* verbis, quibus hodie, *indictâ causâ*, tot homines auscultant.

Exploratum est nec *spermate maris aut* [1] *fœminæ* in coitu projecto, nec ex *ambobus simul mistis*, nec è sanguine menstruo oriri fœtum; nec protinus à coitu *conceptus* [2] aliquid necessariò constitui. Semen enim masculum *uterum* [3] nusquam ingreditur, sed illum duntaxat contagio quodam *afflat* [4] & nullo sensibili corpore agente prolificum reddit, virtute veluti magnetica, qua accepta *plasticam* [5] uterus generandi potentiam exercet, similemque sui procreat. Atque adeò conceptio fit in utero naturalis sicut in *cerebro* [6] fit conceptus ani-

Ἐπιχείρησις.

1. Dogmatis illius sex Hypotheses esse liquet, primùm semine nullo, vel solo, vel misto fœtum corporari, atque adeò supponunt — —

2. Post coitum nihil quicquam conceptus statim constitui.

3. Semen maris in uterum nusquam impelli.

4. Semen maris suo duntaxat afflatu uterum fœcundare.

5. Vim *plasticam*, uti loquuntur, utero tribuendam venire, & quidem ipsi non *intrinsecam* sed *extrinsecam*, ab aura scilicet seminis masculi deciduam.

6. Conceptionem omnem in utero, perindè ac in cerebro, incorpoream esse,

Verùm, quùm vetus istæc fabula tota, jam olim à *Galeno*, atque recèns etiam ab acutissimis Viris *Plempio*, *Fabro*, *Orchamo*, *Diemerbroeko*, *Bartholino* &c sit penitus confossa & explosa, actum esset agere si illi rursum confutandæ multus immorarer. Deindè, quùm veritas sit una, & illa una ità recta sit ut nihil nisi rectissimum ad illam

animalis, & ambæ conceptiones ſunt prorſus immateriales.

illam ſeſe referat, conſequens eſt ut obliqua ſex iſthæc, & ſubſequentia quævis alia detorta, haud aliter deprehendam quàm Phyſicas ſuper Humano Fœtu veritates, cum Publico deinceps ſi communicem. Illæ enim cum rectiſſimis naturæ regulis ad amuſſim quadrant, atque adeò tranſverſa quævis protinùs prodituræ ſunt.

CLASSIS II[a].

ſive

Dogma ſecundum de conceptu è ſeminibus utriſque
juxta *A: Everhardi* ſententiam.

Conceptio ſpirituum eſt, prolificorum *utriuſque ſexus* [1] in ſubſtantia uteri facta *conſpiratio* [2] atque combinatio, qua ſpiritus genitales fermento ſuo membranas uteri poroſiores efficiunt & ſuccum parti *proprium & inhærentem* [3] convertunt in *liquorem* [4] albidum, glutinoſum & ſpirituoſum, qui per membranarum uteri poros *tranſudans* [5] ſenſim circa ejus ſubſtantiam *interiorem* [6] *colligitur*, poſteaque *tunica* [7] obducitur, atque ſic liquor albugineus ac lentus *tenui membrana*[8] incluſus dilata-

E'πιχειρησις.

Erroneas Hypotheſes decem hîc agnoſco.

1. Quòd ſpiritus prolifici ab utroque ſexu dimanent.
2. Quòd ſpiritus iſti conſpirent, idque non in uteri cavo, ed in uteri poris.
3. Quòd ſuccus, utero proprius, in utero fingatur inhærere.
4. Quòd ſuccus interpolis ille toties alteretur.
5. Quòd extillet ab uteri poris in uteri cavum.
6. Quòd in utero ſenſim colligatur.
7. Quòd inibi tunicam induat.
8. Quòd iſthæc tunica ſimplex exiſtat.

latatur & colliqueſcit, quo mediante liquor hic fuſus ac ductilis promptiſſime *auſcultat* 9 legibus *facultatis* 10 *naturalis* ſpiritibus prolificis inſitæ, quæ materiam naſcituri fœtus diverſimode dividendo, ac figurando adornat in corpus humanum.

9. Quòd illius tunicæ liquor auritus ſit & obediens Legi.
10. Tandem, quod lex iſthæc Architectonica à naturali quadam facultate ſanciatur.

DOGMA 3.

De ſemine rursùm uno & altero, è Clar: *Whartoni* mente.

Semen mulieris non in uteri cavitatem, ſed in *ſolidam* [1] ejus ſubſtantiam derivatur, ut ibidem, cum virili miſtum, uterum quaſi terram præparet & ſubigat. Illis enim ſeminibus *imbibuntur* [2] uteri tunicæ atque ſic emolliuntur & *præparantur* [3] ut embryo radices ſuas quaſi in iiſdem defigat, è quibus poſtea alimentum *attrahat* [4]. Semina inſuper iſthæc uterum ità diſponunt ut ſuccum nutritium è vaſorum uteri extremitatibus exudantem per vaſorum chorii extremitates aſſumat. Utero autem ad hunc modum præparato, ſemen ſive

Ἐπίκρισις.

1. Id etiam dogmatis propter ſex cauſas à nobis repudiatur, primùm, quòd ſemen mulieris excludat ab uteri cavitate.
2 Quòd uterum imbibi putet illo ſemine fœmineo poros uteri ſubeunte.
3. Quòd ſemen fœmineum illud ſuam operam conferat ad uterum præparandum ut embryonis radiculas excipiat.
4 Quòd radiculis embryonicis alimentum *attrahi* velit, atque adeò Hippocrateam illam *attractionem*, à Platonicis in exilium pulſam, ab exilio revocet.

ſive conceptus paulatim incipit *parietes* [5] ejuſdem deſerere ſeque in cavitatem ejus conglobare, *ovumque* [6] *ibidem*, ſive primum fœtus rudimentum formare.

5. Quòd conceptum doceat parietibus uteri primitùs quidem vel adhærere, vel illis ſaltem contiguum eſſe, ſed ab illis poſtea deflectere.

6. Demùm, quòd Ovum embryonicum formari ſtatuat è conglobatis in utero ſeminibus.

DOGMA 4.

De ſemine pariter utroque, Clariſſ: Scriptore *Joh. Riolano*, Joh. Filio.

UTrumque ſemen, virile & muliebre, cavitate uteri exceptum & comprehenſum, *Ovo ſimile* [1] *eſt*, cujus corticem refert *uterus* [2], ſeminis vero *excrementum* [3] albuminis & vitelli rationem habet, ſeminis autem portio nobilior chalazas exhibet, è quibus *corporatur* [4] pullus. Certum eſt enim & indubitatum è *chalaza* [5] pullum procreari; *Vitellum*

Ἔπιχρισις.

Iſtud Dogma vitiis ſeptem apud me laborat.

1. QUòd non agnoſcat ſemen fœmineum ſolum & per ſe, atque ante ullum virile ſemen ſibi permiſtum, veriſſimum Ovum eſſe; propriiſque pelliculis concluſum.

2. Quod corporis illius Ovi-formis corticem agnoſcat uterum eſſe, non vero fœminei Ovi membranulas.

3. Quod ſeminis excremento nutriri ſtatuat embryonem.

4. Quòd ſeminum, *non verò ſeminis virilis unicè*, nobiliore parte fœtum corporari doceat.

5. Quòd chalazis pullum procreari velit. Illæ interim ſubventaneis Ovis etiam inſunt: In Ovis verò fœcundis totæ diutule ſuperſunt, poſt pullum integrè formatum.

lum [6] verò & albumen cedere & faceſſere in alimentum pulli.

Hoc poſito ſequitur in ſemine humano duplicem ſubſtantiam contineri; unam puriſſimam & paucam, è qua conflatur corporatura; alteram excrementitiam copioſiorem, quæ cedit in *alimentum* & incrementum corporaturæ, vel in alios uſus convertitur, putà ad productionem *membranarum* [7] genituram involventium.

6. Quòd vitellum cedat in primam alimoniam pullo, ante albumen.

7. Denique, quòd membranas fœtus ab excrementis repetat ſeminum utriuſque parentis, non verò ab ipſismet primævis Ovuli pelliculis, è teſtibus in uterum propulſi.

DOGMA 5.

De ſemine rurſus utriuſque parentis; Fabulatore *A. Paræo.*

Semen utrumque utero exceptum, *non loci* [1] *modò*, ſed & ſanguinis & *ſpirituum* [2] *vitalium* influentium occaſione bullit & tanquam fermentatur, moxque in *tres bullas* [3] *ſurgit*, bullis ſimiles, quas *aqua* [4] *pluvia* ſuo in flumen illapſu excitat.

Ἔπιχρισις.

Hîc rejicio 1°. Calorem ureri alium eſſe à calore ſanguinis & ſpirituum quibus perfunditur.

2. Sanguinem & ſpiritus vitales influere in ſemen recèns utero conceptum.

3. Tres bullas in uno eodemque corpore fluido, atque ſpiritibus mobiliſſimo, diſtinctas exurgere, ac etiam conſiſtere, nec mentis, nec corporis oculis unquam percepi. Neceſſum eſt enim ut ſpirituum irrequieto motu revolvantur in ſeſe atque confundantur. Immo, aquæ pluvialis productæ bullæ, *ſpirituum licèt exſortes*, vix aſſurgunt, quin deprimantur atque conflacceſcant.

4 Quænam analogia eſt, quæſo, inter aquæ bullas ſpirituum neſcias

tat. Ampullæ illæ *trium* [5] *principum* viſcerum hepatis nempe, cordis & cerebri concretiones quædam & *inchoatæ* [6] *deformationes* exiſtunt.

DOGMA

neſcias & inertes, atque ſeminis ſtricturas ſpiritibus fœtas & activiſſimas, quibus tandem variè motis atque concretis mirificus ille compingitur embryo, totius mundi futurus epitome.

5. Tanti valuit apud Scriptores præconcepta mens de tribus Microcoſmi Reginis, *quas Rectrices vocant Facultates*, ut illarum unicuique ſua fuerit aſſignanda Regia & quidem in nobis embryonibus primitùs extructa. Sed, an non triplicem illam Chimæram triplicibus illi viderunt oculis? Tres nempe bullas embryonicas, ſuper quibus æque firma Baſilicæ *cordis*, *cerebri*, *jecoriſque* fundamenta ponuntur, ac firmiter & inconcuſſè vel ſuper aquis, vel ſuper bullis ædificatur. Perperàm igitur mirabilibus iſtis bullis tribus, *ceu Regibus ternis Orientibus*, totus aſſurgit neotericorum chorus *Arch: Piccolhominus*, *Andr: Laur. Felix* Plater*us* &c.

Immò rurſus neoterici bullas iſtas immeritò ſibi vindicant, nam Græci, Arabes, Barbari atque terſiſſimi quique Scriptores, longè ante Par*æum* & ejus ſequaces, bullas iſtas plenis ſuis buccis ita ſufflant ut illis totæ Medicorum aures circumſonent. Quùm verò ſciam ſine igne fumum eſſe nullum, cupido me inceſſit Microſcopiis rem attentius explorandi. Tunc itaque, vigentibus oculis, bullas equidem embryonis cryſtallinas eſſe atque triplices luculenter deprehendi. Sed, tantùm abeſt ut illæ ternariæ cryſtallò ſuâ totum vel embryonis, vel viſcerum ejus trium, ſyſthema conſtituerint, ut illas e diverſo clariſſimè ſecreverim, in embryonis apice, ab oculorum punctis, ac etiam à partibus ſubjectis, præſertim à cordis, jecoriſque primordiis.

Quid ergo fuère mihi tres illæ cryſtalli? En profectò myſticæ naturæ ſecretum involucro ſacro hactenus tectum, feliciter ſcrutatus ſum. Duas quippe cryſtallos, ab oculorum tergo utrinque micantes, geminos eſſe detexi *cerebri lobos*, tertiam verò cryſtallum prioribus illis omninò poſticam atque contiguam, *Cerebellum* eſſe clarè diſtinctéque judicavi.

6. Atque ſic, mi Ambroſi, ternis bullis, aquâ fluxilioribus, totum *deformas* mirificum illud noſtræ Conceptionis opus.

D O G M A 6.

De seminibus attractis, Narratore Clar: Viro *Tho. Bartholino.*

Actio uteri & usus est *attrahere* [1] & retinere semen muliebre à testibus *expulsum*, & virile à pene *injectum*. Hoc utrumque, inquam, semen in fundum trahitur, retinetur, conservatur & fovetur, unde Conceptus.

Utriusque autem semen debet esse fœcundum virtute *Plastica* [2] à toto decidua. Masculum quidem *formam* [3] dat *animatam*, illam autem semen fœmineum suscipit. Seminum verò junctorum calori interno calor uteri externus se jungit & virtute *singulari* [4] vim illam *insitam* & plasticam *suscitat*

Ε'πίκρισις.

1. Alii *attractionem magneticam* utero tribuunt, quâ tantâ polleat ut seminis desiderio totus in partes obscœnas provolvatur, & ei obvius ore, *quasi manu*, id excipiat, aut potius arripiat. Exinde est ut fabulati sint uterum *sæpius* in balneo semen virile, falaci prius masturpatoris manu eò conjectum, attraxisse atque fovisse in fœtum. Immò, dogma suum ut stabilirent, apud avidum genus auricularum, uterum dixerunt, attractionis potentioris ergò, cucurbitulæ Medicæ formam nactum esse, ac idcircò virile semen è sua cervice haud secus allicere, ac è profundis cuniculis serpentes cervus allicit narium inspiratu. At ego, sanè, semen utero *trahi* perindè putem ac intestinis clysteres, urinam vesicâ, sanguinem arteriis, aërem pulmonibus &c. Verùm, Clarissi: hicce meus Auctor, quò citiùs semen in uterum pertingat, utero *trahi* non vult unicè, nam in illum partim à *testibus expelli*, partim verò *penè imici* profitetur.

2. Hîc mirari subit seminis utriusque *plasticam* virtutem exolevisse nondum. Me quod attinet, si qua talis *plastice* sit agnoscenda, illam unam profectò uni masculo semini, *non verò utrique*, singulatim adscribo.

3. *Masculi seminis formam animatam* dùm hîc docemur, vereri est omninò ne Lectoris mentem, impia subeat ulla cogitatio *de semine animato*, deque *animalibus*, in nos *ex traduce* deciduis.

4. Erroneum est apud me *virtutem singularem* utero tribuisse, illam-

tat [5] ad opus ſuum perficiendum, modô nobis non ſatis cognitô.

Iamque penitus diſtinctam ab ejus complexu, fotu atque nutrimento: Nam, brutas animantes ut ſileam, extra uterum formatas & altas, an non ipſi humani fœtus, citra corporis uteri virtutem ullam, in uterinis tubis non ſolùm concepti, ſed & foti ſunt novimeſtres, modô à nobis enarratô in *Periocha* 22. *Syſt. de hum. fœtu.*

5. Somnio mihi & anilibus fabellis propius id videtur quàm vero, vim uteri, ſingularem, vim alteram, *ſingularem etiam, ſed in ſpermate veternoſam*, excitare, ut excuſſô veterno ſeſe impigrè ſtudiis Architectonices tota tradat.

DOGMA 7.

Super ſeminibus iiſdem, ſeminatore Celeberr: *D. D. Fernelio.*

Uterus fœcundus *ingenita vi*, [1] quæ alteri nulli parti eſt conceſſa, *ſopitam* [2] ſeminis *vim* & deliteſcentem in eo poteſtatem excitat & ad agendum extimulat ut energiâ fiat & dicatur. Tunc temporis ſemen opus aggreditur & ſuſcipit, quod antè nuſquam agere potuiſſet: alioqui enim mas ſolus *in* [3] *ſeipſo generaret*. Itaque ſeminis poteſtas in actum erumpit & exſuſcitatur uteri vi, atque ea ipſa exſuſcitatio conceptio eſt.

Pri-

Ἐπίκρισις.

1. En rurſum utero *vim inſitam* de qua Dogmate præcedenti p. 4°.
2. En inſuper Plaſticen noſtram in priorem relapſam Veternum. Eſt igitur iterùm excitanda, ut omni depoſito *lethargo*, ſive operis ſui *oblivione pigra & inerti*, embryonis moleculam mirando extruat artificio.
3. An ergo, quia mares extra ſe generant, *lethargicum* ſemen habent? Sed amabo! An ferax ipſis ager eſt, quem ſua imprægnent ſementi? An deinceps nutrimentum ipſis ſuppetit, quô ſementim illam

Primum itaque uterus ſemen [4] *attrahit*, attractum continet, contentum concipit: haud ſecus ac ventriculus tractum contentumque alimentum conficit: ut enim concoctio ventriculi, ſic conceptio uteri *propria* [5] *eſt actio*, quâ ambo ſemina mutuâ amicitiâ tanto complexu junguntur, vereque permiſcentur, ut fiat amborum *vis* [6] *unica* eademque natura, *è Lib.* VII. *de Hominis procreatione cap. octavo atque nono, cujus utriuſque contextum peropportunèatque fideliter conjunxi.*

illam, *minimè factam*, alere queant & embryonem atque fœtum promovere? Mas itaque nuſquam generat in ſe, non defectu energetici principii; ſed defectu loci, quò ſemen ſuum iſtud energeticum, nec uſpiam veternoſum, excipiatur, foveatur & aleſcat.

4. Perindè ſcilicèt ſemen *trahit* & ſibi inſerit uterus, naturæ humanæ feraciſſimus agellus, ac ſementim aliquam quiſque ager è ſatoris manu atque ſacculo, magno impetu prolicit ac in ſeſe recondit.

5. Videſis Paragr. 4. ἐπιχείρεως ὅτι.

6. Quantùm abludam ab illa ſententia abundanter liquet *è ſyſthemate meo*, præſertim *è Perioche* 30.

DOGMA 8.

De ſeminibus piſtis, Piſtore Nobis *Plazzono.*

Muliebres teſticuli virilibus multò minores & frigidiores, undè etiam ſemen generant tenuius & aquoſius, ut ex hoc tenuiore, tanquam ex [1] *aqua*, & è maſculo craſſiore, tanquam *farina*, [2] fiat quædam velutì paſta à *vi prolifica* [3] depſenda & in utero fermentanda ad prolem ſuſcipiendam.

CLAS-

Ἐπίχειρις.

1°. & 2°. Iſthæc comparatio craſſa tàm obeſæ naris eſt, ut illius me pudeat omnino. Tales enim præcordiorum humanorum pinſores ſervili piſtrino longè ſunt digniores, quàm Hippocrateô Libertatis pileolo.

3. Vim illam *prolificam*, quam alii plaſticam, genitalem, formativam, enthæam & architectonicam vocitant, jam pridem explosimus *Dogmate* 1°. *Paragr.* 5°. *& Dogmate* 6°. *Paragr.* 2. *&* 5. *Nec-non inſuper Dogm.* 7. *v.* 2°.

CLASSIS III[a].

sive

Dogma novum de conceptu è semine masculo menstruum sanguinem colliquante, liquatore atque fusore *Hier: Barbato.*

Semen ab arteriis uteri *exugitur* [1], quibus menstrua evacuantur, ibique mistura fit, & à *maris* [2] semine, ut efficiente, menstruum imprægnatur ab arteriis *fusum*, [3], & in utero deinde concurrit.

Ἔπίκρισις.

1. Arterias plenè distentas, perennique sanguinis impulsu turgidulas, quicquam *exsugere* prorsus implicat.

2. Fœminei seminis ne gry quidem meminit Auctor; atque adeò mihi planè latet an illud concurrere velit cum semine maris atque menstruo, ut è tribus illis commistis monstrificus exurgat embryo.

3. Dubio procul hic scriptor campanæ pulsum audivit, sed nescivit ubi pulsaretur. Quippiam scilicet de *colliquamento* subaudit; sed plenis auribus id nequaquam hausit. Ignoravit nimirùm quale illud esset, ac undenam oriretur.

DOGMA 10.

De conceptu è semine maris menstrua coagulante, Cæsario nobis Clariss: *Joh: Hornio.*

Ut artifex è ligno facit scamnum, ità semen masculum postquam in locum suum, tanquam in officinam fabrilem

Ἔπίκρισις.

PEripateticum istud dogma Scriptoribus omnium ordinum acceptissimum est. Ex illis autem benè multis recentissimum elegi, quo plenius atque firmius id adstruam, Neotericos scilicet Majorum nostro-

lem venit, evocat è vasis sanguinem, è quo facit partes omnes, sanguinem maternum actuando & coagulando, non secus ac coagulum in lac agit, vel fermentum in massam panis.

DOGMA

trorum plurima *Vera* repudiare, plurima verò *Falsa* deosculari. Istis prælibatis ———

Notandum est rudem illam atque crassam comparationem *coaguli & lactis* cum *semine virili & sanguine fœmineo*, nullum unquam fœtum tot mirificis particulis diviuè discretum; sed rudem omninò indigestamque *molam* Nobis ob oculos jugiter posituram esse.

Isthæc enim *Aristotelis* atque *Cl. Alexandrini* hypothesis de semine virili coagulante, *coaguli more in lac injecti*, tota via aberrat ab illo mirifico atque cœlesti *Jobi*, *Hippocratisque Coagulo*, quod uni masculo semini intra fœminarum Ovula concrescenti venit ad scribendum. Id ipsum in meis Adversariis *de fœminarum Ovis* v. 17. ac insuper in meo de Humano Fœtu Systemate, in *Perioche* 30. insinuavi.

Rursus itaque notandum est, *semen maris* aptius esse longe ad maternum sanguinem spiritibus suis vivacissimis attenuandum atque fermentandum, juxta analogiam de fermento intra subactam farinæ massulam, quàm incrassandum atque compingendum, juxta dissimilem istam coaguli similitudinem cum semine Virili.

Nihilosecius, somnium istud de hominibus masculo semine & sanguine muli bri concretis, ità demulsit delirorum mentes ut eò vesaniæ fuerint abrepti, se pygmæos atque gigantes, rerum ingentium molitores atque maximarum etiam patratores, è semine virili suscitaturos. Equino scilicet ventre masculum sperma digerunt primùm & exaltant: deinceps verò, sanguine muliebri cautè atque prudenter irrorant atque nutriunt, donec in verum ac vivum infantem excrescat. O vesanas hominum mentes! O pectora cæca & dæmonum præstigiis irretita!

DOGMA 11.

De ſanguine menſtruo ſeminibus animato atque ſic Embryonis formatore, Plaſte nobis vivifico *Fortunio Liceto.*

SAnguinis menſtrui uſus ſive operatio ejus eſt, ut *commiſtus* [1] cum utroque ſemine primùm indè *animam* [2] ſpermatum *recipiat* [3] & conceptum *inſtituat* [4]. Deinde verò ut illius partes delineet atque *determinatè* [5] diſponat.

CLAS-

Ἐπίκρισις.

Iſtæc ſententia contextibus *Liceti* ſicuti reſultat, ità certe portentis tota horret, cujus hæcce paucula horridiora ſunt.

1. Scilicet ſanguine menſtruo ſemina permiſceri. Delirantium enim illud eſt viſum prorſus horrendum.

2. *Seminibus animam* aſcribit, vegetativam nimirum atque ſentientem; rationalem quippe ab ipſo Deo alibi repetit.

3. Metempſychoſin excogitat, ipſi Pythagoræ ignotam, e ſeminibus nempe parentum ad ſanguinem menſtruum; atque adeò utraque ſeminum anima, *ſentiens ipſi dicta atque vegetans*, ab utroque ſemine ſecedit & in ſanguinem matris unicè tranſmigrat.

4. Ex utraque ſeminum anima commiſta communem unam, illamque prorſus mirabilium effectricem, exurgere delirat; ———

5. Etenim, mirificum ſanguinem iſtum, duplici nunc anima perfuſum, partium ſingularum non modo rudem delineatorem eſſe ſomniat, ſed & illarum cum determinatione quadam diſpoſitorem induſtrium eſſe atque prudentem comminiſcitur.

CLASSIS IV^a.

sive

Dogma duodecimum de Conceptu semine ab uno, illoque fœmineo & Oviformi per irradiationem ab aura seminali masculâ intra ipsum Ovarium.

Testes mulieribus profectò multùm conferunt nam ab ipsis *totum* [1] generationis opus materiale dependet. Quod enim

Ἐπίκρισις.

1. Præceptoris Discipulorumque scriptio tota vitiis scatet enormibus; sicut è meo Systemate de Fœtu, *quod purus putus est Naturæ liber exscriptus*, luculentissimè constat. Interim, fœmineis Ovis spiritu perinde cassis & inertibus ac Ovorum albumen, hic deroganda prorsus est embryonis corporatura, quæ unicè masculo semini spiritibus turgido & actívo venit irroganda.

Perexiguus deindè liquor Ovuli *totam* generationis materiam suppeditare nequit, quin universus exhauriatur, atque adeo quin recèns formatus embryo prius arescat & extinguatur inediâ intra pelliculas Ovi consumti, quàm ullâ vel à vasis umbilici, vel ab uteri madore nutritiâ lymphâ rigetur atque restaur:tur.

Accedit Ovulorum in fœminis analogia cum reliquis Ovis universè. Sic v g. *ne gry quidem è toto materiali Ovi*, prout à gallina conceptum est, pullum constituit; sed universum pulli systema unico germini galli refertur acceptum. Quidni ergo hac analogia doctus securè proferam Ovula fœminarum nullam omnino conferre *materiam* ad embryonis stamina nectenda, sed illa singula ab unico virili spermate connecti? Sicut itaque solo germine galli, citra chalazas & albumen atque vitellum pullus exurgit, Ovi sui *materiali* nutriendus, ità prorsus è virili semine tantum citra ullum alborem ovuli fæminei consurgit embryo, Ovuli materni sustentandus illo *liquore*, quem semen verum atque genuinum esse perhibent, *& de quo hic legere est* v. 2. Pag. 445.

Talis insuper analogia in ipsis seminibus ubique deprehendenda venit. Vegetantia quippe nequaquam assurgunt è seminis sui pulpa;

enim eſt Ovarium in Oviparis, id ſunt teſtes muliebres, utpote qui *perfecta* [2] *Ova* intra ſe contineant, humore ſcatentia &

pa; ſed è gemmula pulpamento innata.

Pariter rurſus, ſicuti gemmula quævis inditum ſibi primævum nutrimentum habet ab illa pulpa; ità omninò gemmula quævis embryonica viri, maſculum ſcilicet fœcundumque ſemen uterò ſuſceptum, inſitum requirit ab Ovulo fœmineo nutrimen. Concludere eſt igitur τὰ σπέρματα πάντα ἔχειν τινὰ τροφὴν ἐν αὐτοῖς, καὶ συναποκτεσθαι τῇ ἀρχῇ, καθὰ περὶ τῶν ᾠοῖς, *femina quævis aliquid in ſe alimenti continere, quod una cum generandi principio natura profundit, ſicut in Ovis*

Eſt itaque procul omni vero Providum illum vegetabilium atque brutarum animantium Educatorem & Altorem minimis illis vegetantium apicibus pullulaturis; ac minimis etiam vel infectorum Ovulis, vermiculos excluſuris, nutrimentum indidiſſe primævum, nequaquam verò ſuorum Operum complemento proſpexiſſe, alimoniæ nimirum primigeniæ embryonis in utero concreſcendi

Sicut igitur in iſtis innatum illud alimentum prorſus eſt à generante principio diſtinctum; ità certè recens omnis in Ovulo concretus embryo, futurus quondam naturæ totius mirificum exemplar, primigeniam ſuam aliturum habet à vitæ ſuæ principiis energeticis longè diſcrepantem Deus ergo, ut id medullitus inculcem, nullum embryonem providentia ſua diſtitutum nudè abjecit Nullus quippe compingitur unquam niſi in media Ovuli lympha, embryonum profectò perindè nutritiâ, ac vel Ovorum liquor pulliticî genuinus altor eſt; vel vegetantium in obvio quovis ſemine pulpa germinis ſui nutrix eſt primæva.

2 Immò, *imperfecta* ſunt omninò, ſiquidem maſculo germine carent, nec ullo fotu quicquam procreare queunt *Vera* quidem *Ova* ſunt, ſed irrita atque ſubventanea, *incompleta* ſcilicet ac *infœcunda*, nec prius *perfecta* dicenda veniunt, quam in uterum propulſa maſculo ſemine *compleantur* atque *fœcundentur.*

Ovum ergo fœmineum, etſi nulla polleat energia ad embryonis compagem, nihilominus, perindè *verum* eſt *ſemen*, ac *Ovum* è gallina ſola *verum* eſt *Ovum.*

Vel aliter, fœminarum *Ovum* æquè mihi *verum ſemen* eſt ac triticum v. g. in horreo ſæpius inverſum, gemmulaque privatum, *verum triticum* eſt, ac ejuſdem cum altero pretii ad panificium

Vel aliter adhuc, Ova fœminarum, etſi virtute genitali minimè valeant, *vera* tamen *ovula* ſunt, ſicuti ſemina quævis obvia à formicis recondita & apice ſuo genitivo minuta, *vera* atque genuina ſemina meritò dicuntur.

& *pellicula* [3] propria circumcincta.

Istis Prodromi Horniani *Placitis Discipuli quique certatim suffragantur, præprimis verò* Kerckringius *hisce verbis.*

Semen virile per *tubas* [4] *cæcas* [5] Fallopianas circumductum pervenit ad testes & ibi *cum* [6] *Ovo*, eodem modo ac in cæte-

Atque sic omninò Codicibus Sacris sua *de fœmineo semine* constat auctoritas, quam vel minimum defugisse, mihi summa religio foret.

Tota igitur indole completum Ovum atque perfectum ab incompleto ac imperfecto dissidet. Ovum quippe completum mixtum est ab utroque parente prognatum, è cujus advenâ germine exoritur animal, ex innato verò liquore primitùs nutritur. At incompletum & imperfectum, nec non ex sese prorsus infœcundum, mixtum est è fœmina deciduum unicè & aptum natum ut vivifico semine masculo prægnans, animal in sese conceptum aliquamdiu sustentet. Non ergo generamur *ex Ovo*, sed in *Ovo*, animantium omnium primordio communi, nequaquam verò pennigeris singulari, sic itaque — — — — — —

Et genus omne Hominum, mediis in partibus Ovi,
Ni sciret fieri, quis nasci posse putaret?

3. Fœmineis *Ovis* pelliculam tribuere, eamque densam atque fortem, quæ tantum possit quantum duræ, rationi & experientiæ adversari est. Etenim quò porosior esset *Ovuli* tunicula atque masculo semini patentior, tenuem illam oportuit esse: ne autem præ tenuitate media creparet, providus Opifex exteriorem unam alterâ internâ succinxit, quas acie scalpelli ita discindo atque dirimo ut flatu subsiliant duplices. *Vide Periochas meas* 29. & 30.

4. Virile semen in Tubas assurgere & *Ovulum* quandoque inibi fœcundare, nusquam reclamo: Sed *tunc* embryonem in tubis procreari contendo. At istud profectò usque adeo insolens est, ut muliebrium *Ovorum* hostis *Diemerbroeckius* id eventi reponat inter *insomnia Apocrypha.*

5. *Cæcas* qui profert *tubas* esse, etsi Tiresia vel Homero cæcior sit, contrectatione nihilosecius blandâ & industria stylos in ipsas, Veterum more, leniter intrusurus est. *Vide v.* 46. *de Membranis.*

6. Gallinarum quidem *Ova plura* unico Galli compressu fœcundantur. Gallina quippe à Gallo secluſa tot nihilominùs *Ova*, quot Gallus spermate suo conspersit, *vigenti* v. g. fœcunda ponit. Istud verò in fœminis nequaquam obtinere mordicùs teneo. *Ova* namque gallina-

linarum [illegible] oportuit, quia foris exposita testam duriorem habent, quàm ut, sicut in aquatilibus, semine maris penetrentur. Foram enim illa pulliculi ova continent alimoniamque ita nullo foetu intrinseco atque nutritio indigent: Excluduntur ergo, ac deinceps obvio quovis incubato pulliculum procreant atque nutriunt. Fœminarem vero *Ova* nec unquam excluduntur ad foetum, nec ulla unquam, nisi * monstrifica induuntur testa nec totum denique sui fœtus alimentum includunt. Quum verò nec foris nec alimonia ipsis unquam intrinsecè desint, sola in ipsis desideratur masculà virtus, quæ tenues illorum pelliculas pervadat & illa fœcundet.

Quòd si profectò fœminarum Ovula fœcunditatem illam in *Ovario* suo, tepido semper ac irriguo, nanciscerentur, in illo certè fœtus perinde conciperetur, ac in ipsis earumdem fœminarum Tubis, in quibus *Ovula* earum non modo fœcundata atque fota, sed & in fœtus nonimestres evasisse visa † sunt. At in fœminarum *Ovario* id ipsum accidisse nulla constat hominum memoria. Gratis ergo asseritur in *Ovario* fœminarum *Ovula* fœcundari. Nam si genitalis spiritus ille paternus *Ovula* inibi afflaret atque virtute sua genitali perfunderet, nihil prorsus obstaret quin, *sicut in Tubis*, sufficienter ibi fota atque nutrita, in embryones tandem converterentur. At illud omnino, ut inculcem, seculorum experientiæ, ab Adamo creato, penitus repugnat. Non ergo fœcundantur *Ova* in fœminarum Ovario, etsi largiter inibi foveantur ac etiam plenissimè nutriantur.

Quo pacto præterea masculum semen genitiva virtute prægnans per tot mucosos tubarum flexus ad fœmineum Ovarium adiret? Spiritus enim suos in itinere profunderet, nam ubique mucosis tubarum illis tot anfractibus ipsos demergi necesse est. Spiritus ergo genitales nulli sufficientes unquam in Ovarium fœcundandum evehentur.

Ovarium insuper tunica succinctum est crassa & effœto semini prorsus impervia. Quòd si Ovuli maturitate dehiscat illa tunica, dehiscet tantum è directo Ovuli maturati, atque adeo Ovulum illa duntaxat sui facie semini penetrandum obiciet, non vero Ovuli globulum universum semini subituro subjiciet. Atque sic nequaquam multa, nequid in unicum Ovulum, in Ovario fœminarum fœcunditatis ullius sit unquam particeps. Sed è diverso, naturæ est in proclivi Ovulum nudum intra uterum volarum atque revolutum offendere, atque sic illud undique impetere foriturque suo genitali inibique geniali atque vivacissimo, perfundere. *Vide Periochen meam* 30. *de humano fœtu.* Im-

* *Vide mea paverga de Ovis V.* 9. *&* 12.

† *Vide Periocb. meam de hum. fœtu* 22.

Immò Ovula in Ovario fœcundata, nec undique peramico atque blando hiſcentis Ovarii complexu contenta, ſpiritu ſuo genitali petulco, *maſculo ſcilicet*, intus movente & expandente, media creparent: atque ſic conceptum omnem eluderent atque præverterent.

Rurſum, Ovula in Ovario fœcundata non ampliùs Ovula forent, ſed Ova. Spiritu quippe geniali atque genitivo ſtatim ac turgent, continuo in molem aſſurgunt, illamque ſingulis momentis majorem atque majorem. Conſequens igitur eſt ut Ovula iſthæc, *in Ova nunc excreta & adaucta*, aliquam è ternis calamitatibus accipiant. Illorum namque, ut dixi, vel diſtentæ tunicæ diſſilient, atque ſic humore fluxo conceptionem evertent; vel integra iſthæc Ova præ mole ſua, nunc grandiori, Ovarii ſui nequibunt perrumpere clauſtra, hiatum ſcilicet ſtrictiorem illum Ovarii tuniculæ, modo prolatum; vel denique, largiori ſua quovis temporis momento amplitudine in eandem omnino proportionem incurrent, reſpectu ſubeundæ Tubæ, ac rudens ad foramen acus; atque adeo conceptionem rurſus in utero futuram omnino præpedient. Alienum ſiquidem eſt ab omni ratione ſemini maſculo brutum tribuere inſtinctum, quo ſeſe ab uteri fundo per uteri tubas in Ovarium evehat, evocandorum exinde Ovulorum ergò. Sic enim fingunt ſemen iſtud idem iiſdem prorſus uteri tubis mox retrogredi, ut in priſtinum uteri fundum remeare queat Ovulis ſatiatum, mox inibi à ſeſe pleniùs atque perfectiùs convertendis in prolem uterò proditurum.

Siccine igitur Ovarii fœcundandi Patronis ludere licet in ſeriis? Illorum quippe ſemen in Ovarium uſque pertingens ſuam operam luderet inter eundum atque redeundum. Suos nempe, ſicuti dixi, ſpiritus prolificos in uliginoſis viarum Dædalis amitteret, atque ſic anſam omnem futuræ prolis perditè abrumperet.

Coronidis gratiâ, Ovarii fœcundandi ſingulos Doctores inſimulabo perfidiæ. Perjurium quippe eſt in *Harvei* verba juraſſe, ipſumque in univerſo generationis opere veraciſſimum Evangeliſtam obſervaſſe, mox tamen ipſum infidè deſeruiſſe. Fidem nimirum cæcam addixerunt *Harveo* profitenti per plurimos à coitu dies nihil prorſus feminis in utero deprehendi; atque ſic ſemen maſculum nequaquam in uteri cavum uſque penetrare. Nunc vero recedere eſt à tanti viri placitis & fidem omnem ipſi detrahere, dogmate novo atque monſtrifico, velle nimirum ſemen omne maſculum non modò cervicum uteri freta permeare, ſed & per medios tubarum angiportus, glutine tenaciſſimo ſcatentes, in Ovarium uſque pertingere. Injurioſum igitur eſt, in Harvei Manes, Diſcipulos ejus tam altum ſapere ſuper Magiſtrum, ut ſemen velint maſculum in teſticulos fœminarum evehi, toto diviſos tubarum

Dæda-

teris Oviparis, mira quidem & hactenus *non* [7] *explicata*, ſed vera tamen ratione conjungitur, atque Ovum ità [8] *fœcundatum* per *vas* [9] *ejaculatorium* ad uterum [10] *tranſit.*

Dædalearum glutinoſis anfractibus.

Alterius demum Coronidis cauſâ, ſingulis iſtis Ovorum in Ovario fœcundatoribus animitùs vovebo ut Ova plura ſuis uxoribus inſimul fœcundent, ac ſubindè peregrinentur in annos, & ſeri reduces ſuas Uxores offendant interpolata partione multiplici fœtas. Non erit quòd adulterii ipſas inſimulent? Vi quippe plurium Ovulorum, à ſeipſis, ſuis uxoribus fœcundatorum, ac deinceps ab Ovario, nonimeſtri ſerie, ſecluſorum, toties ipſæ & per tot annos, caſtè feliciterque pepererunt. Apage nunc adulterarum criminatores! En quippe dogma quod fœmineæ pudicitiæ patrocinatur, quodque omni aureo vellere, omnique Lapide Philoſophico potius eſt. Nulla ſiquidem uxor eſt opulenta ſimul atque propudioſa, quæ talem Patronum nacta monilibus ipſum & auro non cumulet.

7. Quâ vel ignorantiâ vel malignitate viam ſeminis fœminei è teſticulis in tubas Veteribus indictam eſſe Neoterici clamitent, me latet? Revolvant, quæſo, mortuorum monimenta & fiant ipſis concolores, quo doctam Majoribus ſuis palinodiam canant. *Videant ſaltem v. meum 46. de Membranis fœtus.*

8. Ova iſtæc foecundari volunt per irradiationem quamdam ab aura ſeminali veluti magneticam. Sed iſtud dogma uti hîc primum omnium fuit, ità & à nobis primitùs rejectum eſt, *Claſſe* 1a. *v.* 6°. *pag.* 4.

9. Vas iſtud ejaculatorium tubas eſſe, *cæcas Auctori noſtro dictas*, implicat. Sed certè, quodcunque alterum vel ſculptum, vel excuſum eſt id omne mendax eſt atque commentitium.

10. *Tranſeat* iſtæc ſcriptio ſupina, quâ nuſquam docemur an *tranſeuntia* iſtæc Ova in uterum *tranſeant* vel ſuo vel alieno nutu, idque vel coitus momento vel diebus aliquot poſt coitum?

CLASSIS V^a.

Totum includit Syſtema meum de fœtu humano, quod utì fuſioris ità & alterius erit ſpeculationis, atque adeò hîc eſto ——

FINIS.

Οὐκ οἶδ' ὅπως εἰς τὴν ἐμὴν ἐφάνητε κοιλίαν, οὐδὲ ἐγὼ τὸ πνεῦμα καὶ τὴν ζωὴν ὑμῖν ἐχαρισάμην, καὶ τὴν ἑκάστου στοιχείωσιν οὐκ ἐγὼ διεῤῥύθμισα.

Neſcio quomodo in meo utero comparueritis; neque ego ſpiritum vitamque ſum largita vobis, neque primariam cujuſque informationem ego coaptavi.

2. Macc. Cap. VII. V. 22.

CAROLI DRELINCURTII

DE

HUMANI FOETUS

Membranis

HYPOMNEMATA.

Δέρμα καὶ κρέας με ἐνέδυσας, ὀστέοις καὶ νεύροις με συνέπηξας.

Cute & carne induisti me, ossibusque & nervis texisti me.

Jobi Cap. x. V. xi.

Τῇ δὲ Γονῇ

Θερμαινομένῃ δὲ Φυσωμένῃ πάσῃ, ὑμὴν
ἔξωθεν περιγίνεται.

Toti porrò Genituræ in utero magis ac magis *incaleſcenti ac etiam intumeſcenti membrana circumnaſcitur.*

Hippocrates in Lib: de Nat: Pueri.

Nobiliſſimo, atque Ampliſſimo Viro,

D. D. HIERONYMO VAN BEVERNINGH, JC.

Theilingæ Domino, Academiæ Lugduno-Batavæ Curatori, Reipublicæ Goudanæ Viro Conſulari, multis pro Fœderato Belgio legationibus prudentiſſimè obitis, inclyto,

CAROLUS DRELINCURTIUS

S. P. D.

Ædiculis ne majus ſit propylæum ædificio reliquo virtutes tuas largas atque raras, *Vir Illuſtris*, hîc nequaquam extulero.

Nituntur illæ ſtabili atque duratura fama. Immò tuis innumeris pro Rep: benè geſtis altiùs atque ſplendidiùs indies exurgunt. Excelſas igitur illas atque ſplendidas ſilere ſatius eſt, quàm oratione vili atque fœda linere.

Quid itaque mihi publicitùs tecum, *Vir animi dotibus undique ſplendeſcens.* Memorem meum & gratum animum in te, apud omnium animos, teſtatum relinquo, atque manſurum hocce gratitudinis meæ pignus, ſeris nepotibus depono.

Vale, ut mereris, & longævæ tuæ ſenectutis dies tibi renoventur ſicut Aquilæ.

Scripſi Idibus Majis. clɔ lɔc LXXXV.

PRÆFATIO.

Meum de humano fœtu ſyſtema divulgare fugio donec votis amicis annuerim.

Hæ nimirùm membranæ, primitus in lucem protractæ, multis videntur aridiores, quàm ut cohæreant vel ſapiant.

Ipſas igitur, ne ariditate hiſcant vel inſulſæ ſint, Medico ſucco reſperſi, ſed parcè atque reſtrictè; mecum enim reputo profuſas animadverſiones declinandas venire; immò verò plùs ſatis eſſe erectum in errores intendiſſe digitum. Ita namque malum *cavetur* magnum, magnus *nempe* liber, μέγα βιβλίον, μέγα κακόν.

De

De Humani Fœtus Membranis universè, de generalibus ſcilicet illarum principiis verſ. 1. *uſibus* v. 35. *ſubſtantia* v. 41. *numero, ſitu, formationis ordine* v. 42. *& incrementis* v. 47. *è ſeculi noſtri atque noviſſimi Scriptoribus.*

I. Membranarum fœtus primigenia concretio & expanſio, *extra uterum*, omnem *Harvei* atque *Whartoni* perſpicientiam atque ſolertiam eluſit. Illas itaque tunicas perperam ab ipſis docemur *in utero* primitùs concreſcere & expandi.

Has quippe ab ipſis fœminarum *Ovariis* repetimus univerſas, *Perioche ſyſtematis noſtri de fœtu humano* 29. 33. & 34. *Vide hîc verſ.* 17.

II. Nec ergo *Fernelius*, nec *Andernacus* meritò ſtatuit *primo & altero die conceptus* haſce tuniculas primùm reſolvi atque recludi.

Formatæ ſunt enim ante conceptum omnem. *Vide hîc verſ.* 3. 4. & 11.

III. Nec inſuper illæ tunicæ *à tertio circiter conceptionis die ad ſextum uſque* configurantur, veluti *Tho: Fieno* per dulcia delirantis animi ſomnia viſum eſt.

Quaſi biduo integro fictitius ille membranarum fictor uterus otiaretur?

Quaſi rurſus tuniculis ſemen non egeret ante *diem circiter tertium*?

Quaſi tandem natura textrix textum illud ſuum triduo vel quatriduo præciſe pertexeret? *Vide hîc verſ.* 36.

IV. Nec interim illæ *poſt fœtum* ullatenus formantur, prout *Arantius* atque *Camerarius* falsò putant.

Sicut enim ſiliquæ nullæ poſt ſemina concreſcunt; ita nec ullus uteri fructus *folliculis* caret, vel ſub ipſa concretionis ſuæ rudimenta: tunc quippe mollitudinem præ ſe fert facile fluxuram, nî ſuis pericarpiis mature cludatur. *Vide hîc verſ.* 38.

V.

V. Minùs adhuc *poſt placentam* illæ procreantur, ſicuti *Valverdæ* judicium eſt.

Id enim naturæ repugnat; nam omnis embryo integras hebdomadas fluitat in tunicis citra *placentæ* veſtigium ullum.

Placenta ſiquidem *pinſitur* nulla, quin *pinſor* ejus, ſorte mutata, in *ſatorem* evaſerit. Immò, quin iſte *ſator embryo* de umbilicali ſeminario ſuo fibrillas in uterum egerminaverit; & quin deinceps ad illarum apices acinuli concreverint *placentulæ* parentes, quemadmodum conſtat è *Perioche mea* 26. & 36.

VI. Nec rurſus embryonis iſtæc involucra *ab uteri acetabulis* figurantur atque concamerantur, utì mentem illam *Carolus Stephanus* geſſit.

Nulla ſiquidem fœminarum matrix vel moleculis carneis aſſurgit atque protuberat, vel ſcrobiculis ſinuatur & excavatur; ſed omnis omninò, ad partum uſque *acetabulis* iſtis perindè vacua cernitur, ac brutarum animantium uterus quivis, ad geſtationem extremam, *placentæ* penitus exors eſt. *Vide hîc verſ.* 17.

VII. Nuſquam inſuper membranæ ſoboleſcunt *à peritonæo atque carnoſa fœtus membrana*, ut fingit *Arantius*, ac *ſenſata Corteſii fides* citra ſenſus infidè teſtatur.

Nam *fides* illa, quam *ſenſatam* Corteſius vocat, embryonem nobis exhibet aquis primitùs innatantem, formicæ quidem moleculâ, ſed *tuniculis* orbiculatim cinctum antequam ulla, corporeis oculis, vel *peritonæi*, vel *carnoſæ membranæ* rudimenta cernantur.

Rursùm verò Corteſius *fide* ſua *ſenſata* prorſus *infidus* eſt, ac *ſenſibus orbus*, nam *folliculos* embryonum nobis ante oculos ſtatuit nullis prorſus origini ſuæ lineamentis æquales: totâ ſiquidem formâ fœtuum tunicæ *peritonæo*, *lacertoſæque membranæ* diſſimiles exiſtunt.

Præterea, naturæ vulnus eſt inferre *peritonæum* velle *carneamque membranam* in tuniculas embryonum reſolvi citra cutem atque cuticulam, imò citra muſculos abdomen abdentes inſi-

inſimul expanſos ac in eandem cum ipſis utriculi formam reflexos. Nam v. g. dum maſculus peritonæi proceſſus illa permeat ſibi non modò lacertoſas fibrillas adſciſcit, ſed & cutem atque cuticulam ad teſticulos uſque protendit, quæ circum ipſos ſeſe revolvant.

Embryonibus porrò plagam illam non ſolûm infligit *Arantius*, cutem ipſorum pertundendo, ſed & partium in illis poſituram omnem invertit. *Peritonæum* enim jubet cum *carnoſa membrana* permutare ſedes, & eo nomine meritò quidem ſuggillatur à *Riolano*, ſed injuriâ ſuſpicitur ab *Hofmanno*.

VIII. Ex illis itaque conſequens eſt & iſtud alterum, embryonis ſcilicet *membranulas* nequaquam eſſe propagines atque revolutiones *tunicarum umbilici*, quæ in *placentam* exporrigantur & à *placenta* circa fœtum reflectantur in orbem, ſic ut ingenioſa ferunt *Arantii* commenta, quibus *ceu igne fatuo*, in avia atque derupta *Rudius* atque *Corteſius* ſeducti ſunt.

E noſtro ſiquidem *verſ. hîc* 5, circulares illæ embryonum tunicæ firmiter panduntur ante *placentam* extantem; imò ante protentum in matricem *umbilicum*.

IX. Nec ergo fruticationes illæ ſunt & velut egerminationes ipſiſſimorum *umbilici vaſorum*. Iſtud enim *Harveïanum* dogma *Tilingius* meritò repudiat.

Nam *umbilicum* omnem folliculi embryonum non modò gemmantes, ſed & explicati, longè prævertunt, *verſ. hîc* 4. & 7. atque *Perioche noſtrâ* 25.

X. Quid ergo? Nequidem progenies illæ ſunt atque fœtura *ſanguinis* vel *materni*, vel *embryonici*, ſicut illas, per tutelares ſuos *Galeni* cancellos, dormitans *Hofmannus è ſanguine vidit enaſci*. Etenim, bonus ille ſenex, in poſthuma ſua pro *Galeno* Apologia, *ſuum hîc* v. 7i. *Arantium* deſerit, quem ſuis olim in *Gal: Comment.* amplexatus erat.

Sed *Arantio* deſerto nuſquam propterea naturæ veſtigiis inſtitit *Hofmannus*. Embryo quippe recens in defæcatiſſima fluctuat ſuarum *tunicularum* lympha; idque diu vel antequam ſanguinis *materni* guttula *tunicas* illas ſuffuderit; vel ante-

quam *embryonis* ulla vaſa in *iſtas* fuerint exporrecta.

XI. Sed, etſi ſanguinis vivifici ſoboles non audiant, minimè tamen vegetantis *ſeminis* ullius *uterini germina quædam* exiſtunt, foliatione quadam ad uteri cœlum porrecta ac explicata.

Sunt enim primitus è teſticulis fœminarum deciduæ. Immo firmiter conſiſtunt ante virile *ſemen* ingeſtum *uteri* ſolo. *Vide hic verſ.* 14. *&* 19.

XII. Nec igitur illæ fiunt è *fœminei ſeminis craſſiori parte*, *vi formatrice* diducta, ac *uteri calore* concreta, ſicutì *Bartholinus* arbitratur.

Jam olim quippe in *Ovario* coaluerunt citra fictitiam illam uteri *formatricem*, citraque *calorem* ullum matricis interiorem. *Interiorem* dico, nam uterus exterior ſuam operam confert ad Ovarii & Ovulorum teporem.

XIII. Nec etiam audiendi veniunt *Fernel.* & *Andernacus* ſuper hiſce tunicis, *uteri contagione atque calore & ex craſſiori atque terreſtriori ſeminum mole* productis.

Quum *membranularum* embryonis *originem* ab ipſis *Ovulorum* nidis arceſſamus iſtæc ſingula ſponte ſua diffluunt.

XIV. Nec *Mercati* conciliatio valet, qua membranas quidem ex utroque ſemine fieri fatetur, ſed *majorem partem ſemini fœmineo* tribuit, idque *à cauſa complexa*, ſpiritu nimirum genitivo ac uteri tepore.

Membranulas embryonum immeritò *Mercatus* in ſpiritum genitivum refundit ab utroque parente deciduum, ac uteri tepore concretum: Nam illæ copulam maritalem ſemper antevertunt, idque extra uterum & intra mulierum *Ovaria*. *Vide hîc verſ.* 1. *&* 11.

XV. *Platerus* itaque explodendus omninò cum ſua *virtute procreatrice in ſemine latenti atque recondita*, quæ *partes ſeminis craſſiuſculas atque latiuſculas* in fœtus involucra ſegreget atque diſcernat.

Platerum demiror *procreatrici* ſuæ ſociam *ſartricem* non adjunxiſſe dexteram & expeditam, ad lacinias iſtas ſeminis craſ-

craſſiuſculas atque latiuſculas in embryonis interulam atque veſtem protinus concinnandas atque conſuendas.

XVI. Nec minùs falsè *Deuſingius* deridendus eſt cum ſua *maſculini ſeminis* ἐνεργείᾳ, *qua ſemen fœmineum maturatur & ad uterum dimanat, ac in membranas ſenſim coit.*

Quaſi verò fœmineum ſemen, citra virile, non ſit abundè maturum; nec *membranis* involvatur in ſeminario ſuo vel antequàm *in uterum dimanet. Vide hîc verſ.* 25.

XVII. Nequidem, fœtus noſtri cauſâ, iſtæc eruditi *Harvei* & exſcriptorum ejus *Backii* atque *Velthuſii* mucoſa ſunt admittenda filamenta, quæ *per uterum ducta & ſimul junctа tunicarum formam induant.*

Infido prorſùs illo *Clariſſimi Harvei* dogmate in acetabula *Caroli Stephani* relabimur *verſ.* VI. *hîc exploſa.* Harveus quippe conſpicuas ſtatuit in utero *carunculas*, quæ mucorem de ſe fundant *filorum* primò textricem, deinceps verò *manticæ* illius *ſartricem*, quam *Ovum* vocitat, quamque cenſent *Harveiani* texto ſuo *tuniculas* embryonum conficere.

Sed iſtud univerſum ſicutì tubarum conditionem prodit in brutis recèns gravidatis, ità certè ab utero fœminarum penitùs diſſidet. Nullus quippe fœmineus uterus vel *papillis Democriti* & *Epicuri* eminet, quas embryo ſugat, vel *filis* ità fercitur ut adunatione ſua manicam texant, quæ ſinu ſuo embryonem excipiat. *Vide hîc verſ.* 6.

Quùm itaque fœtus humani *membranulæ* nequaquam oriantur ab ullis vel *tuberculis*, vel *filis*, conſequens eſt ut *Harveianum* dogma, de *tunicis in utero laboratis*, meritò ſit à nobis rejectum *verſ. hîc* 1. tanquam ab indole humana longè diſſentaneum. Fœmineam namque textrinam *ex Ovario in uterum* transferre Penelopes telam retexere eſt, & inani prorſùs opera ludere.

XVIII. Hactenus itaque Membranarum cauſam vel *efficientem*, vel *materialem* nuſquam perdocemur. Illius utriuſque diſcendæ gratiâ huc & illuc oculos volvamus. Sed ve-

reor ne intentior noſtra oculorum acies perbrevi hebeſcat, toties nempe in tenebricoſas Scriptorum præceptiones directa. Quid enim luminis *Chr. à Vega* nobis ſuper ea re fœnerat, dum membranas aſſerit *è ſemine à natura nunquam otioſa fœtibus parari?* Immò denſas ubique tenebras nobis offundit *Avéga.* Hîc ſiquidem palpare eſt an tunicularum *ſartor* ſemen ſit alterutrum, vel utrumque?

An opificium iſtud vel ad teſtes, vel ad tubas, vel ad uterum, attineat?

An iſtæc deinceps textura fiat vel ante Venerem, vel inter Venerem ipſam, vel Venere peracta?

An denique textrix illa natura ſuum opus maturè vel ſerò ſuſcipiat? Et an illud vel confeſtim vel lentè peragat?

XIX. Quid opis pariter *Andreas Laurentius* atque *Zacutus Luſitanus* nobis afferunt *mirabili ſua providentia*, quâ *ſeminis ſpiritus membranas effingit & extendit?*

Providentiam ſemini tribuiſſe durius eſt quàm ut molliam. *Vide hîc verſ.* 23.

Seminis rurſum *ſpiritui* membranarum opificium demandare, ſervile jugum ipſi imponere eſt.

Naturam præterea compellere eſt ut actum agat, nam ante maſculi *ſeminis* impulſum membranæ ſunt jam olim contextæ *ſicuti verſ.* XI. *&* XIV. *prænotatum eſt.*

XX. Quid rurſum juvat ejuſdem *A. Laurentii* vis illa formatrix, *quæ in omni conceptu ſuum opus à membranarum delineatione perpetuum inchoat?*

Quid inquam ſimplex iſthæc & *inchoata* duntaxat *delineatio* juvat? Nulla quippe lineamenta, uſque adeo ruditer ducta, nec uſpiam cohærentia, ſed incompleta prorſus atque divaricata, *conceptum* ullum tutiùs contentura ſunt, quàm grandibus maculis diſtincta retia piſciculos irretitura venient?

XXI. Quid frugis deinceps percipere eſt ex *Horſtiana* feminis forma, uteri calore ſuſcitata, *parteſque ſeminis fœculentiores extra propellente*, ut ſimul ac uterum attingunt in membranas ſolideſcant? No-

Nobis profectò nondum licuit tam acutos esse *formarum* spectatores ut *Horstiani seminis formam* contuiti fuerimus. Nequidem seminis *fæces*, ut-ut crassas & olidas, *sed extrà pulsas*, in folliculos interiores solidatas esse vel uspiam crevimus, vel quoquo-modo sumus odorati.

XXII. Quid deinde fructûs in nos redundat ex *Tho. Fieni* animâ rationali, quæ sua *conformatrice* membranas configurat aut verius confingit?

Fieni namque ludicrum prorsus est imperium istud, quô cœlis injungit ut *tertio circiter conceptionis die* conceptibus *animam infundant*, quæ *conformatrice sua fœtum illico formet atque membranas.*

XXIII. Quid postea doctrinæ nobis affulget ex ejusdem *Gr. Horstii* atque *Tilingii*, post *Bellonium* atque *Laurentium*, singularem extulisse providentiam, *quæ membranas intendat, certi finis causa, non quidem intentione primariâ sed secundariâ, quatenus in gratiam fœtus requiruntur?*

Quum animi mei *intentione* nulla tot abstrusas nequeam *intentiones* assequi, rebus meis consultum fore putem, si virorum quaternionem istum, tam multas seminis *intentiones* acutè cernentium ac subtiliter distinguentium è Germania & Galliis in Hispanias atque Lusitaniam ad Complutenses atque Conimbricenses amandaverim.

XXIV. Naturæ in fœtum benevolam *intentionem* illam à *Courvæo* atque *Hornio* si reposcam, ipsos profectò, me pudet, tam largifluos istius naturæ consilii interpretes esse. Membranas quippe per somnii sui ludibria nobis effutiunt *provenire ab intentione agentis arte, consiliô atque prudentiâ.*

Bone Deus! Si verborum trias istæc excidisset Philosopho, quantis turbis manes ejus non commoverent toti nominis ejus osores? Jam verò non vetustioris ævi verba sunt istæc *inartificialia* prorsus & *inconsulta*, ac *imprudentia*, sed recentissimi Scriptoris alterius atque alterius, & quidem in Arte sua clarentium.

XXV. Sed, quùm nobis viris prophanis, istæc naturæ

lis, affatim impingens in phlegma protinus infringitur & elanguet nec ulla ſpicula prodit. *Vide hîc verſ.* xxv. *p.* 45.

XXXVII. Imprudens ergo *Fienus* eſt ac improvidus. Sed *Courtinus*-ne cautior eſt cum *ſua naturæ providentia, quæ ſemen omne vivificum incruſtat ne humidis impuris alluatur embryo?*

Verum ne verſioni meæ fucus adſit, vernacula *Courtini* verba, quæ *Guillemæus* exſcripſit, hîc appingam.

Prémiérement, s'il ſe fait génération, de toute la ſuperficie extérieure de la ſemence il ſe fait une croûte, par la providence de la nature, afin que l'enfant ne ſoit point parmy les humiditez, ni parmy les excrémens.

Ex illis dictis omninò liquet uterum eſſe limoſam velutì paludem, vel ſtagnum veluti cœnoſum; totus enim *Courtino* ſcatet *humidis* & *excrementis*.

Jam verò ut ſuum *infantem*, uti vocat ab illis utriſque *Courtinus* tutetur, ſemen iſtud prolificum, utero exceptum, *cruſta* quadam obducit.

Qui igitur embryo ex illo ſemine *cruſtato* figuratur, neceſſariè concipiendus eſt intra *cruſtulam* iſtam figurari.

Concipere rurſus eſt Courtini *cruſtam* minimè repetendam eſſe ab ullo vel *panifico*, vel *cruſtulario*, quos *verſ. hîc* 27. *&* 28. exploſimus. Nullus ſiquidem vel paludoſus vel ſtagnatus uterus aptus natus eſt ut Cererem induret, ſed econtrà Cererem duratam ut madefaciat & emolliat atque diſſolvat. Providentior igitur *Courtinus* eſt quàm ut *panificii cruſtas*, tanquam aggeres, uterinis aquis objiciat ad *infantum* tutamen.

Embryonem itaque præ oculis habeamus in uteri ſtagno *cruſtula* cluſum nequaquàm *farinacea*, ſed *teſtacea*. Subindè verò *Courtinum* ſuſpiciamus, quòd ſuos embryones *teſtula* vel *concha* muniat ne ſtagnantibus aquis alluantur. Tam abſtruſâ ſiquidem Phyſicê docemur piſces idcircò vel teſtaceos vel ſquamigeros eſſe ne ſuis aquis circumluantur.

Sed cereum hîc videmur *Courtini* atque *Guillemæi* detorſiſſe naſum; nam aliud ore noſtro loquuntur, quàm pectore gerant. Genuinum igitur utriuſque ſenſum nequaquam diſtorqueamus & liquidò conſtabit ipſos omninò velle fœtum idcircò *teſtaceum* eſſe ne corpuſculum ejus tenerrimum ſtagni ſui cœnoſis penetretur. Dùm enim in uteri ſordibus humificis volutatur embryo, totus certè madefieret atque ſordeſceret, niſi nativa *Courtini* teſta ſuccingeretur.

XXXVIII. Sed profectò, ne benignam expoſitionem illam amplectar *Cæſalpinus* vetat. Is enim *Courtinum* atque *Guillemæum* docuit embryonibus idcircò *membranulas circumduci*

duci ut ipſos à ſuperflua menſtruorum humiditate, quæ in coagulatione ſeparatur, abjungant.

Immò ne quis reputet *abjunctos* embryones iſtos vel aliquantùm irriguos eſſe, vel tantillùm madêre, is ipſe *Cæſalpinus* perbellam de Stagiritico fonte rationem hauſtam temerè profundit, *oportet enim animal in ſicco eſſe, non in humido.*

Hoc eſt, piſces oportet *in littore ſicco* natare, *non in humido:* tam frequentes enim apud me numerandi veniunt embryones *in ſicco*, quàm piſces inter medias & arentes Arabiæ petras & arenulas. Nam omnis embryo mediis fulcitur undulis & medio in liquore incrementa ſua capeſſit. Aliàs certè molliculus embryo, ceraque tepente flexilior, nec nutriri nec increſcere poſſet. Neceſſum igitur eſt ut iſte tenellus immergatur lymphæ, quæ compreſſum omnem atque colliſum ab ipſo longè propulſet. *Vide hîc verſ.* IV.

Cæſalpinum itaque, pudeat dogmatis ſui de fœtibus *in ſicco:* dictu quippe pudendum eſt quicquid ſenſibus & rationi repugnat, *ſicuti plenius id aſtruitur Periochê meâ* 53.

Alteram *Cæſalpini* hypotheſin de fœtibus Lunari virus, hoc eſt *menſtruorum coagulo*, compingendis ad Lunares incolas ablegavimus, *dogmate* X. *de conceptione.*

Tertium ergo *Cæſalpini* placitum ad naturæ leges exigamus. Suis embryonibus ille *membranas circundat*, quò toti ab *humiditatibus abjungantur.*

Sed iſthæc *Cæſalpini* mens id falſi primùm invehit, embryonum ſcilicet pelliculas ipſis tàm arctè attexi atque cuticula cuti. Sin ſecùs eſſet ſeri quippiam de coagulo refuſi fœtum omnem & tunicas ejus interflueret. At *Cæſalpinum* modò vidimus naturæ injunxiſſe ut humidum omne ab embryonibus ſemoveat. Si quid enim reſidui madoris lubrici inter embryonem & tunicas ejus ſupereſſet, nequirent embryones, firmo conſiſtere talo, nec *in ſicco* Cæſalpini cerebro *ſiccè* conſtitui.

Iſtæc rurſus *Cæſalpini* ſententia id ſecum importat naturæ horridum, ſerum ſcilicet coagulo eliſum inter uterum & embryonis folliculos regeri; atque adeò ſeri totius altitudine tota membranulas embryonum ab utero diſtare. Sed iſtud utrumque ratio & inſpectio refellit.

Primum enim embryonibus omnis intercluderetur cum utero commeatus; vel ſi quis ſupereſſet, is certè totus inſincerus atque ſordidus foret, utpote ſeri intermedii colluvie fœdatus. Embryo igitur omnis vel annona careret, vel viliſſima atque ſordida frueretur, atque ſic morbis & inedia preſſus emoreretur.

Deinceps verò illuvies istæc interiorem uteri cervicem impendiò proluerет & impendiò magis molliret atque laxaret. Effluеret ergo, & effluxu suo embryonem omnem, copulæ inibi & alimoniæ nescium, abriperet, atque sic nascituræ prolis spem lætissimam semper eriperet.

XXXIX. Nullus igitur embryo in salebra hæret, sed mergitur omnis in limpida lympha. Nostræ interim tunicæ fœtum & uterum, tanquam agger, nusquam interjacent, ne alimenti alluvione fœtus obruatur sicutì *Mercatus* atque *Courvæus* istud animô cernunt. *Mercatus* quippe *semen* profert *tunicis obvolutum*, *ne ipsi alimentum ultrà quàm par sit*, ad embryonis opificium, *suggeratur*.

Courvæus verò per medias & opacas cerebri sui meningas *Amnion* vidit membranam, *quasi septum*, *quod impediat ne affatim ruat humor è chorio in colliquamentum*

Quantùm istæ Medicorum affaniæ distent à demonstrationibus scientificis, cuivis compertum fiet meam *Chorion* perlegenti, unà cum *Perioche* mea XXXVII.

Hîc interim è fidissimo naturæ libro fidenter inculcaturus sum uterum & tunicas nihil interfluere; nec tunicis quicquam intermedium esse, quod ipsas sejungat & è Chorio distillet in Amnion. *Vide speciatim vers.* 24. 25. *&* 26. *de Chorio meâ.*

XL. Nec illæ tunicæ *cribra* sunt & *incernicula succi nutritii ab embryone fugendi*. Embryonibus quippe non pluris refert cribris illis *Courvæi* atque *Hornii* suas aquas hausisse, quàm in *Cæsalpini* atque *Courtini vers. hic* 38. *&* 39. littore sicco natasse. Sed cribrarios istos meritis laudibus sumus elaturi *vers.* 26. *de Chorio.*

Valeant interim isti mechanici, quòd *cribris* suis aquas microcosmi ità depurent, ut nullæ artificum artes æmulæ, ullis unquam in macrocosmo *incerniculis*, aquas ità cribrare atque clarificare queant. Aliàs certè quanta stipendia non mererentur isti Viri depuratione sua, si modò statarias Belgii atque cœnosas aquas succussatis *cribris* moverent atque defæcarent?

XLI. Tunicarum porrò *tegmen* atque *subtegmen* quod attinet, nequaquam illæ prætenues contextæ sunt, non verò crassæ, *ne tumore vel pondere suo* fœtui vel utero prægraves essent, sicuti *Fabricius* alieno calamo scripsit, *Galenico nempe*, sed

ſed quem hîc citaſſe refugimus, utpote qui ſimus recentiori longè Epocha conſtricti.

Quidni ergo providus ille fœtuum matrúmque cuſtos panniculum embryonibus *adipo-carnoſum* tenuiter perindè contexit, ne *molæ* ſua vel *gravitate* fœtus ipſos atque matres aggravet? Illius ergo membranarum *tenuitatis* genuina cauſa ſcriptoribus iſtis penitùs eſt abſtruſa. Latentem illam de puteo hauſi, in *meis de Conceptione Adverſariis verſ.* 3.

XLII. Tunicarum *numerum* quod ſpectat illarúmque *ſtrata*, nec certè *allantois* eſt omnium *extima*, nec ſub illa *primitùs formata chorion* deinceps, & *amnios* demùm, *è ſemine craſſiori concreſcunt*, ſicutì *Fernelius* ipſarum illa ſerie ſtamina temerè nectit; Lynceis quaſi oculis textricis naturæ texturam interdiu noctúque creviſſet.

Ratione ſuadente & experientia cogente *Ferneliani* graves iſti noſtris animis detrahendi veniunt errores.

Primùm enim *allantoidea* fœtui conceſſiſſe humano, brutarum eſt animantium deſignatum dominum brutis ipſis injuriâ mancipaſſe: ſaltem, brutis eſt comparem illum conſtituiſſe, quem rerum opifex diſcrimine ingenti ac indole tota ſejunxit à beſtiis. *Vide meam All. verſ.* 6.

Deinceps verò ubicunque *allantois* eſt, inibi profectò tunicarumeſt tenuiſſima. Jam verò providus ipſarum textor tenuitati tantæ conſuluit, *amnion* ſiquidem ipſi ſubtexuit, *chorion* verò ſuperinduxit. *Media* igitur eſt illa, nec uſpiam gentium *extima*. Tertiùm, *allantoidea primam omnium* texere, uſum ejus reliquis priorem inſinuare eſt, quaſi recens embryo micturiret, ac reapſe vel ubì primùm puncto ſaliente micat, *matula* egeret *allantoidea*.

Quartò, *chorii* & *amnii* primordia ratione temporis vel materiæ, nequaquam regerenda ſunt vel in conceptionem fientem, vel in ſeminis maſculi portionem ullam tenuiorem craſſioremve: nam ab ipſis Ovuli in Ovario principiis utraque membrana ſuum ortum habet. *Vide hîc verſ.* 17.

Fernelii porrò tot nævos non detexi, quin ejus typothetas traduxerim. Sed ubi legi atque relegi apud ipſum *Phyſ. l.* VII. *c.* IX. in fol. in 4. & in 8. *allantoidem omnium extimam ac primam fieri*, mecum ruminari cœpi bombycis ideam *Fernelium* præ oculis habuiſſe. Animo quippe meo dum bombyx obverſatur, textum ille rudius quoddam atque laxius & velutì tomentitium toti primùm affigit & agglutinat Ovato ſpatio, quo ſeſe conditurus eſt, & iſtud tomentum, *quod omnium extimum ac primum fit*, Fernelii *allantois* eſt.

Se-

Secundò ſericum denſius bombyx inſternit, quod homines tepida redordiuntur, & iſtud ſerici ſtratum alterum analogum eſt *chorio* noſtræ denſiori, quæ *Fernelii* ſecunda ac interior eſt.

Tertiò denique, ſericum intimius net bombyx, & textum illud poſtremum, bombyci proximum, *Fernelianæ* reſpondet *amnio*, quæ tertia ac intima eſt, quæque *circumcirca univerſum conceptum amplectitur & involvit.*

Sed quia nec bombyces ſumus, nec viri bombycii, bombycinum contextum illum miſſum facimus, quò citiùs tunicularum noſtrarum genuina ſtamina pertexamus.

XLIII. Ejuſdem igitur temeritatis eſt, cum exſcriptore *Tilingio* præcipiti, opificem naturam ità diſturbare ut è duabus unicè membranis *chorion* texat *amnio* priorem: *Chorion* enim profitetur *primùm apparêre*, *poſtea amnion.* Id autem eò fidentius vulgat quòd illius texturæ ordinem iſtum quatuor viderit oculis, *Harvei* nimirùm & *Everardi*, quorum ſcriptis altum ubique ſapit.

Sed profectò id ipſum infima ſummis paria facere eſt; ſive *teſtulam* eſt ovis tribuere ante *pelliculam*; vel *cuticulam* fœtui ante *cutem* ejus enatam & expanſam; vel cerebro denique *calvariam* ante *meningas.*

XLIV. *Amnios* ergo nulla *chorio* ſuccreſcit atque ſubſternitur, ſed *amnio chorion* accreſcit & attexitur. Immò veriſſimè dixerim inſtanter utramque contexi & morâ intermedia nullâ. Immò etiam, ſicut inter unius & alterius ſtamina nectenda nullum interfluit temporis punctum, ità certè nulla prorſus ipſis inſternitur vel intertexitur ſive *Fabricii* atque *Spigelii*; ſive *Plempii* atque *Needhami* tunica *farciminalis.*

Veritatem iſtam de naturæ humanæ fontibus hauſtam eſſe illicò ſapiet Phyſicus omnis operum naturæ conſcius vel Marte ſuo, vel ductu meo *verſ.* 4. 5. & 6. *de Allantoide*, *nec-non Peroche de fœtu* 34.

XLV. *Allantoide* itaque ab humanæ naturæ opificio rejecta, non eſt quod *Lalamantii* ratiocinium ab illa firmiſſima atque ſaniſſima mente nos unquam depellat. Inſomniis enim illius viri ratiocinatio, quàm ſyllogiſmis ſcientificis proprior eſt, triplices nimirùm adnectendas eſſe fœtui tunicas, *ne unâ vel alterâ matris vel fœtus valido motu dirupta, ante ſtatum pariendi tempus, fœtus excidat utero, ſed incolumis adhuc per-*

permaneat, intra membranam extremam, quæ cadentem illum excipiat.

Verbis iſtis mihi fœtum imaginor de ſuprema domicilii ſui contignatione everſa deciduum in ſecundam, & de ſecunda, pariter ſubverſa, ruentem in tertiam, ſed innoxiè & citra abortionem, ipſi quippe *Lalamantius* præficit Averruncum.

Vultis ideam alteram perindè jocularem. Veſtris oculis obverſentur aquilegum præcipites illi ſaltus aquarum, quibus aquæ fluctuatim devolvuntur de ſupremis calycibus in ſubſequentes. Fingite deinceps ſaltibus illis fœtus ineſſe permiſtos, qui caſibus iſtis aquarum abripiantur de ſuperioribus ſcyphis in inferiores; ſive de ſuis proruptis aquis è tunicarum ſuperiore quadam in inferiorem alteram atque alteram. Sed Lalamantium illum plenius exagitaturi ſumus *verſ.* 36. *de chorio.*

XLVI. Nec eſt interim quòd, illius binarii tunicarum numeri cauſâ, præ *Antiquis* atque *Recentioribus* glorietur *Fallopius.* Nam ſicuti *Fallopiana* gloriatio bimembris eſt, ita bifariàm & falſa, meque ſingulatim inſtigat ut præſcriptos mihi ſeculi unius & alterius limites tranſcendam, quò *Moſchionem* ipſi è Bibliotheca noſtra *MS.* producam, unius duntaxat *amnii* atque *chorii* memorem. Sed, ne putes, *mî Fallopî*, codicibus inviſîs fucum tibi fieri, editos illos eoſdem inſpicito Baſil. 1538. Illis perlectis ad *Iulium* adito *Pollucem*, qui te embryonum δύο χιτῶνας *involucra duo* docturus eſt.

Quòd ſi inſuper ex *Ruffo Epheſio* ſapere non dedigneris *chorion* & *amnion* ab ipſo viſurus es non cogitatione, ſed reapſe, citra *allantoidea* diſſectas.

Tibi præterea integrum erit ex ipſo *Philoſopho* altius adhuc ſapere: tibi ſiquidem perindè ſcripſit ac mihi *duo fœtus eſſe tegmina, interius unum, exterius alterum.*

Tibi rurſum *Empedoclis* & *Antiphontis* tempora replicanti obvium fieret ipſorum induſtriâ *geminatas tuniculas* embryonum retexi.

Quidnì tandem ex ipſis *Hippocrateis de Genitura & de Natura Pueri* monimentis embryonem tibi conquireres, *uno duntaxat involucro contentum?* Hippocrates autem unicam idcir-

cò ad ſuos fœtus penulam accommodat, quòd humanum conceptum præ oculis habuerit, ſub idea *Ovi decorticati.* Noſtri quippe Majores, uno velut afflati ſpiritu, conceptum omnem in oculis geſſerunt *Ovo ſimilem, cui teſta ſit detracta, ſicuti patet è tractatu meo de fœminarum Ovis.* Conſequens igitur eſt ut *Hippocratis* embryoni talis inſit tunicula *ſimplex*, non vero *triplex*, qualis ineſt *Ovulo deglubito.* Quid ergo, *mî Fallopî*, ſuper tuos majores ſuperbiâ temet effers?

Jam verò, *Recentiores* pedem tecum ſi contulerint, te rurſum gloriâ cadere neceſſum eſt. Ipſiſſimis quippe Piſani tui Profeſſoratus annis, *B. Euſtachius* plenis buccis Romæ proclamabat & *cum incredibili ſpectatorum voluptate demonſtrabat*, fœtus humani tunicolas *geminas* eſſe, nuſquam autem *triplices.*

Sed eſto! *B. Euſtachii* vox nequaquam Stentorea fuerit, nec à te Piſis unquam audita! An non Collegæ tui ſenioris *Vidi* ſcilicèt *Vidii* documenta doctus es? Promulgat enim *humani fœtus duas eſſe membranas*, & ipſas demonſtrandi methodum fuſiſſimè narrat, etſi caninum inibi ſeſe prodat anatomicum. *Vidius* autem ille Piſas, *Pariſiis docendi munere relicto*, evocatus eſt Profeſſor *A.* 1547. uti liquet ex ejus *Lib.* 1. Tu verò, *Fallopî*, anno ſubſequente *primum* docuiſti, ſicuti conſtat *è tuis Obſ. de Aur. Officulis.* En ergò *Recentiores*, quos traducis, eadem tecum anatomica luce perfuſos. Sed, an radii à te ad ipſos? An verò ab ipſis in te radiarint, contendere nolim? Dum itaque ſub Judice lis erit? aliter omninò te depexam: nuſquam enim decorum eſt, tantæ famæ virum, & propria virtute coruſcum, furtivis pennis ſplendeſcere. Quidni igitur, *mî Fallopî*, *Alexandrum Benedictum* vidiſti & obſervaſti tunicolas fœtûs naturæ veluti penicillo delineantem, ſuis quippe pigmentis ſolam *amnion* atque *chorion* fœtui aſpergit.

Quidni deinceps nudatum illum à *Bernardo Gordonio* infantilis naturæ vultum deoſculatus es? Ille ſiquidem, (*Almæ*

quon-

quondam Monſpelienſis meæ Matris fidus Interpres) nudis non modò verbis, & è *ſapientibus Anatomicis*, unum duntaxat & alterum panniculum ad ſuos fœtus attexit, ſed ipſis apertè atque ſolerter *tertium* omnem *exuit*, ſicuti te, *mî Fallopî*, furtivâ tuâ penulâ duplici *exuo* & exutum proſtituo. Verùm, illæ uteri tubæ, quas tibi tribuunt, & quas ego furtivas pariter eſſe deprehendo, tuas aliundè laudes ſatis occinent, apud Neotericos ſaltem, Veterûm quippe Manes, furtum clangente tuba, toti horrerent.

Hippocrates imprimis ereptos ſibi fremeret uteri κόλπους ζυχώδεις καὶ γαμφὲς, *ſinus denſos atque recurvos, ſive cellulas frequentes atque reflexas* [1].

Praxagoras deinceps atque *Philotimus* perſtreperent propter illam ſibi ſubductam τὴν μήτραν τὴν δίκολπον, *matricem utrinque ſinuoſam* [2].

Diocles verò *Caryſtius*, ab Hippocrate ſecundus ætate famâque, ſuas uteri meritò repeteret κεραάτων κεφαλὰς *cornuum ſummitates*, tubarum Fallopii patulas oras ad unguem exprimentes. [3]

Eudemus etiam acriter nobiſcum expoſtularet propter amputatas τὰς πλεκτάνας τὰς ἐκείνας *cirros illos* atque *chelas* & veluti *brachia*, quibus matricem inſtruxerat.

Galenus tandem *Juliuſque Pollux* & *Oribaſius* ore uno & ad ravim uſque conclamarent ἐκείνας ἀποφύσιας, ἐκφύσιάς τε καὶ ἀποφύσιας *prominentias illas atque projecturas & additamenta*, quibus mirificam ſuam matricis anaglypham effigiem tantoperè commendabant, deletas eſſe.

Immò *Philoſophus* ipſe clamore & lituo Medicos inſequeretur ob ſubreptas ſibi τὰς ὑστέρας τὰς δίκρους, *matrices geminis cor-*

1 *Quas Periochæ meæ ſecunda fideliter delineat, intra tubas ipſas.*
2 *Periochâ meâ tertiâ ad vivum expreſſam.*
3 *De quibus in Periochæ meæ quinta.*

cornuum apicibus instructas [1].

Jam vero scriptores innumeri, mysteriorum naturæ nescii, matrices Veterum illas δικεφαλίας τε καὶ δικόλπους, *utrinque cornutas & utrinque sinuosas* ita nobis exponunt quasi reapse fœmineus uterus interior *finibus geminatis* sive *loculis duobus* instructus esset. At illi profectò naturæ faciunt injuriam atrocem. Majoribus deinde nostris ruditer imponunt; Lectoribus denique suis insciente illudunt.

Etenim, si altius vel in rerum naturam ipsam, in tubas scilicet, vel in *Hippocratem* oculos erexissent, *sinuum* illorum τὸς μὲν τηλοτέρω, τὸς δ' πλησιαιτέρω τῦ αἰδοίυ, *alios ab utero remotiores*, *alios verò propiores*, atque ita nequaquam internos, deprehendissent.

Erectiori deinceps mente & auribus si dicentem *Herophilum* attendissent, *sinus* illos audivissent nequaquam *interiores* esse matrici, sed *dimidiati circuli formâ*, *à testiculis in uterum reflecti*, *quo semen fœmineum alliciant* [2].

Imo, si dedignati non essent *Ruffum Ephesium* adire, tubas apud ipsum crevissent ad uterum *utrinque flexas*, & *varicum more ità cavatas*, *ut ex illis compressis aliquid mucosi in uteri cavum elidatur*. Viri deinde sententiam, super illa mirabili tubarum structura, si rogassent, protinus respondisset Ephesius *multam* sibi *opinionem esse tubas istas seminarios esse canales*.

Felicem *Ephesii* conjecturam *Galenus* omnino fulcit: *Aëtius* vero literis velut uncialibus exarat *per hosce sinuosos cornuum flexus fœminam in congressu viri suum semen emittere* [3].

Radiosissimam doctrinam illam, ab ipso velut Apolline diffusam, Arabes arripuerunt, tubas enim Avicenna *matricis* vocat

1 Fœminas enim *cornigenas* esse meum contendit problema 15. de Utero.

2 Hæc locutio in deliciis est *Herophilo*; sed Arabas mox audituri sumus aliter loquentes.

3 Eo nimirum naturæ consilio, quod *Perioche* mea promit *octavæ* atque nonæ.

vocat *additamenta* & *ſpermatis expulſoria*, quo *ſemen uterus deglutiat* [4].

Non eſt autem quod quiſpiam obganniat traditam nobis illam à Græcis & Arabibus lampada *Fallopio* florente penitus extinctam fuiſſe; *Fernelius* ſiquidem illam accepit, ſed, fateor, ipſam ſub modio poſuit ne nobis illuceret: Libro quippe Phyſiologiæ VII. *cap.* VIII. pro virili contendit fœmineum ſemen tubis nullis in uterum deferri. Nos verò pro iſta, contra *Fernelium* & alios, fœmineo ſemini aſſerenda via, ceu pro aris & focis decertaturi ſumus.

Verùm è diverticulo duplici rurſus in viam.

XLVII. In orbitam ergo redux, membranarum fila conſequar, ut illorum ductu, tanquam vehiculis, ſuccum alibilem in ipſas inveham. Sed, meherclè, ſicuti pellicularum natales & uſus ſpurii hactenus audiunt, non minus profectò fallacia ſunt illarumdem incrementa. Nuſquam enim *membranæ creſcentes* congruenter apud *Graphium*, cum ſeminibus conferuntur *tantum liquoris exugentibus quantum deſiderant.*

Iſtud enim altum ſapere eſt & acutum philoſophari; plantis nempe *ſuctum* atque *deſiderium* largiri.

XLVIII. Quùm verò nec *Bonaventura*, nec *Lælius à Fonte* tàm felici fuerint genio ut flagrans iſtud *fugendi deſiderium plantarum* perſpexerint, aliò quidem mentis aciem intenderunt, ſed viliores adhuc tuniculas fecerunt quàm alii; ipſas quippe *viliſſimo ſanguine menſtruo nutriunt*, *quem in membranarum ſinus natura mittat.*

Quaſi nimirum menſtruus ſanguis in eadem fœmina foret alius quidem nobilis atque illuſtri proſapia oriundus, alius verò vili prorſus atque ſervili?

Quaſi deinceps ſiccæ atque contractæ membranulæ *ſinus* & rugas præ ſe ferrent, nec lympha ſua affatim maderent atque largiter expanderentur?

Quaſi demùm, ſanguinem natura in *ſinus* illos diffunderet, tanquam

4 *Faucibus* ſcilicèt quas *Periochæ* meæ *quinta* atque *ſexta* deſcribunt.

quam in alveolos & veluti tubos, ut exindè membranarum partes alias affatim irriget? Rotas illi viri versabant animo Galliæ Narbonensis puteales, haustrisque fictilibus instructas, quibus aquam in hortorum sulcos & incilia corrivantur incolæ, quo suos hortos, *arentes aliàs & infrugiferos*, ubertim irrigent atque fœcundent.

Quoniam autem tot istæc pigmenta, in tabula membranarum à Neotericis aspersa, tunicarum fœtûs lineamenta nunquam efficient, satius est retulisse manum, nec tot commentis fusiùs contradixisse. Sapiens quippe Græcia me docuit τὰ ἐχάτως ἠλιθια καὶ φρονεῖσθαι μᾶλλον ἢ ἐλέγχεσθαι ἀξιοῦν *extremè ineptæ contemnenda potius quàm refutanda venire.*

FINIS.

CAROLI DRELINCURTII

DE

TUNICA FOETUS

Allantoide

MELETEMATA.

Ὁ δὲ Ἀλλαντοειδὴς χιτὼν, ἐκ τῆς πρὸς τὴν Ἀλλᾶντας ὁμοιότητος τὴν προσωνυμίαν ἔσχηκε.

Allantoides autem tunica à similitudine farciminum cognomen sortita est.

Theophil. Lib. v. de Hominis Fabrica.

Τῷ Ἀλλαντοειδεῖ ὑμένι τ' ὄνομα ἀπὸ τ
κατὰ τὸ σχῆμα ὁμοιότητ☉,
Ἀλλᾶντι γὰρ ἔοικε.

Farciminali ſive Inteſtinali tunicæ nomen inditum eſt à ſimilitudine figuræ, farto enim Inteſtino ſimilis eſt.

Gal: in Lib: 1°. de ſem.

Nobiliſſimo, atque Ampliſſimo
Viro,

D. D. CONRADO VAN BEUNINGEN, J. C.

Acad. Lugduno-Bat. Curatori, Amſtelædamenſis Civitatis Viro Conſulari, & ſuis ad plurimos Europæos Reges & Principes Legationibus meritiſſimo,

CAROLUS DRELINCURTIUS

S. P. D.

Meum de Octimeſtri Partu Opuſculum, Nobilitati tuæ jam olim inſcriptum, ex æquo & bono poſtulat ut hoc alterum affine Illuſtri Nomini tuo conſecrem.

Immò, quamvis affinitas argumenti nulla foret, tua tamen de me prædicatio grandis id ipſum à me vel invito extorqueret, quò ſcilicet profitear quantùm ſim in ære tuo propter iſtæc ſplendida, quæ paſſim de me teſtimonia profers.

Utinam me penes quippiam foret, quô gratiam rependerem. Sed quùm nihil ſit mihi, quod reponam, gratam accipe mentem, precéſque votivas pro incolumitate tua diuturna in Reip: claritatem & Academiæ ſalutem.

Vale, Vir Illuſtris, & quem Eloquio Neſtora vincis, Senectâ vincas.

Datum Lugduni-Batavorum
tertiô Kalendas Junias.
clɔ Iɔc LXXXV.

Fœtus Humanus non magis in Allantoeidea, quàm in Patrios cineres meït.

Fœtui quippe humano Farciminalem *tunicam quæ tribuit, Botulario quàm Profectori propior eſt.*

De Membranis ſingulatim, & primùm quidem de Allantoide,

E Seculi Noſtri atque Noviſſimi Auctoribus.

Allantoidis cum *lance* ſive *ſcutella* ſimilitudo deridenda certè eſt apud *Gabr. de Zerbis.*

2. Nec minùs deridiculæ ſunt portiunculæ carni conciſæ atque *farcimini* ſimiles intra hancce *farciminalem* tunicam *interdum cum urina repertæ*, utì fallaciter narrat *F. ab Aquapendente* ludibrioſa nominis idea miſerè deceptus.

3. Nec veſicam urinariam tum figurâ, tum ſubſtantiâ æmulatur, ut illam in humano fœtu ab oblonga vitulina tenuï diſcriminat *Valverda.*

4. Nec fœtibus humanis eodem jure competit Allantois atque brutis, prout nugivendi deblaterant *Hobokenus* atque *Graſius*; niſi cornua velint eodem jure patribus ſuis competere atque hircis.

5. Nec illa tamen Allantois è Natura rerum exterminanda eſt, juxta reſcriptum *Clar. Harvei* & *Everardi.*

6. Nec illa verò ſingulis animantibus brutis concedenda venit, utì *Cöiterus* atque *Riolanus* affingunt *Fallopio.* Illam quippe ruminantibus unicè atque ſcienter tribuit *Fallopius*, quibus *Mauricæus* univerſè, ſed inſcienter omninò detrahit.

7. Nec hactenus interim ſecantium oculos iccircò fugit Allantois, quòd præ tenuitate ſemper diffringatur, utì clamitant *Spigelius* atque *Plempius.*

8. Nec fœtibus illa ſingulariter adeſt, quibus inteſtinum cæcum majus eſt & veſicam urinariam comprimit, utì non minùs falſò quàm ſolerter *Courvæus* excogitavit.

9. Nec illa peculiari jure ante *Amnion* formatur, utì reputant

tant *Vaſſæus* atque *Grevinus*.

10. Nec ullatenus *Chorii generationem adjuvat*, ſicutì *L. à Fonte* per denſiſſimas inſcientiæ nebulas vidit.

11. Nec itaque primis illa Conceptionis diebus totum ſemen ambit atque complexu ſtrictiori coërcet, utì ſupponunt *Capivaccius* atque *Zacutus*.

12. Nec deinceps unquam fœtum univerſum complectitur & includit, utì *Grevinus* atque *Grafius* inſcitè nugantur.

13. Nec ergo Senonenſem puerum complexa eſt petrefactum, inſtar cyſtidis, utì ſuſpicatur *Aliboſius*.

14. Nec enim exterius eſt fœtus involucrum, ſeu tunicarum illius extima, utì perhibent *Fernelius* & *Andernacus*.

15. Nuſquam ſiquidem fœtum ullum *faſciæ modô* circumplicat & involvit; vel *Zonæ adinſtar* ſuccingit atque confirmat, utì perbellè, ſed mendaciter, comparant *Perdulcis* atque *Zacutus*.

16. Nullatenus quippe anguſta eſt, non verò lata & expanſa, quòd ſemen fœmineum virili ſit parcius, utì ſentiunt *Iac: Sylvius* atque *Chriſt: à Véga*.

17. Nequaquam enim ſingularis illa ex unico ſemine procreatur muliebri, illóque ſeroſiori, imbecillo atque pauco, ſicutì profitentur *Altimari* atque *Weckerus*.

18. Nec tamen ex utroque producitur ſpermate, ſicuti temerè *Zacutus Luſitanus* aſſerit.

19. Nec interim peritonæi veluti propago quædam eſt, ſicutì falſò *Cæſalpinus* exiſtimat.

20. Nec præterea generatur à placenta, utì *Valverda* fabuloſè narrat.

21. Nec *è vaſis à Chorio acceptis componitur*, ſicutì *L: à Fonte* contextum ejus nobis retexit.

22. Nec *initium illa ſumit ab uracho*, utì *Vaſſæus* atque *Weckerus* mendoſè recenſent.

23. Neque hæc ipſa *in urachum deſinit*, utì perperàm hallucinatur *Mundinus Mundinius*, quem *Pariſanus* jure meritóque redarguit.

24.

24. Nec ullatenus igitur *uracho conflat dilatato*, *ac in illam degenerante toto*, ſicut ineruditè cogitant *Iac. Sylvius* atque *Gorræus*, Viri aliàs tanta Eruditione Conſpicui.

25. Nec inteſtinalis illa tunica *in fœtus Veſica perforatur*, ſicut *Altomari* atque *Foreſtus* imperitè ſcribunt.

26. Nec venulis inſuper aut arteriolis ullis intertexta eſt, ſicut imaginoſi viderunt *Spigelius* atque *Highmorus*.

27. Nec duabus illa tunicis extruitur, quarum tenuior Chorio; craſſior verò Amnio cohæreat, ut illam componunt *Iac: Sylvius* atque *Gorræus*.

28. Nec *ejuſdem ſubſtantiæ eſt cum urinaria veſica*, atque adeò triplici tunicarum tegmine nequaquam inſuitur, ſicutì *Mundinus Mundinius* illam conſuit.

29. Nec una ſua facie membranea & lubrica atque lævis eſt, alterâ vero carnea atque lienis modô nigricans, utì *Veſalius* illam falsè deſcribit.

30. Nec ullatenus craſſum ſubviridémque ſanguinem è vaſis ſuis fundit unquam, uti *Veſalius* idem rurſum fabulatur.

31. Nec inſuper placentam ullo modo contingit, nedum placentâ cooperitur tota, atque concluditur tota, uti ſupinus *Spigelii* fert error.

32. Nec ad punctum duntaxat umbilici Amnio connaſcitur; in reliqua verò amplitudine ſua Amnio nuſquam adnaſcitur, uti ferunt *Fuchſius* atque *Heurnius*.

33. Nec primis præterea Conceptionis diebus reliquas membranas ſemen obvolventes ad uteri cornua alligat, utì vult *Chr. à Véga*.

34. Nec interim illa uteri fundo tenaciter adhæreſcit, ut opinatur *Courtinus* atque *Zacutus*.

35. Nec vulvæ ſinui unicè cohæret, ſicut illam inibi agglutinat *Andernacus*.

36. Nec illius imaginariæ tunicæ minus imaginaria ſunt ſpatia, quibus *ſuperflua nonnulla fœtus excrementa* congerantur, ſicuti *Petro Pauw* in imaginoſo ſpeculo viſum eſt.

37. Imo, ſpectri illius ludibria tanta ſunt, ut iſtæc excre-

menta *aquarum nomine* partu profundi reputent, ſicut id phantaſmatis *Petrum* eumdem illuſit.

38. Nequaquam ſiquidem rugoſa eſt Allantois atque veſtis adinſtar ſinuoſa, ut inter ſinus illos cavitates atque receptacula ſint, quibus *detineatur humor erodens & aſper*, uti mendaciter aſſerunt *Nicol: Rocheus* atque *Jac. Rueff.*

39. Nec enim Allantoidis uſus eſt fœtus urinam ſecludere, *ne matris uterum urinæ illius acrimonia exulceret*, prout errore tanto capti ſunt *Clar: Swingerus* atque *Hucherus*. Urina quippe fœtus aculeata ſi foret, ineluctabile profectò roſionis diſcrimen non modò matricem, ſed ipſam maneret Allantoidea; nam matrice matre centuplex tenerior eſt. Aliàs certè vel ſontica cauſa proferenda veniret cur tantæ teneritatis illa non arroderetur; vel quiſpiam ipſi præficiendus foret Averruncus, qui tot ab illa tunica rodentis urinæ denticulos averteret.

40. Nec inſuper intra farciminalem illam poſſibilis eſt urinæ ſimul & ſudoris infantilis collectio, ſicuti *Fr. Joëlis* ſomnia dictant.

41. Nequidem inter illam & Amnion colligitur urina ſola ſicut *Andernaci* atque *Fuchſii* umbratilis Anatome docet.

42. Nec inſuper inter ipſam atque Chorion eadem urina coacervatur, ut id ipſum jure meritoque pernegat *Jac. Sylvius* adverſus veſanum Hipp. atque Gal: calumniatorem.

43. Nec urinam propterea *ſibi* ſola *tantiſper aſſervat & colligit*, uti crudiſſima ferunt *Veſalii* verba, ab *Archangelo Piccolhomino* remanſa quidem, ſed aliorſum ſiniſtrè detorta, nec uſpiam dexterè concocta.

44. Nec unquam veſica urinæ tantum in Allantoidea tranſmittit ut illam impendiò diſtendat atque diffringat, ſicuti *Duretus* atque *Rubeus* ſplendidè mentiuntur.

45. Nec Allantoide plenà fœtus ità fulcitur ut vincula quibus utero coaleſcit minus propterea gravet, uti *Duretus* idem, Vir aliàs ita Verax, falſò ſibi perſuaſit.

46. Nec iſtæc diſtentioris Allantoidis *ruptio atque vacuitas* fœ-

fœtum ità permoleſtè ſuſpendit, ut illius retinacula abrumpat & ad exitum præcipitet, ſicuti *Duretus* idem fallaciter tradit.

47. Nec enim perpetuæ veritatis eſt, proruptis gravidarum aquis fœtum deturbari. Aliquoties quippe vidi, multis ante partum diebus, gravidis aquas effluxiſſe, ſalvo fœtu. Id ipſum quidem *Roſſetus* ex eodem mecum exſcripſit Naturæ Libro; ſed, errore *Dureti* lubrico, in *fallacem* lapſus eſt *ruptam Allantoidea*; Illam enim ruptam erumpentium aquarum auctorem, poſt *Clar: Langium*, injuriâ culpat.

48. Nec minoris fallaciæ ſunt, nec minus in Naturam injuriæ, *Fallopii* atque *Fabricii* de Allantoide urinam ab umbilici vaſis ſecludente cautiones. Illi quippe ſecluſorio ſuo præcavent 1°. ne vaſa urinæ contagio laxentur; 2°. ne refrigerentur; 3°. ne irritentur; 4°. ne diſtendantur; 5°. denique, ne arteriæ urinam illam in ſeſe attrahant.

49. Nec minoris demùm deceptionis eſt *Fallopianum* hocce & alterum dogma. Apud ipſum enim præconcepta mens de urina neceſſariè à fœtu ſemovenda in tantum valuit, ut quum nec *Allantoidea*, nec *Urachum* deprehenderet, urinam finxerit inter *Chorion* & *Amnion* transfundi. Atque adeò fingere rurſum eſt, *Amnion* eſſe pertuſam, quò ſuam mentulam fœtus in illud *Amnii* foramen toties intrudat, quoties micturus eſt in *Chorion*. Sed amabo! quis meiendi modus in fœmellis erit! Niſi urinæ à fœtibus arcendæ Patroni matulam ipſis peramicè præſtent.

FINIS.

CAROLI DRELINCURTII

DE

Tunica Chorio

ANIMADVERSIONES.

Τοις ἄλλοις χιτῶσιν ἔξωθεν ἐν Κύκλῳ περιβέβληται
τὸ Χωρίον.

Tunicis aliis extrinsecus in Orbem, & in modum Chori, *circumjectum est Chorion.*

Gal: Lib: xv. de Part: Usu.

Τὸ ΧΟΡΙΟΝ

δὲ ὀνομάζεται ἤτοι ἐπειδὴ χώρημά ἐστι τοῦ Ἐμβρύου, οἱονεὶ χωρίον; ἢ ἐπειδεὶ χορηγεῖ τὴν τροφὴν αὐτῷ.

Chorion verò dicitur seu quod sit foetus conceptaculum atque veluti regio & domicilium, *seu quod ei suppeditet alimentum.*

Gal: in Defin: Med:

Incomparabili Fratrum Illuſtrium
Pari,

D. D. ANTONIO D'AQUIN,

Chriſt. Regi ab omnibus Conſiliis, Ἀρχιάτρων
Comiti &c.

NEC-NON

D. D. PETRO D'AQUIN,

Regis Conſiliario & Medico Ordinario &c.

CAROLUS DRELINCURTIUS

S. P. D.

Pietas mea in p. m. Reverendum Veſtrum Parentem, Magnæ Reginæ olim Ἀρχίατρον, ac in Veſtrum præterea gl. m. Avunculum D. D. Vallot, Maximi Regis Ἀρχιάτρων Comitem, omninò refugit ut ſtricto pectore meo ampliſſimas premam animi Veſtri dotes.

Illîs enim, *Muſarum Colendiſſimi Myſtæ ac ipſius Apollinis Symmyſtæ*, ad Medici honoris culmina eſtis evecti. Nam ſicutì merito ſuo Veſtri Μακαρίτης ad gloriæ faſtigium perrexerunt, ità Vos, *Viri Meritiſſimi*, jure quodam Veſtro atque Virtutibus Avitis ad honorum apicem eſtis graſſati.

Faxit Altiſſimus ut quàm diutiſſimè toti Galliarum Regno, ac totis præſertim Familiis Aſclepiadeis ſalvi & incolumes præluceatis.

Valete, ſplendidi Viri & Artis ſplendidiſſimæ radioſiſſima Capita.

Veſtrum interim *Drelincurtium*, Virtutum Veſtrarum cultorem atque pro virili propagatorem, Veſtra proſequi benevolentia nequaquam ceſſetis.

Dedi Leidæ Nonis Junii. 1685.

Ονομάζεται

δὲ χωρίον ὑμὴν ὅτ῾ ὁ ἔξωθεν, ὃν διοδεύουσιν αἱ ἀρτηρίαι
τε καὶ αἱ φλέβες, ὕλας ἐκ τ῾ μήτρας εἰς
τὸ κυούμενον ἄγουσαι.

Hæc autem exterior tunica Chorion dicitur, quam arteriæ atque venæ permeant & materias fœtui deferunt.

Gal: Lib: 1. de Sem.

De Foetus Humani Membrana Chorio.

1. Chorion *inteſtinalem* eſſe tunicam oſcitanter admodùm *Valleriola* atque *Mercatus* interpretantur.

2. Chorion deinceps *ſecundinas* eſſe, & quidem quòd illa tunica formetur à fœtu *ſecunda*, oſcitantia eſt & altera duplex apud *Vaſſæum* atque *Perdulcem*.

3. Chorion ex utriuſque parentis impuriſſimo ſemine progigni *Capivaccii* atque *Heurnii* perſpicacitatis eſt detexiſſe.

4. Majoris adhuc acuminis eſt cum *Iacobo Sylvio* atque *Gorræo* Chorion determinare quà uteri ſuperficiem ſuccingit è virili ſemine produci; quà verò tangit uteri cornua è muliebri.

5. Nec minoris perſpicaciæ eſt cum *Courtino* Chorii textum Senario dierum numero complere & quidem è ſeminum parte duntaxat exteriori.

6. Illam porrò texturam matricis acetabulis tribuiſſe ſolertis eſt *Caroli Stephani*.

7. Hanc verò ab *externa umbilici tunica* contexere ſagacitatis eſt *Coiteri*.

8. Ab ejuſdem porrò *interiore umbilici membrana* Chorion eandem intexere dexteritatis eſt *Rudii* atque *Corteſii*.

9. Hæc autem membrana ludicro prorſus phantaſmate *Fuchſium* atque *Foëſium* deluſit. Ipſam quippe viderunt in orbem reflexam, & *coronæ adinſtar*, vel *circulorum more dolia cingentium*, fœtum ambientem.

10. Per eaſdem mentis nebulas ipſam rurſus viderunt *Platerus* atque *Grafius* unà tantùm in ſede cum utero connecti, *reliqua verò ſede à connexu liberam eſſe*.

11. Somniantis inſuper *Vidii* atque *Fallopii* Viſum eſt, Chorii cum Amnio conjunctio tam laxa ut intermediam urinam ſenſim admittat.

12. Immò, alterum eſt *Fallopii* ſpectrum, quo membranas iſtas è directo placentæ ſejunctas aliquando reperit.

13. Somnium adhuc portentoſius eſt, membranam illam toti quidem utero primitùs accreſcere, ſed ipſam deinceps

ab utero, *ceu bractea quædam à ferro*, diſſilire, juxta *Falconis* & *Altomari* deliria.

14. Deliriis iſtis Recentiores alios non pudet benevolam aurem præbêre: *Maſſarias* enim membranas fabrefactas & utero hærentes, ab utero perinde ſeparat, *atque nebula ab inſtrumento ferreo ſeparatur*. Clariſſ: verò *Whartonus* cenſet exceptum utero ſemen *parietes ejus paulatim deferere, ſeque intra cavitatem ejus conglobare* ut ovum inibi formet.

15. Graviorem his *Ferneliani* Codices errorem errant cum ſuo Chorio *lævi* quidem, ſed utero *hærente per acetabula, per quæ ſemen alimentum ad ſe rapit.*

16. Externæ tamen atque genericæ Chorii aſperitatis ratio *Spigeliana* prorſus eſt manca, non enim aſpredine ſua *placentæ* duntaxat *Chorion adhæret*, ſed ſuis utique fibrillis utero toti adnaſcitur.

17. Iſtis ergo fibrillis Chorion univerſa, qua ſaltem uterus placentâ vacuus eſt, radicatur, nec *vaſorum umbilicalium interventu tota cohæreſcit utero*, ſicuti *Sennertus* atque *Vigierius*, poſt *Swingerum* atque *Laurentium* ſuis Lectoribus illudunt.

18. Nec itaque *Vidii* atque *Mercati* ſententia vera eſt, quæ carnoſo quaſi glutine Chorion illinit & utero agglutinat.

19. Nuſquam enim Chorion, extra placentulæ ſuæ ſphærulam, carneâ ſubſtantiâ cernitur obducta, ſicuti *Fallopii* & *Arantii* monumenta teſtantur.

20. Nequaquam igitur experientiæ reſpondet affirmatio *Fuchſii* atque *Liebautii* de Chorio pollice craſſa & ſubſtantiæ nigricantis, friabilis atque fungoſæ & ex qua nigricans, ſubviridiſque ſanguis diſſectione profluat.

21. Atque adeò tunica noſtra Chorion, præ Chimærica ſua mole carnea de membranarum numero neutiquam expellenda veniet, illam licet *Veſalius* totis nervis expellere contendat.

22. Sed etſi carnea ſit nequaquam, non idcirco tamen cenſere eſt cum *Capivaccio* atque *L. à Fonte* tenuem illam eſſe

in-

inſtar telarum aranearum, idque ne pondere ſuo fœtum prægravet.

23. Nec aliundè reputandum eſt cum *Jacobo Sylvio* atque *Gorræo* Chorion craſſam admodum eſſe atque duplicem & exteriore ſua tunica, aliquantò craſſiori, cruentatæ papyro bibulæ craſſitie, mollitie atque colore ſubſimilem.

24. Nam quæ Chorii tunica interior erit aliud certe nihil erit quàm Amnios ipſi Chorio tam arctè conſerta atque connata ut nihil intermedium admittat, ſicut *Euſtachius* atque *Varolius* id, ante me, *non ex aliorum Scriptis, ſed ex Natura, ſenſu ipſo depromſêre.* Harveïanum itaque Commentum *de liquore nutritio inter Chorion & Amnion*, plane portentoſum eſt & tanti Viri monimentis prorſus indignum.

25. Sic inſuper ſponte ſua ruit & alterum iſtud *Courvæi* atque *Hornii* monſtrum, quo membranam illam delirant, *ab Intelligente cauſa quadam intervallo longiori ab Amnio diſtingui.* Nec immeritò; nam adjutrice mihi Cœlorum Intelligentiâ, indefinitum illud intervallum *Courvæi* ſedulò metitus ſum. Si qua itaque fides experto mihi *Carolo Menſori*, tot paraſangas meâ decempedâ inter Chorion & Amnion deprehendi, quot certè *inter ovuli teſtam atque pelliculam.* O membranarum igitur intercapedinem immenſam!

26. Exindè rurſus alteram ruere Chimæram neceſſum eſt, qua Chorion (ceu *filtrum*, & quod ineptius, ceu *ſetaceum*, ex mente *Courvæi* & *Everardi*) humorem percolat atque depurat ac fœtui ſugendum oggerit. Sed iſti Lyncei Nepotum Deceptores dum Chimæram fœtibus ſugendam obtrudunt, condigni ſunt prorſus, qui alio nullo paſcantur alimento, quam liquore Ovorum teſtis atque pelliculis intermedio. Nuſquam enim propius fibrillis attexitur Ovi pellicula teſtæ ſuæ, *quam Amnios Chorio*; ſola duntaxat interjacente Chimæra, in illo vacuo largiter bombinante, ac ſecundas inibi formante Logicorum Intentiones.

27. Verùm, Chimæræ, ſeu potiùs Hydræ illius capitibus aliquot jam reſciſſis repullulant alia. Illinc eſt ergo ut apud

Noſ.

Noſtros hydræ ſatores & a'tores legere ſit inter Chorion & Amnion turbidiorem eſſe liquorem, quàm inter Amnion & Fœtum. Pro hac certè Hydra ſua adverſus Herculis ſagittas & ignem tutanda, toti *Courvæi* & *Everardi* ſequaces cœlum terramque conteſtantur.

28. Immo *Hydræ* illius *aqua*, id eſt liquor tunicis percolatus principiô Conceptus uberior eſt in Chorio, parcior autem in Amnio. At ediverſo, ſub partum, in Chorio parcior eſt, uberior in Amnio. Id ſaltem demenſi Hydræ ſuæ demetiuntur illius Educatores. Sed, uti fide ipſis nullâ, ità & aſſenſu meo nullo.

29. Ejuſdem fidei ſinceræ, ſeu potiùs inſinceræ eſt apud *Segerum peculiares dari tubulos in Chorion hiantes, per quos materia alba, ſeu Chylus, ità jubente Natura, in Chorion deſcendat.* Quòd ſi tubulis ſuis Genium in Virginibus tutelarem à coalitu *Segerus* præpoſuiſſet, atque liquorem ille mirificum, nullis quidem tubulis in uterum corrivatus eſſet, ſed cœlitùs depluere pronuntiaſſet, id utrumque profectò, fide tam ſancta fuiſſem amplexatus ac Socratis Genium atque Danaës imbrem aureum ſanctè complector.

30. Etenim Medicorum nullus, etſi præſtigiator foret, liquorem ullum inter Chorion & Amnion mihi ceſſurus eſt unquam. Atque adeò nec *Fabricius*, nec *Du Vallius* fidem meam impetraturi ſunt ſuper urina fœtus *in Chorii fundum* ex uracho ſtillante. Somniantium quippe Viſis nulla fides eſt adhibenda.

31. Pariles offuciæ ſunt apud *Joh. Liebautium* atque *Petrum Salium Diverſum* de humoribus impuris & fœtui ineptis, non quidem inter Chorion & Amnion congeſtis, ſed *inter Chorion & Uterum, ac in ipſis Uteri venis*, tanquam in cloaca, toto novimeſtri decurſu ſtagnantibus, donec puerperio vacuentur.

32. Iſtoc *Liebautii* atque *Diverſi* dogmate putido putidius eſt adhuc & alterum iſtud *Fœſii* atque *Hucheri*, poſt *Gorræum* atque *Swingerum*, quo docent *ſanguine primitùs Chorion eſſe ſuffu-*

ſuffuſam atro, craſſo atque fœculento, quem fœtus in medium Uteri atque Chorii ſpatium velut inutilem rejicit, tenuiore in ſeprolecto.

33. Næniarum ſatias me tenet. Nihilominus, mihi temperare nequeo quin *Joëlem* arguam cum ſua Chorio in naturali partu *ſemper excuſſa cum fœtu*. Sexcenta quippe mihi ſuppetunt exempla ubi Chorion *nunquam cum fœtu fuit excuſſa*, ſed à fœtu in utero *ſemper relicta*. Meningas quippe vel fœtus ipſe, vel obſtetrix pertundit, & illis pertuſis prodit fœtus in lucem: ſed ſuas in utero relinquit ſarcinas, membranas nimirum atque placentam, ſecundo deinceps velutì partu ab utero pellendas. Valeant igitur iſtæ *Joëlis* næniæ næniarum.

34. Suas rurſum aniles tres alias lactentibus ille fabellas occinat ſuper Chorio p. n. in utero retenta propter vel *validam Chorii cum cotyledonibus connexionem*; vel *convolutionem ejuſdem ex calcitratione infantis*; vel illius denique *detruſionem in aliquam uteri partem*, in quam ſcilicet, velut in ſtrictiorem angulum, ita compingatur ut anguſtias illas eluctari nequeat.

35. Iiſdem anicularum fabellis ſupinam *Bonaventuræ* ſcriptionem annumero, quâ *Fernelium* extollit *acutè notantem* fœtum in partu, *exitûs anguſtiâ ſuam Chorion exuere & invertere*. Illâ ſiquidem Obſervatione acuta nihil obtuſius eſt. Chorion quippe fœtus nullus, ſuo per uterinæ cervicis luctamine vel *invertit* unquam, vel *invertere* potis eſt. Sed Chorion vel à fœtu, vel ab obſtetricante pertuſam, unà cum umbilico ſuo, trajicit fœtus: Mox verò placenta vel matris ſolius robore, vel alieno etiam adjumento, decutitur à matrice & inverſa prodit, utpote prævii ſui & infantis & umbilici ſequax. Hæc ergo placenta taliter decuſſa & *inverſa* membranas ſibi atque utero cohærentes abripit, ac etiam *invertit*. *Fernelius* igitur atque *Bonaventura* nequaquam acutè, ſed obtusè admodùm *fœtui* tribuunt quod unicè atque neceſſariò *placentæ* tribuere eſt. Hæc enim membranarum ab utero deglutinatarum, ac etiam *inverſarum* auctor eſt unica, non verò fœtus.

36. Vultis gravium errorum ſuprapondium quoddam? Ternarium recordemini membranarum numerum, à Nobis ſuperiùs explosum, ac mirificas deinceps recolite fœtuum *Lalamantii* per tot membranarum ſpatia trajectiones atque peregrinationes. Is quippe *Lalamantii* fœtus, menſe geſtationis octavo, ab Amnio tranat in Allantoidea; & ab Allantoide peregrinatur in *Chorion*. Hæc ergo tunica Chorion fœtui peregrina prorſus eſt. Jure tamen humanitatis peregrinatorem illa fovet & enutrit, nec ultrà vagari ſinit; ſed illum ſinû excipit atque conſervat, ne ſcilicet abortu ſeſe præcipitet εἰς τὰς κρημνὰς καὶ τὰ πέρυγώματα τῆ αἰδοίᾳ τῆ μητρώᾳ, *in prærupta materni pudendi labra atque pinnacula*. Vultis rurſum hiſce fidem duorum ore ſuffultam, *Bonaventuram* paucis auſcultate? Is enim *Lalamantium* ſuſpicit, quaſi *rectiſſimè*, ac etiam *Divinè* docuiſſet fœtum Amnio & Allantoide octavo menſe diffractis, abortu ſeceſſurum, niſi *Chorion fœtum illum gremio ſuo exciperet, eique lectulum quaſi ſterneret, nec-non alimento ipſi ſuggeſto præcaveret Abortum*.

O ſupremè laudandam Chorii benignitatem atque providentiam, & cui nulla *Tertulliani* Alemona Dea compar eſſe queat!

FINIS.

CAROLI DRELINCURTII

DE

MEMBRANA FOETUS

Agnina

CASTIGATIONES.

Τὸ δ' βρέφος περιέχεται χιτῶσι· Τὸν μὲν λεπτὸν καὶ μαλακὸν
Ἄμνιον αὐτὸν Ἐμπεδοκλῆς καλεῖ.

Fœtus autem tunicis involvitur, quarum tenuem ac mollem Agninam vocat Empedocles,

Ruffus Ephesius Lib: 1°. Et Julius Pollux Lib: 2°.

Ὅλῳ

γὰρ τῷ κυημένῳ ἔτι ζώῳ πανταχόθεν ὑμὴν περιβέβληται λεπτὸς, ὃν Ἄγνιον ὀνομάζουσι.

Toti enim foetui, dum utero geritur, membrana tenuis circumjecta est, quam Agninam appellant.

Gal: in Lib: xv. de Usu Partium.

Viro verè Illuſtri,

A C

Illuſtris Medici Filio,

D. D. ANTONIO D'AQUIN,

Chriſt. Regi ab omnibus Conſiliis Ἀρχιάτρων *Comiti &c.*

CAROLUS DRELINCURTIUS

S. P. D.

Medicorum filios tota celebravit antiquitas. Quidni ergo te celebrem, *Vir undique hereditaria tua, ſingulariſque Virtute Medica ſplendeſcens?* Tu quippe, *mî Antoni*, qui merito tuo Maximi Regis Ἀρχιάτρων Comes es, ſplendentibus tuis animi dotibus, atque medelis inculpatis, tantæ Aulæ oculos in te unum ità convertis ut ſinguli Magnates temet in oculis gerant.

Velit Luminum Pater ut quæ lux animi in te accenſa eſt, totum Literarum Orbem quàm diutiſſimè colluſtret, atque ſuis radiis vivificis lethiferas morborum umbras quàm feliciſſimè diſcutiat atque diſpellat.

Iſtæc vota certè non una duntaxat vetus mea tecum exigit neceſſitudo, ſed grata mea, *ab Avunculo & Deceſſore tuo D. D. Vallot*, Ἀρχιάτρων *olim Comite*, accepti beneficii recordatio. Is enim me, ipſa ringente invidia, poſt triennale meum Domeſtici Medici Munus apud Principem à Turenna, ſempiternæ memoriæ Heroëm, Regiis Medicis inſcripſit.

Vale & cultorem tuum, fataliter à te diſſitum, cogitatione frequenti complectaris.

E Lugdunenſi Muſeo meo, Idibus Junii 1685.

Ὁ Ἀμνειὸς ὀνομαζόμενος ὅλον ἐν κύκλῳ περιλαμβάνει τὸ κύημα.

Tunica Amnios dicta foetum orbiculatim cingit.

Gal: Lib: 1. de Spermate, Et Lib: de Dissect: Uteri.

De Tunica Amnio *ſeu* Agnina.

1. Tunicæ *Agninæ* locô *Animam* legi, apud alienæ mentis Interpretes infidos *Alexandrum Benedictum* atque *Foreſtum*, craſſior eſt error, quàm ut illum obelo meo compungam.

2. Hebetudinis eſt ejuſdem *Animâ* & *Agninâ* ſuppreſſâ *Animum* & *Ambium*, (atque adeò, ſi Diis placet, *Cambium*) ſæpius inculcaſſe, unà cum *Gabr. de Zerbis* atque *L. à Fonte:*

3. Agninam rurſus, *niveæ agnæ* candoris æmulam, ſanguine cruentare & *Amnion*, quaſi Ἄμνιον, illam ὀπὸ τῦ αἵματ@ *à ſanguine* deducere, Medicos decet verborum aucupes, & in Literis quidem acres, ſed in Phyſicis obtuſos, *Conſtantinum* atque *Schrevelium*. Verùm, cordatos dedecet opificii Naturæ ſpeculatores *albam* illam *prorſus atque candidam*, cum *Rod: à Caſtro* atque *Bartholino* renunciare, mox interim eandem ſanguine ſuffundere, *ſacrum* quaſi *naturæ ſanguinem*, (ὡς ἐν αἰμνίῳ velut in vaſe) contineret, *è quo virtute ſeminis per illum diffuſi, hominem novum eſſet formatura*, utì loquuntur, ore uno, *Lindanus* atque *Schenkius*.

4. Quæ ſiquidem vaſa *Fabricii* ſedulitas atque *Bartholini* Centuriæ in ipſa detegunt, ad Chorion attinent, nec hilum tunicæ noſtræ candorem purpuriſſant. Candidus ergo profiteor humanam *Amnion* omnem, (Chorio attextam atque adeo juris alterius & ditionis alienæ) exanguem eſſe. Sed ediversò confiteor brutam *Amnion* à *Chorio* disjungi, atque adeò municipali jure vaſis irrigari, ſicut id ipſum acutiſſimus *Fallopius*, ante me αὐτόπτλω, ſagaciter odoratus eſt.

5. Inſcientes igitur *Capivaccius atque L. à Fonte* veritati litant, *Amnion* delineando *vaſis implicitam inſtar Allantoidis*. Omnis quippe Allantois, brutam naturam meritiſſimo deſcribente *Needhamo*, ſanguinis exors eſt.

6. Noſtra inſuper *Amnios* nequaquam *Allantoidi formâ ſimilis eſt*, ſicuti perappoſitè atque ſcienter ab errore tam ſupino ſuos Lectores *Jac. Sylvius* abſtrahit & erigit. In illum tamen redit atque reſupinatur *L. à Fonte*. Amnios quippe univerſa toti concavo & ovato attexitur Chorio; atque ita figuram quidem *Ovatam*, ſed *farciminalem* minimè præ ſe fert.

7. Amnios præterea univerſa, ab Embryone atque Fœtu, intermedii liquoris altitudine totâ, tota diſſidet. *Amnios* igitur nulla fœtui *proxima* eſt, ſicuti *Fabricius* atque *Veſlingius*, poſt *Veſalium* & *Arantium* id nobis ad tædium inculcant.

8. Unâ ergo tonſurâ Barbitonſor unus & alter, *Thevenînus* ſcilicet atque *Habicottus*, condigni ſunt, quòd Amnio ſuâ fœtum *immediatè* involvant.

9. Si quis porrò ſentiat, Typographorum vitiô, primam illius adverbii, apud iſtos *Pulverini* atque *Liddelii* ſequaces, redundare Syllabam, arguat, quæſo, & alios *Highmori* atque *Bartholini* Typothetas, fœtus humanos *Amniö* pariter *immediatè* cingentes.

10. Sed, ne quis vitilitigator nodum in ſcirpo quærat, quo Scriptoribus iſtis patrocinetur, conſulat velim vel *Bonaciolum*, vel *Laurentium*, vel *Lindanum*, vel *Gelæum*, & ipſos in idem erroris volutabrum devolvi comperiet: Suos enim fœtus *Amniô* ſimiliter *immediatè* convolvunt.

11. Verum, ut omnis anſa cavillandi reſcindatur, hanc *Riolani* tunicam, *fœtui vicinam*, paulò propiùs ſpeculemur, & ipſam deprehenſuri ſumus, ex *Valverda*, non ſolum *umbilici interventu adhærêre fœtui*, ſed &, ex *Varandæo*, fœtum *penitus ſuccingere*, &, ex Spigelio, *undiquaque veſtire*, atque, ex Pavio, *immediatè tangere*, vel, ex *Lælio* demùm à *Fonte*, *Univerſo fœtui uniri*.

12. Preſſius dicam *Amnion* illam non modò Scriptoribus *Rocheo* atque *Vaſſæo* fœtus *Armaturam* eſſe; ſed & Cl. Sebizio *veſtem immediatam*, & quæ non duntaxat *fœtus partes altas*, *nec humore merſas tangat*, uti *Jac. Sylvius* docet; ſed fœtui inſuper toti *contigua* ſit, ex *Perdulci*. Immò, hæc

Amnios

Amnios ipſa *fœtui cruſta eſt*, *calore matricis*, *velutì furni*, *leviter aſſata*, ex *Ronſſeo* atque *Jouberto*.

13. Plura vultis, *Mercurialis* attendite pelliculam fœtui circumcretam *inſtar tunicarum*, *quæ pinguibus juſculis obducuntur*: Vel membranulam inſpicite *G. de Zerbis* Embryoni adnatam ſicut in *pulmentis frigidatis*: Vel hanc demum tunicularn contemplemini, quæ fœtibus *Hornii* haud ſecus accreſcat ac folliculus *vino*, *cereviſiæ atque ſero innaſcitur*. Iſtæc inquam diu & attente ruminemini, atque poſt acrem illam atque diuturnam ruminationem mihi decernite modum, quo fœtum inter atque tunicularn *ipſi proximas & immediatas*, ut loquitur *Arantius*, vel ſudor ullus, vel ulla urina, vel ullus denique nutritius humor colligi queat. Iſtud quippe dogma triplex mentem meam longè tranſcendit: Plurimas interim menteis vel hodie ſubit atque faſcinat.

14. Difficultatem primam *Joh. Falco* actutùm ſenſit. Illius ſiquidem infringendæ gratiâ diffitetur omnino ſudorem in Amnio congeri. Nam, Amnion aſſerit *Induſium* fœtus eſſe, &, *Induſii more*, porulis ſuis ſudorem à fœtu manantem, illúmque tenuem & aëreum, penitùs detergêre ac exorbêre. Sic *Lemnius* hancce pelliculam ſtatuit *ſudorem vaporémque* à matureſcente fœtu *manantem abſorbêre*.

15. Sic profectò *Mercatus* hancce noſtram Amnion ſuis fœtibus, [ſudore nullo diffluentibus fœtuum adinſtar *Iac. Sylvii* atque *Spigelii*] tam arctè cohærêre profitetur atque *Muſcus adhæret arbori*.

16. Sed amabo! Quî hæcce *Mercati* membrana, quæ proximè continet & involvit Embryonem, ipsique ut *muſcus arbori hæret*, eidem *Mercato* concedere potis eſt ut *circa illam volutetur Embryo*, nam iſthæc *Mercati* verba ſunt, ipſi dictante *Valleriolâ*: Embryonem quaſi vellent circa ſuam Amnion perindè *volutari*, atque funiculus circa trochleam ductus atque reductus. Valeat ergo *Mercatus* ipſe, nec-non Dux ejus erroneus, *Car.* nimirum *Stephanus*, cum Embryone ſuo, *qui circa Amnion involvitur*.

17. Rursùm, undenam quæso tam amabilis atque tam miranda Embryonis volutandi machina nobis advenit? Nemo omnium est, qui Palladii ritu cœlitùs delapsam velit. Illius igitur origo est aliundè repetenda. Verùm, Patre dubio ità nata est, ut operosum sit in genuinos ejus inquirere Natales. Ne tamen Spuria audiat, scisciteмur vel à *Constantino*, num ab uteri mucilagine concrescat? Vel ab *Heurnio*, num ex *utriusque Parentis impuriori semine prognata sit?* Vel à *Cæsalpino*, num illa sit *fœtûs extimæ cutis continuatio quædam ab umbilico* decidua? An verò sit oriunda *à carnosa fœtus membrana*, sicut illam *Arantii* atque *Rudii* mentem amplexi sunt *Cortesius* atque *Hofmannus*.

18. Jam verò si nec *cutis* nec *caro* sit Amnios elongata, consequens est ipsam nihil minus esse quàm *densam* & quidem ità densam ut *densitate sua fœtum arceat ab excrementis Allantoideæ*, sicutì *P: Pauw* commentatur in *Vesalium*.

19. Nec ergò *crassa* insimul atque *robusta*, idque ut sudorem *acrimoniâ & fœtore molestum contineat. ac fœtûs*, insuper *motionibus*, *obsistat* sicutì *Jac. Sylvius* & *Altomari* philosophantur.

20. Ruditer igitur illam, *Cæsalpinus*, ceu *durissimam omnium* contexit, ut scilicet eò firmiùs totum fœtum circumplectatur.

21. Nequaquam interim *araneosæ tenuitatis est Amnios*, idque *ne suo contactu fœtum lædere posset*, sicutì *Paræus* suis fœtibus illam prudenter apparat.

22. *Highmorus* itaque, Allantoidis Magnus ille Patronus, graviter lapsus est, dum Amnion celebrat *omnium tenuissimam*. Nam ubicunque Allantois Amnio socia est, ibi certè nequaquam *Amnios* est *tenuissima*, sed *Allantois* ipsa, cui immeritò patrocinatur *Highmorus*: Ipsi etenim humanæ naturæ fidissima vox ad ravim usque reclamat.

23. Dum Amnios nostra nec sanguinea, nec roborea est, sequitur omninò ut propriis viribus consistere nequeat, sed aliena nitatur ope, *Chorii nimirùm*, cui tam firmiter & tam ar-

arctè ubique cohæret, *ut nihil inter utrumque recipi ac colligi possit.* Id ipsum verò, ante me natum, *B. Eustachius* atque *Varolius* adamantino stylo ad ipsam Naturæ speciem exsculpserunt Immò *Merindoilus* ulteriùs adhuc processit, has quippe membranas non modò *sibi invicem undequaque cohærentes* sculpit, sed & *continuas* non verò *contiguas* vel mutuò velutì conglutinatas.

24. Meritò igitur *Fabricius* atque *Paræus* observant *ambas hasce tunicalas ità connexas esse*, ut, nisi cautè divellantur ab invicem, *facile Amnios occultetur rumpaturque.*

25. Tantæ profectò veritatis istæc est Observatio ut *Bonaventura*, suo licet adjutus Tonsore, Amnion novimestrem universè diffregerit atque penitùs obliteraverit. Etenim, dum illius tam ruditer discerptæ vestigium nullum odoraretur, dejerare non erubuit Amnion illam *ob motum infantis, septimò factam, jam diruptam fuisse: atque paulatim evanuisse.* O supinam Viri sciticantiam! O damnosam Arti Nostræ Medici credulitatem Tonstrinis unicè dignam!

26. Hinc similiter ad Tonstrinas apage te, mi *Courvæe* & *Everardi* cum Amnio tua *intervallo longiori à Chorio distincta*, ut illa scilicet intervalli amplitudine largâ, tibi pascua sint, quibus fœtum humanum umbilico revinctum, *ceu Boramem Scythicum*, in Tuis Elysiis feliciter enutrias.

27. Hinc rursum apage te tumultuaria Novantium turba, quæ in istæc tota ruis unius & alterius cerebrosi hominis imaginaria spatia, nutritio fœtûs succo tam largiflua, quàm aureo Imbre suo Jupiter in Pellicis gremium largifluus est.

28. Quùm itaque naturaliter illæ tunicæ connatæ sint ac individuæ, dolenda certè est gravium in Arte Virorum ἀθλεψία, *Coiteri* nimirùm atque *Laurentii*, cæcitate quadam abreptorum *in Amnion liberam omni ex parte, præterquàm in regione Placentæ.*

29. Immò, ne quis secum reputet *libertatem* illam Amnii non excludere contiguitatem ejus cum Chorio, *Gr: Horstius* providè nos monet *libertate* tantâ quamdam importariâ *Chorio dissantiam.*

30. Imò, rursus, supinum errorem illum *Platerus* conduplicat, suam siquidem liberam Amnion *ipsi Fœtui ad umbilicum* connectit atque mancipat. Dolendum igitur est iterum, in tantis erroris ac inscientiæ tenebris integras versari Neotericorum Myriadas. Nam, utì præmonui, hacce *fictitiâ* Chorii & Amnii *libertate* pellecti atque cæcati, toti certè in istæc *libera* atque *ficta* tunicarum barathra, [à quibus abhorret omnis humana structura,] aguntur transversi, ipsos licèt aliò fulgentissimum Naturæ lumen sit fidissimè sempérque ductura.

31. Dum ergo radiosissimus ille Naturæ Liber cuivis cordato plenissimè refulget, aliâ profectò nunc viâ incedendum nobis est, quàm hactenus itum est. Nec enim ampliùs inter tot densas ignorationis pristinæ tenebras cum *Carl. Stephano* atque *Fabricio*, nec non *Harveo* ipso atque *Slado* palpare est ut humorem in Amnio humana, ab humore Chorii quantitate varium statuamus. Inter istas quippe tuniculas *quippiam colligi nexus ipsarum prohibet atque observatio fida refellit*, sicuti perenne *Vesslingii* atque *Whartoni* sidus ex ipso Naturæ humanæ Cœlo nobis gratissimè præfulsit, post *Eustachium* atque *Varolium*, bis, eo nomine, hîc laudatos ac supremè laudandos.

32. Hac insuper luce dispellitur illa caligo *Courvæi* v. g. atque *Hornii* de humore porulis Amnii tenuiùs saccato, quàm Chorii sacculo. Ille itaque *Regii* atque *Diemerbroeckii* purior, limpidior atque dulcior in Amnio liquor quàm in Chorio, velut umbra fugatur.

33. Hac insuper Anatomes meridiana luce, *Whartoni* atque *Segeri* Fœtus lymphaticis lacteisque tubulis irrigui, per Elysios inter Chorion & Amnion *Courvæi* campos velut umbræ vagantur.

34. Liquoribus ergo tunicas inter nullis, consequens est ut Amnios sola apud *Fabricium* absolutæ necessitatis non ampliùs dispaleſcat, quasi nimirum excipiendo fuderi destinaretur. *Fabricio* quippe meritò reponit *Harveus* [illegible]

multa nunquam ſudare, atque ità Amnio ſudatrice nuſquam egêre.

35. Rurſum, è liquore inter *Amnion* & *Chorion* penitùs nullo, vaniſſimum eſſe liquet *Bauderoni* atque *Ranchini* monitum de Amnio, initiô quidem laborioſi partûs diruptâ, utpote tenera; ſed irrupto Chorio, utpote fortiori.

36. Sed, etſi liquor nullus nec ab utero nec à fœtu, medias tunicas Amnion atque Chorion interfluat, exindè tamen nequaquam elicere eſt fœtûs tenerrimum corpus urinâ circumfluum, *neceſſariò exulceratum iri*, prout meticuloſi reformidant *Bonaventura* atque *Campanella*. Fœtus quippe cutem ſi *neceſſariè ulceraret urina*, quidni tuniculas ejuſdem longè teneriores arroderet? Nec enim Ἀμνιὰς Dea de Cœlis deducenda venit, quæ tunicis parcat. Quòd ſi talis in natura rerum extaret, illa profectò jure quodam municipali, ſolam *Amnion* ſibi cognominem, ſibique dilectam ab omni roſione vindicaret; Chorion verò, perindè ac fœtûs cuticulam atque cutem, humori ferino ac edaci corrodendam objiceret.

37. Nec interim exulcerationis illius declinandæ causâ fingere eſt cum *Bathurſtio* & *Everardo*, [juxta dogma *Euſtachii* atque *Varolii* ævô litigioſum] Urinam fœtus tam arctè veſicâ coërceri, ut illius ne guttula quidem exſtillet in Amnion. Urinam enim è fœtibus Urethrâ profundi mecum attendunt Naturæ Sequaces *Merindolius* atque *Riolanus*, poſt *Arantium* atque *Corteſium*. Oſcitantes ergo hallucinantur & toti a Natura devii ſunt *Gaſſendus* atque *Sebizius*, poſt *Platerum* atque *Vigierium*, dum Urachô fœtuum urinam exportant.

38. Quùm itaque fœtus utero concluſus pro modulo ſuo meïat, *prout ſyſtematis mei Perioche* 50. *id firmiter aſtruit*, pro certo etiam ponendum eſt liquorem Amnii augeſcente fœtu adaugeri. Naturæ ergo penitùs adverſantur *Veltkuſius* & *Everardus*, poſt *Guiffartum* atque *Courvæum*, dum tunicarum aquas ſenſim imminui confingunt, ut ſuos fœtus alimenti penuriâ preſſos proferant in lucem. Ipſis quippe ſin-

gulis meorum Fœtuum inſpectio frequens & attenta reluctatur omninò. Nam, illorum adultior quiſque aquis onuſtior eſt; ac omnis inſuper abortus atque partus, in iiſdem matribus ſanis & priſtinæ diætæ addictis, prout menſibus provectior eſt, ità & aquis fertilior eſt.

39. Jam verò brutarum animantium ſecluſas aquas [non verò permiſtas atque confuſas, ſicut in humana ſpecie] pondere atque menſura quoties exploravi, totiès certè *Needhamum* atque *Sladum* generoſos extuli Naturæ Patronos adverſus *Harveum*, nec omniſcium, nec errore vacuum; & cujus hicce nævus de fœtuum adultiorum parcioribus aquis, pulchram ejus Orientis Animalis Tabellam minime venuſtat.

40. Illius aquæ porrò auctioris atque auctioris indies genuinum ortum, altis ignorantiæ tenebris hactenus demerſum, qui mecum à primordiis arceſſurus eſt, conſectetur, quæſo, pede preſſo, Naturam ipſam fœtus Opificem, ab ejus ſaliente puncto ad partum uſque, & deprehenſurus eſt quantæ Veritati, *in mei de Fœtu Syſtematis Perioche* 29. & 30. litaverim.

41. Quiſquis itaque Scriptorum Placita ad fidam illam Naturæ regulam diriget, is certè detorta quæque rejecturus eſt, quæ nuſquam ad amuſſim illius Naturæ quadrant. Sic v. g. *Merindolii* atque *Mauricæi* judicium ſuper Embryonum aquis, minimè rectum eſt, dum illas à cutaneis ducit halitibus *membranarum denſitate concretis.*

42. Sic inſuper obliquum eſt omninò *Cæſalpini* Decretum quo Embryonum aquas *à ſuperflua* repetit *menſtruorum humiditate*, *quæ in Embryonis coagulatione ſeparatur.*

43. Sic rurſum prævaricari eſt cum *Pinæo* atque *Riolano* has Embryonum aquas primitùs idcirco conſurgere quod *utrumque ſemen fermentatione quadam craſſeſcat atque compingatur & vapores de ſe fundat*, *qui in Amnio concreſcant.*

44. A recto prætereà deflectere eſt, *cum eodem Riolano*, aquas Embryonis Placenta carentis, ab ipſa exprimere Placenta: quaſi in illius moleculæ ſanguinea concretione, ceu

ceu è ſanguinis educti coagulo, ſerum quoddam eluctaretur toti refundendum Embryoni.

45. Lævæ tandem mentis eſt, *cum eodem adhuc Riolano*, ſuum flectere judicium ad ſanguinis ſerum Embryonis habitu *digeſtum* & in Amnion *exudans*, idque præ cutis Embryonicæ raritate & ambientis uteri tepore. O ſtupendum Myſticæ Naturæ portentum, quò tenellulus Embryo vel nondum concretus, vel mole duntaxat puncti ſalientis, cutaneis nihilòſecius porulis ſuis, ceu tot ſiphunculis, ſudorem tam largum emittit, *ut illo undiquaque diffluat*. Providum enim Embryonem Natura requirit, quò ſuam Amnion mature atque conſultò ſuis ſudoribus expleat, in futuros Partionis uſus, ſicutì *Bellonius* atque *Marchettis* id nobis inſinuant.

FINIS.

CAROLI DRELINCURTII
DE
FOETUUM PILEOLO
ſive Galea
EMENDATIONES.

Solent pueri pileo inſigniri naturali, quod obſtetrices rapiunt & Advocatis credulis vendunt, ſiquidem Cauſidici hoc juvari dicuntur.

Ælius Lampridius in Antonino Diadumeno.

ANTONINUS
DIADUMENUS

Puer pileum non habuit, ſed Diadema *tenue, ſed ita forte ut rumpi non potuerit, venis intercedentibus ſpecie nervi ſagittarii: Ferunt denique* Diadematum *puerum appellatum.*

Ælius Lampridius, ibid.

FELICISSIMO

atque Ditiſſimo Paternæ Virtutis heredi,

D. D. JACOBO GRONOVIO,

Græcæ Linguæ & Hiſtoriarum Profeſſori meritiſſimo, reconditioriſque Literaturæ non minùs aſſiduo & indefeſſo cultori, quàm induſtrio atque perſpicaci,

CAROLUS DRELINCURTIUS

Collega conjunctiſſimus

S. P. D.

Viro Literato nihil optatius accidit quàm à laudatis laudari. Quàm igitur optatò mihi contigit, *Laudatiſſime Gronovi*, honorifica tua mentio de me, in eruditiſſimis tuis *de Juda* lucubrationibus.

Gloria apud te gentilitia eſt literatio ſanguine cretum Horoïco. Paterno autem ſplendore non modò refulges, ſed propriis animi dotibus undique coruſcas. Te ſiquidem illuſtrant ſegetes illæ fœcundæ & uberes, quas indies ex immenſo demetis hereditario tuo fundo, quem ſtudioſè prorſus atque feliciter recolis. Vale.

Dabam Athenis Batavis XX. *Kal. Jul.*
MDCLXXXV.

ANTONINO
DIADUMENO,

Pilei loco, pertenue fuit Diadema, futuri mox imperii præſagium: undè ſit ratio item cognominis.

Ludov. Cœl. Rhodig. Lect. Antiq. Lib. XV. Cap. XXII.

De Membrana quarta quam galeam, vittamque vocitant, & quâ galeati, vittatique denominantur Infantes.

1. Qui binarium Noſtrum tunicarum numerum oculis & mente frequenter complexus eſt, nullâ profectò fide ſtabit *Cornelii Gemmæ*, quartam quamdam nobis obtrudentis *ex ſuperabundanti ſeminis recremento, virtute formatrice in omnem circumferentiam validius fulâ.*

2 Quum Entis nullius nullæ ſint affectiones evidens eſt prorſus fallacem eſſe *Gemmam*, dum hancce tunicam nobis rurſum oggerit, ceu revera nihil aliud eſſet quam *membranæ alterius rudimentum* Amnio quidem longe *tenuius*, ſed *ſolidius* multo.

3. Abſurdorum catena quædam eſt apud eundem: hanc quippe tunicam profert iterum *Gemma*, *purpureo limbo*, ceu fimbriâ coccineâ decoratam atque rutilantem.

4. Si qua igitur habenda fides illius Viri cacatæ chartæ, hæc ipſa tunica, nativâ ſuâ ad oras purpurâ tam mirifice coruſcans, primum illud atque naturale *Diadema*, quo *Diadumeni* ſplendeſcunt, meritò conſtituet. *Appellationis* enim *hæc videtur eſſe cauſa*, Viro aliàs emunctiſſimæ naris, *Lud. Cœlio* & *Iſaaco Caſaubono.*

5. Quàm ingenti deinceps errore oculatiſſimus alter in Literis reconditioribus Vir, *Claudius Salmaſius*, cæcatus eſt dum *Lampridii* fabellam commentatur ſuper hacce *Antonini Diadumeni* membranula. Illam quippe *Salmaſius* admittit tam fortem fuiſſe *ut Viri inter ſe tendentes illam rumpere non potuerint, ſpecie nervi ſagittarii, qui tenditur quidem, non tamen rumpitur.*

§. Sed deſertum à nobis *Gemmam* recolamus & errorum ejus catenam, minime gemmatam, reſumamus atque diſnecta-

mus. Me pudet omninò tot annulos iſtos, gemmis nudos, adulterinos inſuper eſſe, omnes ad unum. Quis enim reputet aurum v. g. obryzum eſſe *C. Gemmæ* tunicam illam, toti non ſolum capiti circumvolutam, ſed quæ *umbilico tenus circumplicet infantem?*

7. Conſequens annulus perinde adulterinus eſt ac prior ille. Nuſquam enim iſtæc membranula ingentis auctor eſt periculi, *niſi quàm celerrimè de puello nato detrahatur.*

8. Fides potiùs omnis noſtro *Gemmæ*, ocyor aurâ, *detrahenda* venit ſuper ejus Primo-genito, qui ſupremum in vitæ diſcrimen idcirco incurrit, quod hæc tunicula confeſtim ab ipſo non fuiſſet revulſa, dum illà nimirum larvatus prodiſſet in *Mundi Theatrum.*

9. Annulis iſtis ita ſolutis atque rejectis, in oculis omnium eſt nec annulos *Gemmæ* gemmatos eſſe; nec ipſum *Gemmam* annulatum eſſe, ſed ſcoparum diſſolutarum adinſtar ne quidem parem eſſe pauculis iſtis ſordibus everrendis, quas ipſe fœminis aſcribit galeatos parientibus: Has ſiquidem fœdè admodum atque mendaciter narrat *vix ullam vel feri, vel muci copiam ſub partionis tempus evacuare.*

10. Verùm, *Gemmæ* mendacis & auri adulterini me tædet. Aliorſum igitur excurram doctrinæ liberalis ergò. En, in *Veſalium* incidi, Virum aliàs magni pretii, ſed qui nunc nugigeris, & quidem ſermone lacinioſo atque vano, naſcentium haſce lacinias, maſculas quidem *Galeæ* vel *Thoracis* formâ; Fœmineas verò *Vittæ* vel *Induſii* ſpecie vænales proponit.

11. Eſto itaque, ſint tunicarum illæ laciniæ *Caſſides* quædam atque *Loricæ*; vel *Tæniæ* quædam ac *Interulæ*, an illas propterea *utplurimùm fœtus ſecum foràs adducit, illiſque coopertus, in facili potiſſimùm partu, proſilire ſolet?* Sicutì *Carolus Stephanus* atque *Valleriola* tot iſtæc rudia ac indigeſta verba conglomerant.

12. Immò ruditatis indigeſtæ glomeramen *Lemnius* auget. Has quippe tunicas 1°. ex *Allantoide* & *Amnio* duplicat; Illas

Illas deinceps ſuis fœtibus *affigit*; ac ipſas demùm cum infante, cui *affixæ* ſunt, ab utero *proſilire* jubet. Pila quidem luſoria vel ſiccior pulſum requirit atque repulſum ut *proſiliat*; ſed hæc *Lemnii* geminata tunicula, madida licèt atque glutine tenax & reapſe fœtibus *affixa*, ſponte ſua *proſilit*, Impulſore ſcilicet nullo ac Repulſore nullo, idque Occultis *Lemnii* Miraculis miraculo prorsùs occultiori.

13. Sed, ſi tuniculæ fœtus ex anguſtiis uteri in apertos Naturæ Humanæ campos nullo ſaltu prorumpant atque *proſiliant*, an-non interim dum utero ſtrictiori detinentur *ſordes fœtus craſſiores induſii more acceptura ſunt?* Id enim nuda ferunt *Clar: Heurnii* verba; errore ſcilicet perindè craſſo ac *Falconianus* alter atque *Lemnianus*, quem expunximus, *de Agnina ſudores fœtus abſorbente*, *pag*: *hîc* 461. *ad fin.*

14. Inſuper, dum iſtæc pellicula nuſquam equidem ab utero ſalit, ſed ſtrictiſſimis interioris uteri faucibus eliditur, an-non robore quandoque ſuo cauſa eſt ut in partu illacerabilis conſtet & natæ puellæ v. g. caput obvelet atque præcingat? Sicut illud, *Plempius* atque *Mauricæus*, de *Vittatis* univerſè proferunt. Verùm, apud nos, iſtud ipſum contradictionem involvit è tunicis unam vel alteram naſcentis puellæ religare caput, quæ non ſit alterius abruptæ atque diſciſſæ lacinia quædam.

15. Naturæ pariter repugnat univerſam illam, Chorio in matrice reſiduâ, *horâ partus non ſcindi*, *ſed involutum ipſa fœtum ex utero egredi*, *Monachi more veſtitum* atque ità, Dei Decretô, ad Monaſterium naſci, ſicutì commentitiæ vulgi apud *Gabr: de Zerbis* & *Iaſ: à Pratis* fabellæ narrant.

16. Nec ſtultè, cum Zelote quodam apud *Du Vallium*, credere eſt Monachalem habitum illum adulterium prodere cum aliquo Franciſcano & pugnis idcircò fervidis puerperam inſontem non minùs turpiter fœdare quàm largiter onerare.

17. Nec aliundè tamen membranæ illius diffiſſæ portiones, ſive tæniæ atque laciniæ, ſuo ad fœtum adhæſu, fœtum

de-

debilem effœtumque denotant, quasi is robore cassus tunicarum tricis sese nequiviſſet extricare, sicuti *Spigelius* atque *Plempius* muliebriter sentiunt.

18. Nec ergo *Spigelianæ* matronæ sexus utriusque numerosa proles pubertatis annos iccircò nusquàm attigit, quòd omnis *Vittata*, atque adeò debilis & effœta prodiſſet in lucem, sicuti fœminea *Spigelii* credulitas credulum *Highmorum* in errorem abripuit.

19. Nec illæ *vittæ* capita cingunt gracilium unicè fœtuum & quibus via laxior ad facilem patuit egreſſum, sicuti *Mauricæus* id innuit. Craſſos quippe fœtus, faciliori quandoque gracilium partu, prodire *vittatos* multijugis me docet experientia & ratio multiplex mihi dictat.

20. En fœtus itaque *craſſos* perindè *vittatos* atque *graciles*. Sed amabo! Diſquirere eſt an iſtæc miranda *vitta* sive *galea* universè puellulis benè sit ominosa ac multam ipsis felicitatem perpetuò portendat? Sicuti non mulierculæ modò, sed occultæ Philoſophiæ sectatores ore *Veſalii* atque *Liebautii* deblaterant. An verò felicis quidem augurii sit rubicunda *vitta*; infelicis verò nigricans, ni fœtus voraverit ipſam? Sicuti *Lemnii* lemures nascentium fata huic uni colorum discrimini temerè ac insipienter committunt.

21. An mirificus insuper pileolus naturalis ille suis non solum fœtibus omnia fausta prælagiat, sicuti *Hollerius* atque *Camerarius* ex aniculis referunt? Sed & quosvis illum gerentes plurima felicitate beet? sicuti passim larvæ proclamant, tibicine *Spigelio* atque *Riolano*.

22. Cum larvis præterea luctari esset controverſiæ ferram reciprocasse, nùm speciatim *vittam* suam si quis comederit, vel secum gestaverit, ab armorum injuriis tutus ubique sit ille futurus? Sicut iſtæc mera monſtra nunciant, sed insimul subsannant, *Spigelius* atque *Highmorus* post *Liebautium* atque *Du Vallium*.

23. Streperam insuper picâ loquaciorum turbam esset excitare, muliercularum, cum *Spigelio* rursus, infirmare

mare fidem ſuper hacce *vitta*, quam effutiunt huic infanti v. g. ſubductam: infortunii genus omne & ipſam malorum Iliada in ipſum protinùs invecturam.

24. Obſtetricum denique garrulitatem & iram in me converſurus eſſem ſi hæcce pileola de Amuletorum atque Phylacteriorum genere ſecluderem. Teſte quidem *Clar. Caſaubono* vel *hodie reperiuntur obſtetrices, quæ pilea hæc præripiant & ad maleficia ſervent: ac vendant.* Sic v. g. *Jacobo Hollerio*, magni Jacobi Filio, anus obſtetrix tuniculam illam ſubduxit, vel colicæ medendæ gratiâ, vel præſtigiorum ergò.

25. Gerrarum itaque ſatis eſt Lectoribus meis cordatis ac minime gerronibus. Nugigerulis ergo germanæ væneant & iſtæ mulierculorum ultimæ nugæ quas merito *Lemnius* deliris, ignariſque mentibus refert acceptas, Cauſidicos ſcilicet ſubreptis pileolis iſtis in declamando juvari. Nam tales oſtucias, quæ ſuo fuco credulis animis errorem offundunt, Lucina horret ac Præficis tradit æternùm lugendas.

FINIS.

CAROLI DRELINCURTII

Super

HUMANI FOETUS

Umbilico

MEDITATIONES ELENCTICÆ.

Δι' Ὀμφαλῦ αἱ ἔισοδοί εἰσι τοῖσι παιδίοισιν.

Umbilicô pueris ſpiritus & alimenti *dantur ingreſſus.*

Hippocr. Lib. de Octim. Partu.

Κατὰ ἣν μέσον τ̃ σαρκὸς ὁ Ὀμφαλος ἀπέχϡ, δι' οὗ πνέϡ ϗ τ̃ αὔξησιν ἴσχϡ.

Juxta autem placentam mediam Umbilicus ſeſe avertit, quò ſpirat fœtus *& incrementa* * *capeſſit.*

Ἡ γὰς ἀςχαιοτέρη τροφὴ, διὰ τ̃ ἐπιγαστρίου, Ὀμφαλός.

* *Antiquius enim* fœtus *alimentum, per abdomen, Umbilicus.*

Hipp. Lib. de Nat. Pueri, & Lib. de Alimento.

ERUDITISSIMO

atque

Dexterrimo Viro

Practico & Anatomico,

D. D. ENGELBERTO EDINGH,

Avitæ Civitatis

Hardervicenæ Scabino atque Medico

CAROLUS DRELINCURTIUS

S. P. D.

Ringentibus licèt invidis, qui tibi toties, *Vir Clarißime*, plenis buccis in Amphitheatro cecini, nunc tibi rurſus palàm aſſurgo.

Nuſquam enim pietas in te mea patitur ut quæ de peritia tua Medica, atque præprimis de ſagaci tua cadaverum ſectione, mihi comperta ſunt, tacita mente recolam, nec publicitùs enunciem.

Vale, *Vir Inclyte ac induſtrie*, cum tuæ virtutis æmulo Fratre Medico Paulo.

Dabam Lugduni-Batavorum Sexto Nonas Julii 1685.

Ne eſto ſapiens in oculis tuis; reverere Jehovam, & recede à malo.

Salutare id *erit Umbilico tuo, & irrigatio oſſibus tuis.*
Prov. Cap. III. verſ. 7. & 8.

PRÆFATIO.

Quàm lubricum ſit à Veterum decretis, citra conſultum naturæ librum, deſciviſſe, his aureis liquet Neotericorum de Umbilico *placitis. En quippe Doctores* Cathedrarios & Umbratiles, *qui, Hippocrateæ Phyſices ſpreto corpore, toti conſectantur umbras: ſed toti certè deviant à natura; ac totos etiam ſecum abripiunt Literatorum Choros. Error enim errorem ingenerat: atque ſic indies gliſcit error, qui patrocinium parit errantibus tantum ut pauci ſuos errores emendent. Meliora vident, deteriora ſequuntur. Malunt quippe cum Neotericis errare, quam ſapere cum Antiquis. More quidem Majorum ambiunt honorari; ſed more Majorum ſapere detrectant.*

Τοῦ ὀμφαλοῦ

αἱ φλέβες, οἷον ῥίζαι, πρὸς τ ὑστέραν συνάπτουσι, δι' ὧν λαμβάνῃ τὸ κύημα τροφήν.

Venæ autem Umbilici,

quaſi radices, pertingunt ad uterum, quibus alimentum ſuſcipit fœtus.

Ariſt. Lib. de Gen. Anim. II Cap. I

De vasorum

Umbilici ortu atque numero, ex Auctoribus hujus seculi atque ultimi.

I. Tot falsa super *umbilico* recentiores nobis obtrudunt ut junior Medicus nesciat quo se vertat. Scriptores siquidem *agminatim* veluti ruunt in avia atque derupta & naturam nobis exhibent inversam, quasi nempe vegetantium altrix ipsa terra seminibus gremio suo creditis obviam occurreret, radiculasque de sinu suo diffunderet in semina ad illorum alituram & incrementum. At ediverso, semina sunt, quæ fibrillis alendis atque crescendis in solum egerminant.

Naturæ parilis perturbatio est, ab utero, ceu vegetationis humanæ solo, venarum arteriarumque fila (*cum Anderniaco, Columbo, Fabricio, Fallopio, Fernelio, Fuchsio, Gorræo, Paræo, Platero, Plempio, Stephano Sylvio, Varandæo, Vesalio, Zacuto &c.*) in fœtum ipsum protendere, quò *per venas alimenta*; *per arterias verò vitalem spiritum attrahat* sicuti *Valverda* tot errores, tam pauculis verbis, tot aliorum erroribus signanter addit.

II. Immo, super illorum vasorum numero dubii prorsus Scriptores feruntur. *Fabricio*, siquidem *Courtino*, atque *Guillemæo ad umbilici locum binæ sunt tum venæ, tum arteriæ & quintum Urachus.*

III. *Riolano* tamen non *quinque* sed *duo* duntaxat *umbilici vasa* sunt: passim quippe *Urachon* excludit & venam unam admittit. In Anthropographiæ autem *Lib.* VI. *Cap. ult. pag.* 409. expressè notat, *sæpius à se unicam arteriam esse deprehensam.*

IV.

IV. *Stephanus* verò atque *Fallopius* venam revera unicam, cum arteria tunc liter una nobis delineant, sed binis vasculis illis putidum *Urachon* interponunt.

V. *Arantio* tandem atque *Bauhino* Urachus quidem solidus ille nullus est, sed *geminæ* sunt *arteriæ* & *vena* pariter *aliquando gemina & statim ab umbilico divisa*, ut per universum funiculi sui tractum, cum geminatis arteriis geminata quoque decurrat.

De vasis

Umbilici singulatim, & primò quidem de Vena, in Humano Foetu.

I. Ædificare est super aqua astruere velle, cum Bartholino, *venam umbilicalem ante alias produci, ratione perfectionis.*

II. Rectam verò naturæ perticam rejicere est, cum eodem Bartholino, *venam umbilici vario modo circumvolvere, ne longitudine sua impedimento sit.*

III. Servile deinceps est *Bartholinianum* istud alterum quò naturam, liberaliter operantem, in pistrinum detrudit cruentum, *ut sanguinem*, interdiu, noctuque, & labore *Cleanthis* irrequietiori, *ad nutritionem fœtus hauriat & in hepar deferat.*

IV. In eandem naturam paulò quidem mitior *Backius* est, interim ex æquo & bono cum ipsa nequaquam agit; illam quippe instanter urget *ut suâ venâ, quæ sub umbilici tegmine in secundas excurrit, nutritium humorem alliciat, & fœtui adducat.*

V. Eundem illum naturæ coactum aliter quidem *Horatius Faber*, sed perindè tamen in naturam injuriosè, nobis cedit *suis illis venarum propaginibus, quæ in carunculis diffusæ, album succum eo ferè modo sugunt, quo mesaraicæ chylum.*

VI.

VI. Nec nisi specie tenus benignior in naturam fuit *Arantius* quum illam penitùs cogit sanguinis è placenta *puriores partes venarum umbilicalium radicibus attrahere.*

VII. *Coiterus* equidem naturæ vim nullam infert, sed ab ipsa operante, & fœtus altrice, toto distat cœlo, aliàs enim distinctè vidisset *hâc venâ sanguinem* nequaquam *ingredi ventriculum fœtus ut novam inibi coctionem subeat.*

VIII. Nec nutrici naturæ propior fuit *Gualterus Needham* cum suis placentulæ venis, *quæ majores sint arteriis, eo fine ut præter sanguinem, etiam succum nutritium ad fœtum devehant.*

IX. Nec arctior fuit *Diemerbroeckii* cum natura necessitudo: Alias enim venulæ nostræ *valvulas* non obtenderet *plurimas versus fœtum spectantes, & relabentis sanguinis, in placenta præparati & ad fœtum deducti*, impetum sustinentes.

X. Remotior adhuc & alienior ab instituto naturæ *Paræus* est, *cum sua vena umbilico mersa & in simam jecoris partem penetrante, ut in duas divisa venam portam & cavam, Galeni sententia, constituat.*

XI. Illinc, dubio procul, ansam errandi *Laurentius* arripuit, dum *venulâ* suâ umbilicali sanguinem prius in hepar refundit, quàm in cor.

XII. Immò *Riolanus* ipse filius oscitans nunc atque dormitans, venulam illam *bifidam inserit portæ & cavæ ut sanguinem ex æquo partibus distribuat.*

XIII. Sed quis erroribus *Courvæi* rationem obtenturus est? Is enim, *ad nutritionem placentæ, sanguinem* immeritò *derivat à fœtus arteria cœliaca in venam umbilicalem.*

XIV. *Lindani* verò pinguior adhuc error est dùm venulam umbilici liventem atque nodosam ostentat propter illius *valvulas sanguine, tanquam vesiculæ, plenas.*

XV. Tolerabilior adhuc *Harvæus* est quum venulæ nostræ *nodulos*, sive *varices*, tribuit sanguine fartos, *ut hac Arte à natura cautum sit ne sanguis in fœtum confertim refluat.*

XVI. *Highmorus* denique *Harveianum* quidem errorem non er-

errat, ſed alio graviori, illoque inextricabili, ſeſe penitius implicat, hanc enim *venulam per anaſtomoſes quaſdam, circumjecta placenta, cum arteriarum oſculis, in uteri cavitatem hiantibus unit atque copulat.*

De Humani

Fœtus Arteriis Umbilicalibus.

I. Arteriarum origo atque forma venarum ortu & imagine nequaquam, è Scriptoribus noſtris acceptior eſt. Arterias namque craſſior *Ambroſii Paræi* Minerva turpiter fucat & penicillo pingit à naturæ lineamentis triplicitèr devio: Illas enim exporrigit *à fœtus umbilico in iliacas, quas conſtituant, ut & omnes alias.*

II. Turpior adhuc atque deformior illarum eſt à *Courvæo* effigies delineata, his quippe vaſculis *valvulas*, quas in arteriis natura horret, appingit, *ne conti uo cordis motu rejectus ſanguis velocius feratur verſus uterum.*

III. Rejici quidem arteriis umbilici ſanguinem millies crevi: ſed is nullo unquam majori metu me perculit, ne rejectione ſua velociori ſuffocet uterum, quàm altera *Courvæi* chimæra me permovit ut credam ſanguinem arteriolis hiſce regeri partim *alimenti extra fœtum colliquandi gratia*, partim verò *fœtus refrigerandi cauſa.*

IV. Refluit ergo ſanguis umbilicalibus arteriis: ſed ille nequaquam in *Mœbii* ſcopum collineat; quaſi natura ſanguinem intenderet *à nutrito foetu reſiduum in placentam reducere ut ibi ulterius coquatur.*

V. Nec uni *Moebio*, ſed & *Spigelio* refluentis ſanguinis illius genuinum naturæ conſilium omnino latuit: Aliàs enim ipſi naturæ non imponeret *Spigelius*, quaſi ſollicita foret de ſecundinarum vita, atque ſic *ſpiritus vitales à corde foetus tranſmitteret ad ſecundas ut calorem vitalem illis tribuant, ne ſanguis in ipſis concreſcat.*

VI. Super his insuper vasis *Dominici de Marchettis* tenebræ fuerunt plùs quàm Cimmeriæ; aliàs quippe tot tenebricosa nobis non offudissent. *Arteriosum* nempe *sanguinem* matris *à ramis arteriarum umbilici; Venosum* verò à *ramis venæ umbilicalis rapi; & quod fœculenti remanet, ad nutritionem Placentæ conservari.*

VII. Densiores adhuc *Andreæ Laurentii* fuêre caligines: Is namque, veritatem palpaturus, ahò deflexit; sed in erroris barathrum præcipitem sese dedit. *Laurentius* enim, mediis suis in umbris & in media sua errorum abysso *fœtus arterias* sensit *prius moveri, quàm cor; & sola* percepit *arteriarum pulsatione vivere cor.*

VIII. *Laurentio* quippe inhæret in mente *fœtum per arterias umbilici spiritum maternum trahere; solaque arteriarum pulsatione contentum ità vivere ut cordis opera & motu ne minimum quidem indigeat.*

IX. Immò, fœtus arterias pulsare *Laurentius* omnino censet *non propria & vernacula vi, nec facultate à corde fœtus manante, sed vi à corde & arteriis maternis transmissa.*

X. Verùm, præ *Laurentio*, *Capivaccius* adhuc tenebricosior est: Hic enim opacissima mentis caligine discipulos mergit, *jecur* quippe docet *in conceptu primùm perfici, & tunc fœtum vivere vitam plantæ & talem habere dispositionem, ut eo tempore non egeat arteriis neque corde.*

XI. Tenebras tandem densissimas Embryonis universæ figurationi *Columbus* obducit dum *à seminalibus arteriis uteri* deducit *Umbilicales*, & ab his *Aortam* protert atque *Cor.*

Ità quippe Embryonis texendi perturbat ordinem universum & coelum atque terram inter se confundit ut concludat *arterias gigni prius quam cor ipsum generetur.*

XII. Sed, dum illi caliginem discipulis inducunt, mihi profecto pudorem incutiunt, quod tanti nominis Medici, tàm cæcis erroribus lapsi sint, & iisdem secum absurdis totalios implicent; tantum abest ut illis è discipulorum mente depellendis pares sese gerant.

Viris

Viris verò Profeſſione nulla Medicis pronus ſum ut parcam, atque adeo *Honoratus* ille *Faber*, qui Theologum ſe profitetur, culpâ vacat apud me, etſi apud naturam reus audiat, propter *umbilicales arterias*, quas perperàm omninò ſtatuit *portare lotium intra chorii pelliculas.*

De Vracho.

I. Quàm infida ratione & quàm obtuſo ſenſu ſcrutentur *urachon* cuivis obvium eſt percipere, ſi modo, Phyſices gnarus ille, ſcriptiones auctorum ad humani fœtus exemplar dirigat.

Sic v. g. quàm fallax & quàm hebes *Laurentii* atque *Diemerbroeckii* conceptus eſt, quô nobis *urachon* exprimunt *canalem* eſſe *cavum urinæ ad allantoidem ducendæ dicatum, non in brutis modò, (ut volunt quidam) ſed etiam in humanis fœtibus conſpicuum.*

Licet enim umbilicum humanum illi verſent in partem omnem, & mille modis ipſum volvant atque revolvant; ac eumdem etiam ad meridianum ſolem vel *Galilei perſpicillis*, vel *lynceis oculis* contemplentur, nequaquam tamen *urachon* ullum in illo detecturi ſunt, quin priùs vel numeroſos in ſcirpo nodos, vel quaternos ſaltem in eodem fœtu pedes, ungulaſque bifidas, ac ventriculum præterea quadruplicem, deprehenderint.

II. Jam verò *canalis* ille *cavus*, qui, *de Laurentii ſententia*, hominibus perinde atque brutis genuinus eſt aquæductus, ex *Everardi* decreto *tàm in homine, quàm in brutis ſolidus eſt ac impervius.* Bone Deus! quanta caligine rerum *Antonius Everardus* in hacce meridiana ſcientarum luce ſuffunditur. *Harveus* equidem tenebras aliquot offudit *Everardo*: ſed *Harveus* certe mediis ſuis in tenebris umbilici bruti, *brutum* nihiloſecius *urachon* palpavit & ad illum cæſpitavit; *Everardum* verò nuſquam induxit ut ſtylo decretorio *brutum urachon* perinde

proſcriberet atque *humanum.*

Deinceps autem alieniſſimus fuit *Harveus* ab iſtis *Everardi* ἀουρᾶτοις, quæ nequeunt *in una ſede morari.* Nam ſicuti *Laurentii canalis* ille *cavus* reprimenda luxurie laborat, ità certè manifeſtam ſecum contradictionem invehit *Everardi ſolidus ac impervius urachus:* quoniam, οὐρηχὸν qui enunciat, quô *funditur urina:* Tales verò canaliculos, ruminantium urinam reverà fundentes, *ſolidos ac impervios* fingere, planetas eſt, *erraticos & vagos*, figere cœlo.

III. Ne Medicæ ſuper *uracho* contentionis anſam *Backias* retineret, longiſſimum aliorum *urachon* dimiſit, ſed non omnem. Etenim, humanum *urachon* ità decurtat, *ut illum non ultra trium transverſorum digitorum longitudinem, in adulto, ſupra abdomen excurrere* velit.

Et certe, tanto Geometræ fides eſt adhibenda, utpote qui haſce *urachi* noſtri dimenſiones exactas ad exporrectos exegerit chimæræ bombinantis in vacuo digitulos.

IV. Tantis anguſtiis ne ſtringerentur *Lindanus* atque *Blaſius* expatiatum ivêre per campos Elyſios. *Urachon* autem inibi viderunt *revera pervium eſſe! non hoc ſine tamen, ut urinam emittat*, niſi *in caſu extremæ neceſſitatis*, urgente v. g. Aſcite ſummo & ruptionem minitante. Tunc quippe providi noſtri fictores *urachi*, ſuum *urachon* ità fingunt atque plaſmant, ut illo, tanquam emiſſario quodam, vel incili, omnem illam ſtagnantium aquarum illuviem repurgent.

V. *Liebautius* autem ſingulis iſtis longe ſolertior eſt, adverſarios enim *uracho*, cum *urachi* patronis in concordiam reducit.

Suô ſiquidem *urachô*, primis geſtationis menſibus urinam pellit in Allantoidea; poſtremis verò menſibus *urachon* ſuum ſtrictè claudit, & in tendinem ſolide durat.

Nunc igitur *Liebautii* ſagacitate ſinguli concordant. Vultis *urachon*, vos *urachi* vindices? En *Liebautii* ſolertia fœtu primùm completo, ac etiam ſi Diis placet, embryoni ſanguineô primùm ſalienti punctô, *urachon* largitur.

U-

Urachón-ne ſibilatis, vos oſores *urachi*? En *Liebautii* dictatura nobis identidem inculcat *fœtum utriuſque ſexus ſub geſtationem extremam urethrâ meiere in Amnion & exinde fieri ut recèns natis nulla cavitas appareat in uracho.*

VI. Quum ergò tanti Dictatoris auctoritate conſtet apud omnes fœtum ſub initia duntaxat vitæ ſuæ urinam in Allantoida regerere, cur *Laurentii* mentem, *poſt Liebautium Scriptoris*, aliena cogitatio ſubiit fœtus urinam, geſtatione tota, *non per pudendum, ſed per urachon in Amnion refundi.*

Quaſi verò veſica egeret *uracho*, & quidem enormiter elongato, ut illo canaliculo, & tanto tractu atque tantis ambagibus, fœtus urinam in *Amnion* deponat: *Amnios* enim fœtum ita reſpicit, ut ſola fœtus intermedia ſit ejectitia lympha, ſed citra valvas, vel aggeres ullos *uracho* protento ſuperandos.

VII. *Urachus* verò plenis licet undis urinam in *Amnion* non effundat, nequaquam tamen *urachô, intùs poroſô, in Amnion tunicam tranſcolat urina*, velut illo bivio fallaci *Veſlingius* deceptus eſt. Nec enim *ſerum* ullum *in veſica redundans*, ſicuti vult *Veſlingius*, in *urachon ingeritur*, nec *per urachon*, utut intùs poroſum, *in tunicam Amnion* inſtillatur.

VIII. *Veſlingii* bivium illud, erroris plenum, *Fabricius* anteambulo nequaquam revera preſſit, ſed aliâ prorſus aberravit viâ, atque ità ſequaces innumeros à recta ratione procul abduxit. Errabundus ergo *Fabricius* nos ad *minutiſſimas urachi fibras* deduxit, quibus *urina in Chorion tunicam, modò penè viſum effugiente transfundatur.*

Fabricii dictis lubens ſubjunxerim modum illum ſubtilem *urinæ in Chorion urachô tranſundendæ*, non modò *viſum penè effugere*, ſed & intellectum omnem humanum, atque naturam rerum ipſam, longè fugere.

IX. Ne igitur tantis erroribus abriperer ad Ferrarienſem quemdam *Archangelum* adivi, qui mihi & meliora nunciaret & tutiora promeret. Is igitur, cognomine *Piccolhominus*, hæc mihi verba è ſuis *Prælectionibus Anatomicis* inſtillavit. *Per urachon, fœtus, dum utero geritur, extra ſe, ac foras, ef-*

fundit urinam, quæ inter amnion membranam, & allantoïda tantiſper aſſervatur, dum fœtus prodit in lucem.

Sed profectò me pœnituit & puduit talem in Phyſicis Κακάγγελον *malum* ſcilicet ac *infidum nuncium*, non verò fidelem Euangeliſtam, nactum eſſe. Tot enim voculas, quot mendax ille nuncius, mihi protulit, tot certè in os regeſſi turpiter ipſi atque putidè remandendas. Urinam inſuper olidiſſimam ex Amnii & Allantoidos ſpatiis mediis eduxi & in nares ejus, inque fauces, affatim projeci. Cautus deinde cavi ne illam *extra ſe ac foras effunderet*, ſed eandem *tantiſper* (plenis nempe menſibus novem) *aſſervaret*, *dum* ſpurius Archangelus ille *in* genuini cujuſpiam Archangeli *finum prodiret.*

X. Neque tamen, ut tot lites illlæ componantur, adumbratiles *Euſtachii* Medicos confugere eſt. Illi quippe Junonis umbram conſectantur, Veritate procul à tergo relicta. Renes enim ſupponunt in fœtibus otiari, atque adeò veſicam fœtus urinariam, perindè ac ſuam doctrinam, inanem nobis obtrudunt, atque ſic eliciunt *ab ipſo jecore urinam hauriri & in membranam farciminalem percolari.*

Sed etſi *Liebautius* umbraticum illud dogma ambabus ulnis complexus ſit, ab illius tamen amplexibus recta ratio me deterret. *Jecur* ſiquidem nec urinæ hauſtor eſt, neque conceptaculum: nequidem *urachus* vel urinæ hauſtrum eſt; vel urinæ in farciminalem expreſſor atque coactor.

XI. *Joh.* verò *Guintherius* atque *Realdus Columbus* olidum jecur urinâ ſubodorati, renes etiam odorati ſunt aſſidua eſſe fœtus aquarum hauſtra, quibus urina in veſicam ſuam refundatur. Concluſerunt autem, nec à jecore, nec à renibus, nec à veſica in *urachon* urinam pelli, ſed *ipſum urachon, è fundo veſicæ prodeuntem, urinam ex fœtu attrahere, ut illam reſervet inter membranas duas.*

Et revera, imaginatione forti, tam fortem *attractionem* illam imaginari eſt *urachô* fieri, recurvo quidem & ambagioſo, inque flexus anguineos retorto, *ſed urinam ſitiente*, ac obvio quovis cucurbitulæ capitello, *vini ſpiritum anhelante*, vini

vini Alkool, per medios ſerpentis diſtillatoris dicti flexus & angulos, *fortiter allicitur.*

Quidni rurſus ut id credam totus impellar? Quoniam ardente hoc ipſo Siriò, dehiſcens aridirate ſolum paſſim contemplor forti ſuo ſuctu & largis ſuis hiatibus illis, cœleſtem de nubibus prolicere madorem, quò ſitim ſuam affatim reſtinguat.

Immò, media hîc rigente bruma, tot ſinuoſa & inflexa, *ſed cæſpitum ſulphuris famelica*, fumaria crevi, quæ faucibus amplis, plurimum illud ſulphur de cæſpitibus primum accenſis, tam largiter ad ſe rapuerint, ut. deinceps, ore pleno, denſiſſimum illud in cœlos evomuerint.

XII. *Courvæus* ergo atque *Moebius*, eodem mecum animo cernentes humanam urinam *uracho* nullo vel pulſam, vel attractam fluere, tot litigioſos Scriptorum Mæandros, rectà quidem, ſed non rectè, declinant. Inficiantur enim urinæ vel hilum, totis menſibus novem, *urethra* magis quàm *uracho* laxari.

Sic ergo Machinatores illi mirifici, mirandâ ſuâ veſiculâ fœtûs, unius duntaxat vel alterius unciæ capaci, totas novimeſtres urinæ libras inſimul congerunt, ut illas modò natus infans affatim & illicò profundat.

Novâ ſic deinceps Arte ſua gratiam illi apud vindemiatores inituri ſunt, quum lætior annus erit, nec dolia ſufficient: nam machinoſo quodam congio vel unico, & ſemel impleto, tantum excepturi ſunt multi, quantum alii cadis ſuis numeroſis & ad ſatietatem plenis.

XIII. Nuſquam autem inficiamur fœtus urinam nativitatis puncto ſæpiuſculè profundi: Id enim ratio nobis inſinuat, ac ſenſus ipſi teſtantur. Verùm *novimeſtrem* illam eſſe *Parolio* & *Everardo*, (ratione rurſum atque ſenſibus ducti) perindè negamus, ac ſingulis perneganius Arabum tautoribus *eandem illam urinam*, recens natis, *umbilicô fluere*, *donec ligetur.*

Nullam equidem vetulam novi, uſque adeò deliram, quæ putidum illud mihi ſit auſa mendacium obtruſiſſe. Illò tamen

men Volumina ferciuntur, quò tumidiora prodeant, ſed vento, quem iſti conceperunt Inanes.

XIV. Quum itaque faſtoſorum hominum inania ipſo hilo leviora nobis ſint, conſequens videtur, ut gravium Virorum teſtimonia gravia nequaquam elevemus. Senilis itaque *Gorræi* prudentia, veneranda ſit nobis, quâ fœtus urinam, in veſicula minimè congerit, ſed illam omnem *à fœtu in Allantoida* prudens relegat; ne ſcilicet *urina* tanta vel *Amnion*, vel *Chorion*, vel *uterum*, vel ipſum denique *fœtum* quoquomodo gravet.

Iſtæc itaque ſcriptio tota, tota mihi Viri tanti majeſtatem ſapit, totaque Phyſices abſtruſioris Veritates ſpirat. Urina ſiquidem illa, quam fœtus Allantoide *Gorræi*, ceu ſacculo, ſuſtinet, *fœtum* & *uterum* utique levat. Quis enim fabulam neſcit, condignam omnino, quæ cum hacce *Gorræi* fabella decertet? Aſini quippe levandi gratiâ ſaccum ſuis humeris Aſinarius impoſuit & Aſino inceſſit. Sed Aſininorum ſatias me tenet, ſit ergo

FINIS.

De Umbilici longitudine verſ. 1. *nodis v.* 11. *numero v.* 17. *revolutione verſ.* 18. *atque ſanguine vel expreſſo v.* 19. *vel regeſto verſ.* 20. *reſectione tandem verſ.* 21. *atque ſenſu nullo verſ.* 25.

I. Ludicra prorſus eſt *Fabricii* fœtuum de longiuſculo *umbilico* pendentium idea duplex. Prima *fœtus* nobis repræſentat *in aquoſis excrementis velut in ſtatera pendentes & eò vergentes quò proprio pondere trahuntur*, atque ſic corporis trunco graviores & idcircò prævio capite naſcentes.

Sed profectò, quicquid iſtæc *Fabricii ſtatera* trutinare ſuſtinet, id omne nobis ſtipulâ levius eſt. Primum enim, ſi li-

libram ſtatera deſignet *jugatis* veluti *lancibus* inſtructam, quæ rebus reſpondeat ἐν ζυγοῖς ἠρτημένοις *bilance libratis*, tunc certè idea *Fabricii* penitùs eſt *bruta*, quoniam *humana ſpecies* illam exhorreſcit. *Brutis* enim competit ſolis ut *in tubis* concipiantur atque geſtentur, atque adeò ſuas ut tubas, *veluti geminas libræ ſuæ lances*, æquato ſuſtineant examine. Sed hominum nemo tali fuit unquam examinatus ſtaterâ: nam quotquot ſpiramus, tot certè concluſi fuimus utero *ſingulari*, nequaquam autem *jugali*, bilancis ritu, niſi ratione *tori*, qui plurimis verè, *jugalis* eſt.

Deinceps verò *Fabricii* ſtatera *vertibulum* illud ſi denotat, cujus ſcapus notulis ſignatur, quæ pondera diſcriminant, tota profectò *Fabricii* ſtatera doloſa fiet & abominationi naturæ, non ſolum *humanæ*, utì prior, ſed & *brutæ*. Nulli quippe fœtus, nequidem bruti, tam laxè geſtantur ut *umbilico* ſuo librari queant. Singuli quippe vel uteri globo, vel tubarum ſinu ità coërcentur ut motione nulla ſuum *umbilicum* valeant unquam ad perpendiculum extendere, & illo, tanquam ſtaterâ, trutinari.

Singulatim verò contradictionem involvit fœtum humanum, *uterinis anguſtiis arctatum atque conglobatum*, ulla calcitratione poſſe ſuum *umbilici* funiculum ità reſolvere, ut de utero, *veluti de ſtatera*, propendeat unquam atque libretur. *Umbilicum* quidem ſibi circumplicat fœtus, ſed illum rectà nequaquam extendit, niſi quandoque in ipſo partu & obſtetrice vel nulla, vel male ſedula, placentaque nondum divulſa. Tunc quidem fœtus ex uteri ſtatera utcunque pendet, atque libratur; ſed jam uterinus non eſt, nam ab utero prodiit, & tantùm ab utero diſtat, quantùm ferme *umbilici* longitudo inter matris coxas atque genua protenditur.

Id ipſum rurſus aliter inculcabo. Fœtus quidem *Democriteæ naviculæ ritu*, aquis innatat, ſed interim, umbilico contento, *tanquam intento rudente*; atque placentâ utero defixâ, *tanquam ancorâ jactâ*, nequaquam vel firmatur, vel firmari poteſt. Prorſus enim implicat funiculum umbilici, ut-ut bre-

vem, uterò detentum, rectà unquam diduci posse sive contendi. Valeat ergò *Fabricii* comparatio prima.

Alteram porrò similitudinem *Fabricii*, in altera quasi libræ lance ponamus, ne citra trutinam levitatis damnetur. Sed profectò me pudet levem illam prorsus esse, ac ipsa medulla leviorem, nec *Fabricii* gravitate dignam. Foetus namque libratos in aquis, & capite quàm cruribus graviores, *Fabricius* comparat cum *sambucina medulla*, altero sui extremo obducta plumbo, ac intra fluidum Saturninâ sui parte graviori semper, ac infimâ.

Verum, id verum si foret, exinde necessario sequeretur ut gestatione totâ foetus omnis capite esset prono, sive declivi, atque ità ut fores uterinas jugiter gravaret; & jugiter gravatas præmaturè semper effringeret, citra quam foetus ullus in utero maturaretur.

Rursum verò, declive foetuum caput istud *Fabricii* doctrinæ penitus repugnat. Nam *Fabricius*, ore Medico, cybisticos enunciat esse tempore partus. At nulli fœtus cybistico veluti saltu prolaberentur in caput, exitûs ergò, nisi prius elato, nequaquam vero declivi capite fuissent.

II. Quanta sit autem istius umbilici longitudo dubium atque controversum est apud Scriptores indefinitos; nec veritas certa atque concessa produci potest, nisi adhibitâ è fœtibus variis atque variis limitatione multiplici. Nullius ergò perpetuæ veritatis *Parœus* est cum suo funiculo *sesqui-pedem longo.*

III. Nequidem *Rodericus à Castro* verax est umbilicum proferens *duos plerumque cubitos longum:* nisi forte fuerit obstetricatus *Herodori Heracleotæ Selenetidibus*, quæ, *Athenæo* narratore, *fœtus pariunt quindecuplo nobis proceriores.*

IV. Nec fideliter satis *Vesslingius* fœtibus suis, jam ad exitum maturis, citra distinctionem ullam, *spithamarum trium mensuram* largitur.

V. Nec ad naturæ dimensionem determinatam atque definitam Basileensis *Bauhinus* sese composuit, dum huic *intestinulo ulnas aliquot* concessit.

VI.

VI. Nec exactiori demùm naturæ circino funiculos noſtros, *intra uterum variis orbibus reflexos*, Bononienſis *Arantius* metitus eſt: Alias enim naſcentium umbilicos nec *in tres*, nec *in quatuor ulnas* exolveret atque protenderet. Sed forſitan *Arantius* ſuos umbilicos per tenues habenas, atque etiam per tenuia fila diſſecat, corii illius ritu, quô magnæ quondam Carthaginis ambitus fabulosè deſcriptus eſt.

VII. Jam verò, ſicuti joculares audiunt apud nos tot iſtæ *umbilici* noſtri dimenſiones, ita profectò ſcurriles ſunt nobis illius uſus *Riolanici*. Enimvero, bonus ille dormituriens ſenex atque repueraſcens auritis ſuis obſtetricibus inſtillavit *umbilici revolutione caput infantis firmari & contineri, ne ante perfectam maturitatem ſuo pondere deorſum decumbat.*

Etenim noverat *Riolanus* tantos uſus fœtibus umbilicó præberi. Anilem quippe fabellam doctus erat de *umbilico* ſuſpendii præſago, ubi naſcentium cervices implicat. Exindè igitur, & analogia quadam ductus, elicuit caput infantis funiculo umbilici haud ſecùs ſtabiliri, (*ne mole gravius & ante maturatum tempus ab utero cadat*) ac ſtrangulante loro furciferi caput confirmatur atque detinetur, *ne ante mortem, & gravitate nativa, de patibulo ruat.*

VIII. Verum, *Arantius*, *Paræus*, *Veslingius*, atque *Marchettis* à Riolanica dormitione ac iterata pueritia ſemoti providos ſeſe præſtant atque vigiles fœtuum noſtrorum nutritios Viros, atque ità longum atque contortum umbilicum idcircò cauſantur, *ut diuturniore mora ſanguis in longo & flexuoſo itinere magis elaboretur.*

Sed ut viros tantos eadem trutina penſem, Aquileges dicam naturæ Simios eſſe: nam, ut ab aquis remota loca ſaltu commendent aquarum, ſalientes ſuos ad leucas protendunt & juxta viarum diverticula variè flectunt, quo *ſuas aquas itinere longinquo atque flexo perfectius excoquant & exactiùs depurent.*

Imò naturam ipſam in medio veluti ponam tot ſuos arteſiarum tubos, per axillarum, & ilium obliqua divortia, in

volas artuum elongantem atque flectentem, ut *itinere producto & ambagioso sanguinem extremorum diutiùs concoquat atque pleniùs defæcet.*

IX. *Courvæus* verò & *Everardi*, qui suos fœtus ore lactant, uterino succo de luna deciduo, longiorem ideo prætexunt *umbilicum* ut *majorem contineat sanguinis refluentis copiam & ità magis eventiletur depleaturque corpus, & vasa pueri majorem attrahant aëris copiam.*

Verùm, tot ineptis istæc sententia luxuriat, ut ab otio meo Literario numerosas illas Animadversiones impetrare nequeam, quas animus dictat.

X. *Spigelius* tandem coctione & defæcatione sanguinis intra longiorem *umbilicum* rejecta, suos *umbilicos* propterea plurimùm extendit, ut illos *circumducat à dextris ad sinistram, per frontem, donec ad abdomen perveniant, atque ità tortuositate suâ vasa non comprimant.*

Mechanen naturæ vel artis *Spigelius* nescivit; tubulos nempe molliusculos licèt atque contiguos, tamdiu pervios esse, quamdiu recti sunt & ab anguftia tuti. Sed ubi flectuntur, vel intorquentur, protinùs certe de suo fluxu tantundem remittunt, quantum vel inflexi, vel contorti stringuntur & anguftantur.

Spigelius igitur temerè profert flexilia *umbilici vasa contorqueri ne premantur.*

XI. Ad *nodos* autem *umbilici* nihil prorsùs attinet *Riolani* Chimæra. Etenim, oscitante atque dormitante sapientiâ Medicâ *nodos* toti conflat umbilico *ad fortiorem colligationem vasorum umbilicalium & sanguinis cunctationem, ne impetuosè & affatim à fœtu attrahatur.*

Perindè prorsùs est ac si profiteretur *Riolanus* venas v. g. in Consule *Mario* varicum *nodis* idcirco protuberare, ut venæ *Marianæ* validius inter se colligentur atque compingantur, & sanguis in ipsis diutiùs cunctetur, ne viscerum caro sanguinem istum è venis illis vel rapidè mu geat, vel largiter sugat & arripiat.

XII.

XII. Istis verò *Riolani* spectris *Bartholini* phantasma longe mendacius est. *Nodos* siquidem illos *Bartholinus* venæ tribuit umbilicali: deinceps autem dissidet à se, ac illos ascribit *membranæ carnosæ.*

Imò, vissis suis horrificis *nodos* illos somniat esse membranæ suæ *diductiores hiatus, quibus, veluti cochlearibus hauriatur sanguis in itinere longiori &c.*

XIII. *Whartonum* autem inane spectrum alterum ità permisit, ut illius imagine grata juniorum animos jucunde pulsarit. *Nodos* siquidem umbilici, quos ipse vocat *asperitates innumeras*, & quas viderit nemo, nisi in brutis,) nobis ob oculos ponit *minutularum papillarum* ideâ, quæ *succum albugineum sensim exstillent in Amnii cavitatem.*

XIV. Tot meherclè simulacra *nodorum* oblectamenta quidem animi sunt, sed illum haud uberiùs pascunt quàm obvia quævis Agathonia cantio. *Heurnium* ergo pudeat putidam illam fallacium Arabum cantilenam nobis recinuisse, quâ mihi adhuc locorum non minus molestè, quàm dolosè tinniunt aures, quasi nempe *nodus vel ruga in umbilico fœtus erumpentis ab utero, significaret alterum in utero fœtum restibilem esse.*

XV. Cantilenam Arabum alteram & perindè jocularem nobis insusurrant *Cœlius Rhodiginus*, & alii aliquot, sed nominis obscuri & unice mihi noti per *G. à Reies*, in Elysio suo jucundarum Quæstionum campo. Etenim, ne seri Nepotes conticescant de maximæ veritatis præsagio, suos nobis obtrudunt *ariolos ex umbilico*, tanquam *auditu dignos*, cum suo *nodorum umbilicalium numero, futuræ prolis numerum præsagiente.*

Sed istæc cantiuncula ad numeros licèt composita, & à *Rhodigino* ad modulos etiam recenta, nec numerosè tamen nec modulatè cadit. Nullum quippe hîc melos est; nec ulla prorsus numerorum istorum cum rebus Medicis harmonia. Valeat ergo Francisci primi & Henrici secundi *Montuus* Ἀρχίατρος. Hic quippe lamiis incantatus numeros illos nobis recanit ceu *veraces in prole Reginæ Matris.*

XVI. Immò, famiarum vaticinia è nodorum intercapedine puerperiorum intervalla prædicunt: è ruffis autem *nodis* mares; è candidis verò fœminas præſignant. At *umbilicum* ediverſo nobis *eodem* obtendunt, ceu partionis deinceps nullius prænuncium fidelem.

XVII. Verùmenim verò, ſi ſagarum auguria numero rerum eximantur, quantâ quæſo veneratione, Apollinis ipſius Oracula ſumus proſequuturi? Maximâ certe, ſi præſtigiis Paganis eſſemus irretiti. Sed quæ lux nobis ab Evangelio refulſit, ludibrioſum mihi, & Oraculis caſſum, detexit Apollinem. *Grafii* igitur Delphici quondam idiotarum Apollinis effatum *de umbilico gemino geminam quoque placentam* denotante, ludibrio mihi prorſus eſt, ac veritate vacuum.

Platonicis quidem *Androgynis* genitalia, & reliquæ partes *duplicantur*; ſed fœtibus noſtris, *tunicâ* vulgo *placentulâ* fruentibus, *duplicem* perpetuò tribuiſſe, relabi eſt in fabuloſitatem. His ſiquidem oculis geminam, tergeminamque vidimus prolem, *umbilicis* quidem geminis, tergeminiſque, ſed *placentæ* reverà *uni & eidem* inſertis. Imò, ut id inculcem, talis *placentula ſolitaria*, ſed inter uterinos convictores communis, longe vulgatior eſt, quam *ſingularis* unicuique fœtui *placenta*. Sic nempe primitùs docemur *amicorum omnia eſſe communia*.

XVIII. Nec itaque majori cultu & honore dignabimur dictum iſtud alterum, *quod jam attigimus verſ. hic* VII. & quô decernunt fatorum diribitores *nullum infantem*, *cui umbilicus inter naſcendum*, *circa cervices retorquetur*, *carnificis laqueum effugere poſſe*.

XIX. Jam vero fatidicis iſtis flocci æſtimatis gravem noſtrum ſenilibus annis *Riolanum* recolamus. Quum itaque rerum uſus veniat ſeris ab annis bonus ille ſenex longó ævo ſibi compertum, *ſed decrepitum nobis*, balbutit dogma, quo nepotes â morte vindicet. Præcipit itaque ut omni recens nato *ſinatur ſanguis ex umbilico fluere copioſus*, *prout vires ſuadent & tole-*

tolerant, quò puellus poſteà variolis paucis, rariſque, ac ſalubribus tentetur.

XX. Deliratione porrò nullâ corripitur *Riolanus* idem, ſed omninò reſipiſcit, dum Medicos deſipientes ad ſaniorem revocat mentem, ne in poſterum credant *ſanguine parciùs vel pleniùs ab umbilico fœtuum retruſo, parcius etiam vel uberius ſuccreſcere meconium.*

XXI. Saniorem jam Medicorum mentem illam exhilaremus pro virili. Diſpiciamus itaque num brevior, longiorve reſectus umbilicus, brevem vel longam fœtui mentulam concedat? Id ipſum enim *Riolanus*, novo nunc abreptus diliramento, *per Anatomen demonſtratu facillimum eſſe*, lingua rurſus titubante protulit.

XXII. Sequioris quoque ſexûs rationem habet effœtus ille ſenex, & Itali Medici deliria ſtudet, *ex Anatome pariter*, Phyſica veritate donare. Uterum itaque ſubjicit oculis umbilici reſectione curtâ vel altâ, *vel ad conceptionem ineptum, vel immoderato coëundi deſiderio peritum.*

XXIII. Quùm itaque vir in Anatome tantus tantum errorem erret, quid miri eſt tonſorem *Guillemæum*, quadraginta totis annis obſtetricantem, matronarum animis offuſâ caligine fuiſſe circumfuſum, & à tramite recti ità deviaſſe ut ad ipſam Anatomen caligaverit. *Guillemæus* enim, (ſive matronis palpum obtruſurus, ſive ex animo) profert *umbilici reſectione laxa linguam maribus eſſe volubiliorem; fœminarum verò linguas effrænatas atque præcipites exectione curta frænari atque compeſci.*

XXIV. Virum autem illum decet, ſuîs obſtetriciis Matronis acceptum, Matronarum jocis nobiſcum jocari. En igitur ipſum vernaculâ ſuâ nobis evulgantem, quæ ſecretò, & intra lectulorum limites, obſtetricanti præcipiuntur à Matronis, de natorum *umbilico* ſolicitis; filium enim nactæ obſtetricibus injungunt, *Qu'on luy faſſe une bonne meſure*: enixæ verò filiam præcipiunt, *Qu'il ſoit lié court*, ex præconcepta ſcilicet mente verſ. noſtri 21. & 22.

XXV.

XXV. Jocularibus iſtîs hilares animos dimitterem, nî *Spigelii*, ſuper inſenſili *umbilico*, ſtupens animus, illius excitandi locum mihi præberet. *Umbilicum* enim *Spigelius* inſenſibilem exindè putat, *quòd inter illum amputandum infantes non vagiant.*

Non attendit interea *Spigelius*, ſtupore correptus, quàm innumeri vagiant infantes dum ipſis præciditur *umbilicus*, non quidem præ dolore, nam, eo momento, ſenſu captus eſt *umbilicus*, etſi modò ſenſu viguerit. Animum enim *Spigelii* non ſubiit *umbilicum* nuſquam deſecari, *quin multiplici filo ſit conſtrictus*; atque adeò quin omnis ad ipſum perindè intercipiatur ſentiendi commeatus, ac ex obvia quavis parte nobis ſtrictè revinctâ & ſenſu penitùs nullo reſectâ.

XXVI. Stupidiorem alteram ſuper *umbilico* ſtupente *Spigelii* ratiocinationem, utpote prolixam & ſponte ſua ruentem, miſſam facio.

FINIS.

Ἡ μὲν
ἐν αὔξησις τῷ Κυήματι γίνεται ἀφ' ὧν ὀμφαλῷ, τὸν αὐτὸν τρόπον ὄνπερ ἀφ' τῶν ῥιζῶν τοῖς φυτοῖς.

Incrementum
igitur Fœtui umbilicô contingit, eodem quo plantis modo per radices.

Ariſt. de Gen: Anim: Lib: II. Cap. IV

APPENDICULA
AD
TRACTATUM
DE
UMBILICO.

Reliquas pagellas nec inanes oportet esse, nec bullatis nugis turgere, sed solide cuneari, quò scilicèt Laurentii *de ouracho humano cuneus duriori nostro cuneo trudatur.*

Hæc igitur inserenda veniant pag. 525. vers. ult. *novissimi mei de umbilico libelli.*

Licet enim umbilicum humanum illi versent in partem omnem & mille modis ipsum volvant atque revolvant, ac eumdem etiam ad meridianum solem vel Galilei peripicillis, vel lynceis oculis contemplentur, nequaquam tamen *urachon* ullum in illo detecturi sunt, quin intimul defectionem à legitima conformatione atque humana ad anomalam atque brutam deprehendant. Sicut enim naturam aliquot brutas animantes hac vel illa similitudine referunt, ità *Fernelius*, *Cabrolius* atque *Highmorus* homines commemorant *urachò* jubé brutis compares.

Istæc igitur exempla tria, quæ inter tot denatorum spirantiumve hominum myriadas sola sunt authentica, majoris apud me ponderis non sunt, quàm si quis probaturus fæcum & urinæ communes nobis inesse vias *Fabricii* v. g. *Hildani* puellum unum, vel *Tulpii* puellum alterum mihi cederet, qui podice nullo fæces *urethrâ* regereret.

Immò id congeniti vitii puellarem deformasse formam &

finum pudoris omnem conſpurcaſſe *Ludovica* noſtra *Bourſier* teſtatur oculata.

Omnis itaque, ut reſumam, urachi humani præſentia parilem apud me denotat anomaliam, ac alia quævis aberratio innata vel urinæ perinæo (1) aut pube (2) profluentis; vel fæcum alvinarum veretro (3) aut vulva (4) propulſarum.

(1) *Apud Tulp. lib.* IV. *Obſ.* 36.

(2) *Puerum ipſe vidi, cui, duobus ſupra pubem digitis, emiſſario bifido ſtillabat urina.*

(3) *Apud Fab. Hild: Cent.* I. *Obſ.* 75.

(4) *Louiſe Bourſier dans ſes Obſervations.*

FINIS.

CAROLI DRELINCURTII

Medici Regii,

DE

CONCEPTU

Conceptus,

QUIBUS

Mirabilia Dei ſuper

FOETUS HUMANI

formatione, nutritione atque partione,

Sacro velo hactenus tecta, ſyſtemate felici retegunturr.

Οὐκ αἰσχρὸν
ἢ ἡμῖν ἐπ' ὠφελείᾳ τῶν ἀκουόντων τὰ Κυητικὰ ὀνομάζειν
ὄργανα, ὧν οὐκ ἐπησχύνθη τὴν δημιουργίαν ὁ Θεός.

Neque
verò nobis turpe eſt ad auditorum utilitatem
nominare partes, in quibus fit fœtûs Con-
ceptio, quas quidem Deum fabricari
non puduit.

Clemens Alexandr. Pædagog. Lib. II. Cap. X.

PRÆFATIO.

Nudum promulgo Syſtema, quò contractius ſit; notis enim tumidum illud ne unus quidem librorum helluo voraret. Quò interim nudius, eò obſcurius. Dilucidari tamen refugit ne lux addita molem addat.

En itaque Periochas umbroſas, ad quas equidem ingenia cæſpitent opaca, ſed quas inoffenſo pede perambulent ingenio lucidi. Clarentes quippe viri face mea non egent ut dilucidè cernant Periochen *v. g.* primam *uterum redarguere ore uno præditum, & lagenæ ſimilem, cujus collum ingreſſus ſit unicus & egreſſus*; ſecundò *tubas impervias eſſe*; *tertiùm in alterutram illas uteri cervicem demitti*; quartùm *denique matricis fundum exterius phialæ vitreæ ritu depreſſum atque concavum eſſe.*

Ità deinceps quævis alia Perioche *dùm veritates Phyſicas expromit, oppoſita falſa tacitè mordet. Sic v. g.* Perioche 23. *quò majori cultu* Myſterium Incarnationis *proſequitur, eò capitaliori flagrat odio in tartareas de* Platone (a) *fabellas deque* Budda (b) *è virgine natis. Tantam enim fidem diabolicis technis iſtis adhibeo, quantam profectò vel* Minervæ (c) *vel* Baccho (d) *de Jovis cerebro crureve deductis*; *vel* Typhaoni

(a) Apud Diogenem Laertium, Lib. III. in Platonis vita.
(b) Hieronymus in *libro* I. adverſus Jovinianum
(c) Heſiodus in Θεογονίᾳ & Homerus in hymno in Apollinem.
(d) Diodorus Siculus in Bibliotheces Hiſtoricæ *libro* III. & Apollodorus in *libro* pariter Bibliotheces III. atque Herodotus in Euterpe *Cap.* CXLVI.

phaoni (e) *è Junone ſola genito*; *vel* Tullio Servio (f) *de priapi cinere ſurgenti*; *vel* Apidi (g) *demùm è lunæ radiis ſuſcitato.*

Tu Lector ſagax, *Perioche ex una perſpice omnes & ruminator ſedulus unicum* Adamum (h) *à Deo creatum eſſe ſine viro & fœmina*; Evam (i) *unam conditam eſſe è viro ſine fœmina*; *ſolum* Chriſtum (k) *è virginis ſubſtantia productum ſine viro*; reliquam *verò* ſobolem humanam (l) *è viro inſimul atque fœmina progigni tam eſſe atque progigni.*

Unius autem Dei munus eſt quòd ſpiremus, quòd vivamus, quòd vigeamus (m); *nam* in illo vivimus & movemur & ſumus (n). Recorderis *ergo*, *Pie Lector*, Creatoris tui in diebus juventutis tuæ.

(e) Homerus in eodem in Apollinem hymno.
(f) Dionyſ. Halicarnaſſ. in Antiq. Rom: *lib.* IV. & Plinius in natural. hiſt. *lib.* XXXVI. *cap.* XXVII.
(g) Plutarchus in Sympoſiacōn *lib.* VIII. *Quæſt.* I.
(h) Gen. I. verſ. 27. & V. verſ. 1.
Luc. III. verſ. 38.
1. Tim. II verſ. 13.
(i) Gen. II. verſ. 22.
1. Cor. XI. verſ. 8.
(k) Eſa. VII. verſ. 14.
Matth. I. verſ. 23.
Luc. I. verſ. 31. & 35.
(l) Gen. I. 26. & 27. & V. verſ. 2.
Matth. XIX. v. 4.
Marc. X. v. 6.
Act. XVII. v. 26.
1 Cor. XI. v. 12.
Item Hipp. Plato. Ariſt. Plut. Gal. & alii paſſim è ſeculorum experientia.
(m) Apud Lactantium de Opificio Dei.
(n) Actor. *Cap.* XVII. *verſ.* 28.
(o) In Eccleſiaſtæ *Cap.* XII. *verſ.* 3.

SY-

SYSTEMATIS
DE
HUMANO FOETU,
PARS PRIMA,

quæ, Periochis 24, Lectorem quasi manu deducit in abstrusissima quæque Veneris adyta.

Perioche I.

Scire est uterum, urinariæ vesicæ modô, trifariam pertundi, in cervice scilicèt interiori & in utroque latere, non cervicis vel internæ, vel externæ, sed sphærici sui fundi.

Perioche II.

Sciendum est rursùs fundi latera isthæc esse pervia foramine stricto in oblongas, recurvas & cellulis plenas, seu hinc indè contractiones Appendices carneo-nervosas, quas uteri *Cornua*, *Tubas* & *Antennas* vocitant.

Perioche III.

Notandum est deindè Appendices istas ab utroque uterini fundi latere, recto primum itinere atque brevi & angusto protendi; mox verò per hemicyclos, quinque vel sex pollicum altitudine, reflecti sursùm testiculos versùs.

Perioche IV.

Observare est insuper Appendices illas, quò ab utero remotiores & testiculis propiores, eò ampliores atque sinuosiores esse.

Pe-

Perioche V.

Considerare est adhuc Appendices easdem toto suo tractu, non duntaxat pertusas & ambagiosas esse; sed testiculos versum, coïtûs præsertim momentô, patulas esse, seu fauces habere, quibus *ceu proboscide vel œsophagô*, semen exorbent.

Perioche VI.

Scitu deniceps necessarium est fauces illas, pisi majoris vix capaces, nervoso primum & angusto quodam orbicularis limbo, ceu annulo strictiori, coarctari atque firmari; in ambitu præterà fimbriatas esse, carneasque, hoc est, fimbrias habere musculosas, quæ digitorum more sese & expandant & contrahant.

Perioche VII.

Concipere est itaque fimbrias illas, *Mentulæ adinstar*, languente Venere languêre; vigente verò vigêre, id est, Penis atque Clitoridis ritu, vel flaccescere atque collabi; vel turgêre atque porrigi.

Perioche VIII.

Percipere est pariter lacertosas fimbrias illas sanguine spiritibusque Venereis turgidulas huc & illuc attolli atque vagari, donec impetu cæcô ruant in testiculorum amplexus. Nam uti profectò fœminæ v. g. bombycum papiliones apertum & erectum podicem cupidine cæcâ tamdiu jactant atque circunferunt, quàm mari copulentur; ità prorsùs musculosæ fimbriæ nostræ sese primùm manûs adinstar expandunt, seseque totas deinceps in testiculorum ambitum diffundunt, quos suis velutì digitis, (*erectis & expassis quidem, sed nonnihil tamen reductis*) comprehendant atque comprimant.

Perioche IX.

Speculari est præterea fimbrias illas istoc Venereo suo complexu atque compressu aliquam è testiculis hydatida, seu vesiculam limpidam elidere, inque suas fauces detrudere, hoc est, in os patulum illud *Perioche* 5. delineatum.

Pe-

Perioche X.

Ruminari eſt itidem veſiculas lymphaticas & unicolores, *illarum arteriolis exceptis*, intra teſticulos eſſe, *ceu Ova in avis Ovario*, vel maturas & ad egreſſum paratas; vel immaturas & ad egreſſum imparatas.

Perioche XI.

Imaginari eſt autem veſiculas illas plenè maturas haud ſecùs ab Ovario ſuo ſecedere, ac fructus maturiſſimus ſejungitur à ramo. Sicut ergò fructus citra ſuccum profuſum ullum ſuô pedunculô ab arbore decidit, ità ſanè hæ veſiculæ, *ſucco licèt turgidulæ atque diſtentæ*, illæſæ & intemeratæ, ſuis ab Ovariis, naturaliter ſecluduntur, citra ſcilicèt liquorem ullum ab ipſarum vel pelliculis vel vaſculis effuſum. Immo, magis appoſitè dicam veſiculas illas extremè maturas eodem modo ex Ovario ſuo ſingulas propelli, ac Ovorum vitelli è vitellario ſuo in infundibulum compelluntur. *Videſis Periochen* 57. ubi placentæ toti parilis avulſio, ſive propoliatio jure meritoque denegatur, quæ veſiculis ſeminalibus hîc unicè competit.

Perioche XII.

Recordari eſt etiam Veſicularum unamquamque, *ſeu Ova iſthæc ſingula*, intra ſcrobiculum nerveo-carnoſum nidulari, hoc eſt, Ovum quodlibet haud unâ pelliculâ atque folliculô ſuis, ſed inſuper teſticulorum nucamentis atque calycibus, *ceu nidis nerveo-carnoſis*, includi.

Perioche XIII.

Nobis rursùm memoria refricanda venit nidulîs iſtîs Ova quidem immatura arctiſſimè concludi; matura verò laxiſſimè teneri. Uti ergo ſeminum calyces vel duriſſimi maturitate hiant ſemine deciduo; ità certe Ovorum paniculæ atque folliculi maturatis Ovis diducuntur qnidem & expanduntur, ſed Ovis maturioribus illis ſponte nuſquam deciduis: ad illa ſiquidem excludenda duo connituntur, niduli ſcilicet fibroſi, carnoſique *Perioches* 12. coarctatio lenis, ceu conſtrictio blan-

da; nec-non aliunde adductior paulò arctiorque fimbriarum *Periochæ 9.* complexus atque compreſſus.

Perioche XIV.

In memoriam quoque revocandum eſt, Ova iſthæc quælibet pelliculis modò ſtrictioribus atque compactioribus; modo laxioribus atque rarioribus contegi. Concipere eſt aliunde Ova iſthæc modò intentius, modò remiſſiùs ex Ovario ſuo exprimi & elidi: itaque ità modò integra & illæſa, modò autem crepantia, & fluxa in uteri cavas Appendices impelli. Ità mehercle motâ linguâ Ovorum Vitelli in fauces, inque ventriculum, vel integri, vel crepantes detruduntur. *Videſis Periochen 5.*

Perioche XV.

Non ſolùm autem faucibus Appendiculum uteri ſorbentur Ova, ſed & eadem in Appendicum cellulas pedetentim devolvuntur. Immò, è cellulis tandem ambagioſis illis & nerveo-carneis, *quæ ſuis fibrillis ſeſe circum Ova contrahunt*, in uteri fundum uſque demittuntur atque rotantur.

Perioche XVI.

Atqui dum iſthæc fiunt, Ovorum aliquot vel in Ovario, vel in anguſtiis proboſcidis uterinæ, vel in ipſo demum utero mediacrepant, *ſicut in Perioche* 14. prælibatum eſt. Suam ergo cryſtallinam lympham vel in teſticulorum ſcrobiculos, vel in proboſcidem uteri, vel in ipſum uterum effundunt Illam quippe inibi locorum variè recoctam atque coloratam & ſub multiplici larvâ multiplices tragœdias agentem ſæpiùs deprehendi.

Perioche XVII.

Illinc igitur liquet uterinas Appendices, è teſtibus in uteri fundum utrinque protenſas genuinos Ovi-ductus eſſe, quibus Ova è teſticulis, ſeu Ovario atque Promptuario *Periochæ* 10. in uterum deducuntur atque devolvuntur.

Perioche XVIII.

Meditari eſt, ſimiliter, Ova iſthæc intra uterum illæſa, *ſeu*

ſeu germinis pulpam intra ſolum, apta nata eſſe quæ maſculini feminis fermentum atque fœcenditatem tota ſuſtineant atque promoveant; intra vero vel Ovaria vel Ovi-ductus, vel uterum cæſpitantia atque crepantia, *utì Perioche* 16. irrita prorſus eſſe atque ſubventanea. Immò ſuô inibi coagulô putri, vel aliâ quâvis indole degeneri, ſtupendam inferre perniciem, *ſicut in eadem Perioche prænotatum eſt.*

Perioche XIX.

Attendere eſt deinceps Ovum unicum, *uterô exceptum*, uni duntaxat Embryoni, *ex ſemine maris*, formando perindè deſtinari ac unicum tritici granulum, *terræ gremio creditum*, uni ſpicæ, *ex germine ſuo procreandæ*, determinatur. Sic inſuper Ova bina, (*vel ab uno duntaxat teſticulo, vel ab uno infimo & altero*) in uterum immiſſa, *maſculoque ſemine turgida*, gemellis delineandis atque producendis, (*haud ſecus ac tritici grana duo in terram projecta ſpicis duabus erupturis*,) præſtitue. Pari ratione triplex, quadruplex & quintuplex Ovum, *maſcula virtute prægnans*, tres, quatuor ve vel etiam quinque fœtus unâ vice progenuiſſe, à Philoſopho proditum, *hiſt. An.* 7. *cap.* 4. & à me, *Pariſiis*, viſum eſt.

Perioche XX.

Animo deindè volutare eſt iſthæc Ova ab Ovario per Veneris ludibria, hoc eſt, vel per ſalacitatem fricatricum; vel per nocturnas pollutiones in uterum provoluta ſubventanea atque caſſa perindè eſſe, omnia ad unum, ac alia quævis media crepantia vel in Ovario, vel in Ovi-ductu, vel in Utero, *ſicut in Perioche* 16. *dictum eſt.* Immò, haud ſecùs uterino fotu putreſcunt, tetroque dilabuntur effluxu, ac v. g. gallinarum Ova, *hypenemia dicta*, incubitu quovis tota in putrilaginem diffluunt.

Perioche XXI.

Sic ediverſo reputandum venit Ovum omne ſalubre, quod conjugio ſorpſit uterus, quodque ſeminali ſpiritu maſculo ſufficienter imprægnatum eſt, fœcundum ſemper atque pro-

lificum esse. Etenim, protinùs ac uteri fundô Ovum aliquod conjugiô sorptumest, & nostrum insimul semen in idem fundum sumus ejaculati, totus præ libidinis œstro gestit uterus, totusque contrahitur atque conglobatur. Illâ igitur contractione atque conglobatione suam cervicem internam, suaque pariter Oviductûs ostia duo, tam arctè claudit ut cuspidem acûs ne quidem admitteret. Exindè est ergo ut seminis masculi virtus intemerata intra suum illud Ovum tandiu sponte sua fermentetur atque fœcundetur, donec uterina vasa novo spirituum impulsu fermentum istud atque fœcunditatem illam diutius atque plenius promoverint.

Perioche XXII.

Immò, hæc mascula virtus est tanta ut spiritu suo genitali fortiori atque generosiori impetum quandoque faciat in uteri prurientis ostia lateralia & sese in Ovi-ductus evehat. Exindè est, certè, ut Ovum inibi præoccupet, nec in uteri fundum prolabi permittat, sed obvium illud media in via, in Ovi ductu scilicet, prole imprægnet sibi haud minùs quam matri perniciosâ. Illinc quippè, viâ ad partum nullâ, misellus infans peccati nescius, peccati fit reus dùm cæde nefaria sese suamque matrem miserè cruentat; utì *Parisiis* atque *Londini* tantæ cædis patratores in flagranti delicto haud semel deprehensi sunt. Aliàs autem, & ex Naturæ legibus, masculum semen tunc demùm in Ovis fermentatur atque vivificatur quùm isthæc ejus Ova in matricis fundum provoluta atque propulsa sunt, *sicuti Perioche* 21. id luculenter adstruit.

Perioche XXIII.

Liquet igitur ex *illa Perioche* 21. Ovum in matrem, hoc est, in matricem, compulsum masculi duntaxat seminis ingressu prolificum fieri; idque ab Adamo creto ad noviſſimam usque diem tam irrevocabili lege ut mortalium nemo sit aliter vel conceptus vel concipiendus unquam; nam in animali mortali istud est immortale. Idcirco igitur, eo mirabilius mira-

mirabilia Dei, ſuper ſacro ſancto Virgineo partu, ſeſe manifeſtant: Is quippè immortalis Θεάνθρωπος, ne ex carne peccatrice nobiſcum in peccato conciperetur, ſacro-ſancti ſpiritûs efficacia in Virgineis ilibus conceptus eſt. Quum enim Deo non ſit difficile quicquam, quid ipſi facilius fuit, quàm in Electæ ac Illibatæ Virginis uterum Electiſſimam & Intaminatam deduxiſſe veſiculam, cui deinceps, is idem qui primitùs incubuit aquis, incubaret & incubitu ſuo Divino germen illud Immortalitatis ἄληκόν τε καὶ ἀμίαντον ex illius ſelectæ veſiculæ ſinceriſſimâ cryſtallô intra Beatæ Virginis ilia ſuſcitaret?

Perioche XXIV.

Sed in abſtruſum illud conceptionis opus, (*Cimmeriis tenebris hactenus involutum, & ſoli rerum omnium Creatori notum, ac idcircò Platoni dictum* Θεῖον τὸ πρᾶγμα *Divinum opus.*) Medicis oculis paulò altiùs introſpiciamus. Tu luminum Pater, (*qui poſſides renes meos ex quo obtegebas me in utero matris meæ, & cujus oculi maſſam meam viderunt informem ex quo ſum in abdito confectus artificiosè velut in imis partibus terræ*) illumina meæ mentis oculos, quò propiùs Opera tua miranda contempler atque ſuſpiciam!

SY-

SYSTEMATIS DE HUMANO FOETU,

PARS ALTERA,

quæ viâ hactenus inviâ, & Periochis 36. abstrusissima scrutatur hominis primordia & incrementa ad horam ejus usque natalem.

Perioche XXV.

Mulier conceptu & partu terram imitatur. Semen quippe terræ gremiô exceptum, madore primùm cœlesti intumescit & viribus deinceps astrorum fermentescit atque fœcundatur: Atque adeò germen ejus rore & pluviâ intimè perfusum igneque solari, *intus agente atque movente*, suscitatum fibrillas emittit, quæ per medium pulpæ involucrum, *tunc mollitum & satietate crepans*, susque deque germinant. Quæ porrò fibrillæ in terram disperguntur radices audiunt; quæ verò unâ congerie assurgunt culmos & caules atque truncos producunt: Quod verò his accrescit vel spica est granifera, vel surculus est gemmatus, è cujus gemmis folia, flores, fructus atque semina funduntur ubertim. Pari propemodum eventu Ovum uteri sinu, *ceu terrâ*, feliciter susceptum & genitali spiritu masculo inibi perfusum, atque etiam matris corde, *ceu sole*, fœcundè fotum spumescit primum & exagitatur; ac deincèps de germine suo, *Periochis* 27. & 30. sursùm atque deorsùm fibrillas profert, *nervulos nimirùm atque venulas & arteriolas* quæ radicularum & ramusculorum more

hùc

huc & illùc expanduntur. Immò iſtarum radiculârum majuſculæ tres medium Embryonis centrum permeant atque ſic per mediam Ovi lympham aliquandiu fluitant; ſed illam tandem, gyris ſuis atque Mæandris, tranant univerſam. In illius igitur Ovuli pelliculas uſque contendunt, quibus orbicularim ſeſe primùm affigunt, ut illas tandem pertundant, & in obvios ſibi porulos uteri radicentur; atque ſic circulô ſuô umbilicalis illius funiculi dicti, laxe quidem torti, ſed nodoſi, ternique contexti chordis, reſticulas conſtituant ab Embryonis centro in matricem exporrectas.

Perioche XXVI.

Sicut autem albæ v. g. ſaxifragæ atque ſcrophulariæ minoris radiculis adnaſcuntur globuli plurimi, ità reapſe hiſce fibrillis umbilicalibus in uterum circulatim expaſſis numeroſi ſuccreſcunt acinuli. Hi porrò densâ congerie & crebrâ velut adunatione maſſam illam formant orbicularem, quam à figurâ placentulam vocitant, quæque genuinum eſt, non embryonis quidem, ſed fœtûs ſolum, ex quo uno arteriis irriguo ſuam alimoniam excipit omnem. Pleniùs dicam quod res eſt, iſtis nimirùm acinulis, qui vaſis fœtûs accreſcunt, ubique adeſſe præſtò cùm ſpermaticas, tùm hypogaſtricas præſertim arterias, quæ, uteri intermediâ pulpâ, ſingulos acinulos ſuâ purpurâ rorent. Tot igitur fœtus acinuli materno rore ſic aſperſi, ac novâ irerùm atque novâ maternis arteriis roratione pleniùs exſatiati, ſuam tandem ſatietatem, porulorum convenientiâ, in umbilici venulas evomunt. Hæ pariter ne plenitudine crepent ſuam nimietatem univerſam in communem ſibi venam effundunt, ut ordine quoque ſuo fœtûs corculum & arteriolæ eodem nutritio rore benigno ſaturentur, *utì plenius id adſtruetur in Perioche* 39.

Perioche XXVII.

Verùm, operæ pretium eſt ut ab illa placenta & ab ipſa mea claudicante cum vegetantibus comparatione nonnihil deflectam ad Democriti puteum, novam atque ſalubrem Verita-

ritatis aquam exindè hausturus, quâ meum Embryonis eruptu-ri germen salubriter adhuc respergam & lætè suscitem. Vegetantium itaque semen in eo discrepat ab Embryonis semine, quòd cuique vegetanti suum insit indigena germen, fotu quovis opportuno pellulaturum: At fœmineis Ovis nullum planè germen primitùs inest intrinsecum, sed omne extrarium est & recèns in illud advena, atque adeo alienigenum. Etenim, tantum abest ut ullo matricis tepore Virgineum Ovum suscitetur, ut ediversò in teterrimam illud putrilaginem incurrat, *sicut in Perioche* 20. *prænotatum est.*

Perioche XXVIII.

Istud ergo germen in Ovis fermentescens atque fœcundum à genuinâ suâ arcessamus origine. Lipporum atque tonsorum ore nostræ conceptionis principium masculum semen esse circunfertur; sed, ne Medicorum quidem scriptis vel elucubratissimis, modum uspiam docemur, quô masculum semen istud cum fœmineo concurrat ad Embryonis stamina nectenda. En brevibus conceptus meos, super quidem fœtibus abortivis & fœtarum cadaveribus formatos, nusquam tamen vel abortivos, vel cadaverosos; verùm, plenè maturos atque vivaces.

Perioche XXIX.

Masculum itaque semen speculor atomis acido-salinis turgescens & quidem activissimis & ab universo corpore deciduis, nec non multiplici genitalium organorum apparatu ità subactis ut plurimis partium ideis imprægnentur. Fœminarum deinceps Ova contemplor liquore crystallino distenta & pellicula ductili, porosissima, duplicique munita; non testacea quidem alterâ, ut in volucribus obtinet, sed tenuiori primùm unâ, piæ matris adinstar; alterâ verò crassiori paulò & duræ matris nonnihil analogâ. Ipsorum autem crystallinam lympham albumen vocito, illudque cum albugineo oculorum humore comparare soleo, & utrumque permistum agnosco atomis aliquot acido-salinis, quò scilicet tutiùs intra suos folli-

liculos perennent. Tertiò demùm maritalem copulam mentis acie perluſtro & ſemen maſculum, univerſi corporis velut Epilepticâ vibratione, in vaginam, inque uteri cervicem internam, atque adeò in ipſum uteri fundum impetu quodam efferri percipio: Semen enim ſpiritibus universè turget atque ſpumeſcit: At ſpirituum eſt impetus ſuos exerere & uterinæ cervicis ſingula perrumpere clauſtra, quò intimiùs in uterum irrumpant.

Perioche XXX.

Iſtis prælibatis, Ovum concipio hâc v. g. mulcibri Venere ab Ovario in uteri fundum uſque devolvi, *ex Perioche* 15. Maſculas inſuper atomos innumeras attendo acido-ſalinas *Perioches* 29. & illas quidem activiſſimas atque adeò mobiliſſimas ac inſimul penetrantiſſimas contemplor. In uterum igitur aſſurgunt & Ovum inibi orbiculatim & aſſultim impetunt atque ità porulos ejus quoquoverſum ſubeunt. Illinc ergo fit ut ſeminis craſſamentum vulgò dictum Ovi pelliculas nequaquam permeet, ſed ejus duntaxat mobiliſſimæ quævis atomi ſeſe, ocyores fulgure, in intima illius Ovi penetralia ſubducant atque inibi milliariæ ſeſe conſtipent, non tumultuosè quidem, ſed mirâ & inenarrabili ſerie ſinguli ſeſe in illos ordines varios atque varios referant, quos ipſis ſummus generis humani ſator, *cujus digitus hîc ſingulariter elucet*, ex ſuorum motuum atque figurarum varietate ſtupendâ præſtituit. Ipſarum igitur unaquæque mobiliſſima prout variam atque variam figurationem ſortitur, ità & partis cujuſque genuinum eſt primordium. Quùm autem irrequietæ & agiliſſimæ ſint, agere nuſquam deſinunt, ſed calore ſuo, *ceu igne interno*, omnia movent per omnia, atque ità albumen Ovi ſui primùm colliquant, hoc eſt, raretaciunt & in illam molem attollunt, quam Philoſophus *liquoris albi* nomine deſignat, & quam *Jaſon à Pratis*, ac induſtrius ille Naturæ ſcrutator *G. Harveus*, *colliquamentum* vocant, quodque profitemur eſſe Embryonis noſtri, maſculis atomis jam concreti atque coagulati, conſociale nutrimentum. Stet ergo ratum

atque ſancitum, *apud nos*, maſculum ſemen Embryonis eſſe principium activum inſimul atque materiale; fœmineum verò paſſivum duntaxat atque nutritium.

Perioche XXXI.

Huc uſque porrò Embryonis complendi principia duntaxat data ſunt, ſive, ut aliter dicam, Embryonis texendi ſtamina ſolùm nexa ſunt & illius corpuſculo tegmen atque ſub-tegmen inditum eſt unicè, & quidem ab illis maſculi ſeminis motoribus indefeſſis, *ſpiritibus nempè*, in ipſius Ovi centro coactis atque ſtipatis. Supereſt ergo, ut mirificas ſpirituum illorum motiones ac opificium ſtupendum plenius atque propius attendamus. En itaque ſpiritus acido-ſalinos intra Ovi ſui centrum unitos, & qui vim ſuam inibi fortiter ac indefinenter exerunt, ſuum enim *colliquamentum* validè jugiterque conquaſſant, ſubigunt & attenuant, atque adeò ſubtiliſſimas primum portiunculas ejus, (*donec Embryonis corporatura plenior reliquas etiam admittat*,) in venularum fila, primitùs per *colliquamentum* diffuſa atque fiſtulata, perindè propellunt, ac ſolaris activitas madorem cœleſtem in gracillima quæque pullulantium filamenta compellit. Per porulos igitur venarum tenuiſſimæ quædam colliquamenti particulæ pedetentim urgentur in Embryonici corculi tegmen atque ſubtegmen & inibi profectò intimiùs adhuc conquaſſantur, hoc eſt, minimæ per minimas ità ſubiguntur atque recoquuntur, ut purpuriſſum illud tandem induant, quod puncti ſalientis forma ſeſe prodit. Saliens ſiquidem punctum cor ipſum nuſquam eſt, ſed ſanguis eſt intra cor. Inibi quippè ſanguis in ſpirituum genitalium acido-ſalinorum & ſcrobiculos cordis obſidentium denſum agmen incurrit, atque adeò pleniùs incaleſcit atque rarefit. Elaterem ergo nanciſcitur, atque ſic elatere ſuo corculi fibrillas confeſtim expandit & viſui ſubjicit; in pullo ſaltem gallinaceo, ad cujus analogiam iſtud phænomenon Embryoni tribuitur. Immò corculi ſanguiculus ille fibrillas iſtas aliter diducit, ut ipſas blandè ſollicitet ad ſui contractionem. Viribus igitur unitis ſeſe undique colligunt

gunt atque contrahunt, quò ſanguinem illum, *recèns intra ſe calefactum & expanſum*, in alia quoque fila, Embryonis corculo ſurſum atque deorsùm annexa, diffundat, atque ſic alternis iſtis atque rhythmicis dilatationibus & contractionibus minima quæque Embryonis accreturi ſtamina longiùs atque latiùs protendant.

Periochæ XXXII.

Hactenùs *colliquamento* ſuo noſter Embryo formicæ mole totus innatat, nec ullâ fruitur cum utero copulâ; ſed ſuis involucris obductus, ſimplici duntaxat uteri complexu coërcetur. Vultis comparationem rudem, Vitreos illos contemplemini Vitrariorum Embryones exiguis phialis conciuſos & aquâ circunfluos. Verùm, ut diſtinctiùs eloquar, dicam quod res eſt, Embryonem ſcilicèt totum albugine ſuâ mergi, hoc eſt, albumine Ovi ſui colliquato atque ſubacto undique rigari, fulciri, nutriri & augeſcere. Illo namque albugineo nutritio ſucco non unicè perfunditur, ſed & illo eodem ità ſuſtentatur & ab omni compreſſu ità fovetur, ut libera percipiat ubique ſui nutrimenti ac etiam incrementi commoda. Aliàs quippè tàm exilis moles Embryonis vel uterô contractiori, vel viſcerum pondere collideretur atque diffflueret. O colendam animitùs, & publicitùs enarrandam ſapientiſſimi Creatoris Providentiam! hactenus tamen à nemine vel ſatis excultam vel ſatis promulgatam; *Vide Periochen* 53.

Periochæ XXXIII.

Ne autem tàm pretioſa Embryoni pereat albugo duplici illa ſuccingitur tunicula, quas *amnion* quidem vocant atque *chorion*, ſed quarum primordia neſciunt, nî panîs cruſtam clibanô duratam in ſubſidium vocent. Verùm, refricemus nobis memoriam pellicularum Ovi *Periochæ* 29. Deinceps, quæſo, recordemur etiam *Periochæ* 30. è qua patet ſpiritus ſeminis igneos in Ovum impingentes, illud nuſquam diffringere, ſed porulos ejus quocunque permeare & ſeſe in ejus meditullium agminatim recondere. At vero, quùm illæ O-

vuli tunicæ huc usque non crepuerint; ac deindè, quùm ductiles existant, & contento liquore nutritio perpetim irriguæ, nec-non adhuc uliginoso matricis complexu jugiter fotæ, consequens est ut ad rarefactionem & expansionem *colliquamenti* sui sese accommodent, nec uspiam rumpantur, sed sese diducant & expandant, pro ratâ scilicet portione ad Embryonis indies alescentis, ac etiam indies auctioris atque auctioris incrementa.

Perioche XXXIV.

Qui porrò vel præter binas membranulas illas, *allantoeïdea* seu *farciminalem* nobis obtrudunt; vel inter geminas easdem, inter *amnion scilicèt & chorion*, humorem sibi fingunt, brutis atque cathedrariis, quàm humanis atque realibus Anatomicis propiores sese produnt. Id unum igitur inculco amnion atque chorion, in meis Embryonibus humanis, non modò farciminis exortes sed & perindè contiguas esse pelliculas, *& quidem liquore intermedio nullo*, ac pia mater est duræ matri contermina, nullo prorsùs inter ipsas vel liquamine, vel succo. Quod si gentium uspiam amnios tenerior atque porosior & laxiùs attexta chorio, visa sit unquam aliquid in *chorion* transudasse, id, apud me profectò, præter naturæ leges perindè est, ac vel serum intercus in ambustis, vel lympha quædam inter cerebri meningas, qualem ipse in ebrioso viro altitudine digiti auricularis circulatim concretam inibi detexi. Sed rursum & appositè dicam humorem omnem inter amnion & chorion haud secùs mihi monstrificum esse ac vel Ovum illud perexiguum, sed crustâ tectum, ab Harveo deprehensum intra testam majoris alterius; vel liquor tenuis & aquosus ille, quem, citra vitellum, Magnus miratus est Albertus inter binas unius Ovi gallinacei testas admirandas.

Perioche XXXV.

Interim Embryo noster grandescit ac suam propemodùm *colliquamenti* penum universam exhausit. Novâ igitur eget annonâ, illaque pleniori longe, quàm hactenus ab Ovulo suo nactus

nactus est. Sors enim illius tota diffidet ab illo Philosophi emancipato filio, hoc est, à testaceo pullo, qui, albugine Ovi sui consumtâ, vitello vescitur. Embryo quippè noster vitelli cupedias nescit, & jam-jam fame periturus est, ni gravi suâ, quâ premitur sublevetur annonâ. Illam ut ad ipsum convehamus funiculò nobis opus est *Perioches* 25. quem, putei Democritei causâ, in *Perioche* deseruimus 27. Istum ergo funiculum umbilicalem resumamus & ejus ope novum alimentum novo suggeramus fœtui; embryo nanque noster recens in fœtum evasit. Qui itaque desiit esse Embryo, jam Fœtus est: Is certè propterea pleniore atque solidiore pabulô prorsùs eget. Pleniùs ergo atque solidiùs is omnis corporandus est. Quam igitur in *Perioche* 26. placentulam anticipavimus ac fœtui recenti pro illius modulo concessimus, ad veritatis trutinam ponderemus. Isthæc enim citra Romanorum Deam Alemonam fœtum nostrum in novimestre tempus plenissimè nutritura est.

Perioche XXXVI.

Reapse siquidem placentula fœtus, *ex Perioche* 26. acinulis constat, qui exremis vasculis umbilici, *in uterum à centro fœtûs exporrectis*, accrescunt; atque adeò universa placenta congeries est acinorum, seu papillarum, jecorariis similium, quæ fœtûs matrisque vasa interjacent, ut illis intermediis fluat atque refluat sanguis à fœtu primùm ad fœtam, *ex Perioche* 25. & à fœtâ deinceps ad fœtum. Istæ porrò papillæ hùc & illùc nequaquam disperguntur, mearum sporadum glandularum more *Præludii mei Anatomici* sed per aliquot velutì manipulos conglobantur, idque crassitudine fœtûs incrementis analogâ. Taliter autem conglobatæ papillæ suos illæ globulos ità conjungunt ut tot hepatis lobulos nobis describant, sed membranis nequaquam seclusos, sicut in canum simiarumque jecore: Hi quippè glomi coëunt insimul glomeramen in unum, & quidem non universè globosum, coitione siquidem suâ hemicyclum excavatum æmulantur. Tota nanque placenta utì convexa est uterum ver-

ſus, ità profectò fœtum verſus concava eſt omnino. Illa porrò, novimeſtris, verbi gratia, ab utero revulſa atque deducta & expaſſa utì ambitu eſt manûs expanſæ, hoc eſt, diametri ſeptem vel octo pollicum Mathematicorum, ità profectò craſſitudine eſt linearum quidem Mathematicarum duodecim vel quatuordecim in ſuo centro: linearum verò duntaxat ſex vel ſeptem ſuis in oris. Fœtûs itaque placentula pulpoſus eſt orbiculus choriô & amniô, fœtum versùs, plenè contectus, innumeriſque fœtûs atque fœtæ vaſis irriguus ac utero ſpongioſo pulpamentô ſuô molliter adhærens; idque modò ſupernè, ſeu ad fundum; modò autem lateraliter, ſeu alterutrum ile verſus; modò denique vel retrorsùm vel antrorsùm, maternos nimiùm vel lumbos verſus vel umbilicum. Interior ergo cervix uterina, quæ tota inferior eſt, quæque tota conceptu ſtrictè clauditur, omnîs exors eſt cum placenta copulæ, & ſuis annulis arctiùs contractis univerſam fœtus & aquarum membranis incluſarum & indies increſcentium ſuſtinet molem, *uti liquebit in Perioche* 42. *&* 43.

Perioche XXXVII.

Fœtûs porrò placentulam iſtam ut ſcrutemur intimiùs prænotare eſt uterum, *inter conceptionem*, reliquiis ſeminis illius ſubtiliſſimi, quod ex *Perioche* 30. centrum Ovi penetravit, totum fermentari, rarefieri atque turgeſcere. Exindè ergo totus pulpoſus atque cavernoſus evadit. Iſtud itaque pulpamentum atque cavernulas arteriæ cùm ſpermaticæ, tùm præprimis hypogaſtricæ facilè perfundunt? At verò, dum arteriis illis uteri pulpa perfunditur, adſunt præſtò acini placentæ, qui porulis interioris uteri, *velutì per inoculationem*, inſeruntur, atque ità dùm ſanguis arterioſus in uteri ſpongioſa fortiter impellitur, in placentæ porulos etiam inſtanter urgetur. Illius deinceps particulæ, craſſiores quidem, in uteri venas regeruntur, tenuiores autem, in placentulæ papillas contruduntur. Fœtus ergò, intermediâ placentâ ſanguine ſubtili atque defæcato fruitur totus. Nec propterea æſtimare eſt reliquas ab illo tenui atque depurato ſanguine par-

tes

tes vel ſentina egêre, quâ aſſerventur, vel placentulæ papillas ità ſaburrare ut reliquum ſubindè ſanguinem vel minùs tenuem, vel minùs ſincerum fœtui percolent. Quicquid enim craſſamenti hîc dicitur ineſſe materno ſanguini ſano, id relativè dicitur ad ſanguinem ſubtiliorem illum, qui in oſcilla venularum fœtus umbilicalium ingeritur. Etenim, concipere eſt venas uteri proportione reſpondêre uterinæ moli, atque adeò oſculis eſſe præditas majusculis, quàm umbilicalis venulæ ſint oſcilla. Rursùm ergo concipere eſt uteri venas illas majuſculas, *circulationis lege*, ſanguinis craſſiores reſumere partes, quas in maternam cavam refundant.

Pariter ſanè percipere eſt venulas fœtûs, initâ portione ad ejus moleculam, oſcillis hiare minimis intra placentulæ papillas, ſanguinem ergo nullum recipere queunt niſi tenuiſſimum & ab oleoſis atque ſalinis particulis alienum, pauculis ſaltem exceptis, quæ bilem conſtituunt *Perioches* 45. Id utrumque porrò non modò fuſiùs inculcandum eſt, ſed & ratione ſagaci, ac ipſis mechanicis legibus pleniùs conficiendum. Materni ſanguinis circuitus quùm ſit in conteſſo apud omnes, in confeſſo pariter eſt apud cordatos diſparilibus illum turgêre globulis, non indole tantùm diſſonis, ſed & moleculâ variis. Conſequens eſt ergo ut ſanguinis materni portiunculæ minùs ſubactæ, minuſque ſubtiles, ac etiam minùs activæ (*ſed cordis & arteriarum jugi pulſu atque promiſcuo circumactæ*,) in matricis iſthæc oſcula, *proportionis organicæ legibus ſibi prorſùs accommodata*,) penitùs impellantur & ab ipſis in venarum tubulos ſibi pedetentim patentiores regerantur, ut inibi agmine facto conglomerentur atque glomeramine ſuo tandiu circunvolvantur, donec ad potiſſimam vitæ rotam, *citra ſufflamen*, ſingulæ rotentur & novum peridromum inſtaurent. Similiter porrò circunfluï ſanguinis illius exiliores globuli, (*qui ſcilicèt plurimâ ſanguinis circumactione exactiùs lævigati ſunt, quique plurimis inſuper ſpiritibus turgent*,) promiſcuè quidem cum craſſioribus aliis hiſpidis & inertibus placentulæ porulis illidunt, ſed, tenuitate atque mobilitate ſuâ dum præpollent, placentulæ venulas oſcillis ſuis ſibi aptas

&

& ſibi velut inhiantes facillimè ſubeunt. At craſſiores alii invicem implexi & inſtrenui ab illis oſcillis placentæ penitùs arcentur, atque ita ne morâ ſuâ noxam inibi noceant maternis aliis & aptatis ad ſeſe venarum oſculis protinùs excipiuntur, ut in priſtinum ſuum revolvantur Orbem. Per univerſam igitur fœtûs geſtationem uterinis arteriis ſicut irroratur & alluitur, ità venis eluitur atque repurgatur placenta. Hæc enim craſſiora ſua & ſuis uncinulis firmiter concreta, nimioque vel oleo vel ſale perfuſa, in largas uteri venas peropportunè refundit, nec aliud à ſanguine ſaccato & ſanguinis veluti delibato flore in arctiſſima venularum fœtûs oſcilla tranſmittit.

Perioche XXXVIII.

Intermediis itaque placentulæ papillis, materni ſanguinis purpuriſſô fœtus irriguus eſt. Si quippè detur jugis arteriarum matris in placentam impulſio, jugis utique datur ſanguinis non duntaxat craſſioris in venas matricis compulſio, ſed & tenuioris in venulas fœtus propulſatio. At venulas illas ab Embryonis puncto ſaliente repetendas eſſe *Perioche docet* 31. Illis verò venulis extremis, (*ab Embryonis corculo in Ovuli pelliculas exporrectis & illas ad uterum uſque pertundentibus*,) accreſcere placentulæ papillas, idque vel bulborum more ad radiculas, vel ſeminis ritu ad umbellas, diſcere eſt *è Perioche* 25. & 26. Nunc autem demiremur quantâ noſtri conditoris providentiâ fœtui proſpectum ſit, ne puſillus ille & gravi ſanguinis oneri ferendo prorsùs impar, nimiô materni ſanguinis impulſu ſuffocetur. Dum enim indeſes eſt iſthæc *Perioches* 37. uterini ſanguinis in venulas fœtûs adactio, ſuffocationis cardiacæ ſummum fœtui periculum immineret, niſi providus Opifex duo adaptaſſet ad fœtum redundantis ſanguinis emiſſaria, duas ſcilicèt arteriolas umbilicales, quæ ſanguinem illum in placentam reveherent. Ab illa porrò placenta vel in uteri venarum oſcula retruditur, ut in novos intra matrem circulos agatur; vel in ipſiſſimas fœtus venulas regeritur, ut circumductione novâ fœtum adhuc cir-

circunluat. Exindè rursùs, id omninò grande commodi consequitur fœtus, illo siquidem sanguine pristino in matrem ità regesto, novis ille naturæ velutì thesauris atque deliciis fruitur totus; atque sic cùm pleniùs alescit, tùm citiùs augescit. Universus interea sanguis intra fœtum sive veteranus, sive renovatus ille nusquam cessat è cordis Orbe per reliqui corporis Orbem circunferri, idque eâdem cum adultis circuitûs periodô; unîs enim * *pulmonibus* exceptîs, ab arteriis fertur singulis in partium porulos, & à partium porulis in venularum oscilla; ab illis autem oscillis in venulas rursùs atque venas, à quibus refunditur in cor, ut à corde in arterias tùm * *pulmonis*, tùm reliqui corporis continuò atque continuè regeratur.

Perioche XXXIX.

Ne quis interim in Anatome rudis nodum in scirpo quæritet, huncce sanguinis in fœtu fluxum atque refluxum in oculis gerat. Arteriæ prægnantis uteri spermaticæ atque hypogastricæ placentam ubertim perfundunt, *sicut in Perioche* 37. doctum est. Ad eum itaque finem totæ replentur totæque consurgunt sanguine largô. Placenta verò sanguinem illum omnem nec in fœtum unicè transmittit, nec in uteri venas unicè transfundit; sed subtilissimam duntaxat portionem illius in venam umbilicalem percolat; crassiorem autem in venas matricis remittit, *sicut in Perioche docetur eadem* 37. Subtilissimus itaque sanguis in umbilici tubulum venosum instillatur, & exindè, per tubuli sui flexus atque gyros, pigro fluxu nec plenis undis, in medias jecoris portas adigitur. Ex illis verò portis jecur intimum neutiquam subit, sed in ipsam venam cavam confestim properat, atque sic diaphragmatis circulum nervosum illicò præterfluit & Mathematicis aliquot lineis super centrum istud Diaphragmatis in canaliculum venosum incurrit, fœtui peculiarem. Hic porrò canaliculus san-

* *Videsis Periochen* 40 *&* 41. *ne hic & illi ἀνύσαλα proferri putes.*

ſanguinem *plurimum* * illum, portitoris inſtar, in venam pulmonalem traducit, è qua in auriculam cordis ſiniſtram, inque corculi ventriculum ſiniſtrum defluit. Illinc autem pellitur in Aortam, ut ab Aorta in univerſas fœtûs arteriolas longè lateque diffundatur, atque ſic refluat, circuitûs lege, in ſingulas fœtûs venulas, nequidem umbilicalibus exceptis. Hæ quippè, ſanguinem licèt à matre in fœtum importent, quaſdam nihiloſecius particulas priſtini ſanguinis fœtûs revehunt, quas nimirùm, ſuîs arteriolîs in placentam, fœtus quidem regeſſit; ſed quas placenta, novi jugiter arterioſi ſanguinis impulſu, in umbilicalis venulæ porulos retruſit, utpotè ſibi priùs pervios, atque adeò nunc faciliùs repetendos.

Perioche XL.

Verùm, ſanguis univerſus, quem ab utero in fœtûs venam cavam deduxi, in canaliculum venoſum *Perioches* 39. non influit. Rem enim totam ex ratione & ex vaſorum capacitate dùm æſtimo, en certè portio ejus alterâ longè minor, in cordis auriculam dextram inque contiguum ipſi ventriculum rectà devolvitur. Exindè porrò in pulmonum arteriam urgetur, è qua diverticulô ſtupendô & fœtui pariter ſingulari, *arterioſo ſcilicet canaliculô*, in Aortam decrrat, atque ità ſanguini permiſcetur alteri, quem Aorta à ſiniſtro cordis ventriculo, *juxta Periochen* 39. recepit, ut unà cum illo circuitum ſuum partim intra fœtum, partim extra, peragat. Omninò ſiquidem attendenda venit ſanguinis illius ejuſdem non in fœtu duntaxat, ſed & extrà periodus atque circunductio. Etenim, qui ſanguis arteriolas ſubiit umbilicales ac in placentæ papillas regeſtus eſt, is omnis, ſanè, novi ſanguinis arterioſi tùm à fœtu, tùm à matre confluxû in porulos adigitur tùm uteri, tùm placentæ venoſos, ut ab ipſis tùm in fœtum, tùm in matrem refluat totus. Per *Chymicam* igitur velut *cohobatio-*

* *Vide Periochen* 40.

tionem, ipſius non modò fœtûs ſanguini, ſed & materno remiſcetur, ut eaſdem cum reliquo ſanguine fœtûs atque matris circuitionis leges impleat. Fœtûs ergo ſanguis haud unicè intra ſtrictiorem cyclum ſuum, ſed & intra ſpatioſiorem alterum matris circulum, ſuis undulis indefinenter volutus atque revolutus, *Euripi Chalcidici more*, identidem reciprocat.

Periochæ XLI.

Ex illis itaque liquet *primò* ſanguinem maternum venam umbilici ſubire & exindè hæc illius eſſe divortia, partem ſcilicèt ejus uberiorem in amplum influere fœtûs canaliculum venoſum ut venæ primum pulmonali & cordis deinceps ventriculo ſiniſtro communicetur, quò pellatur in Aortam. Sanguinis autem illius materni parcior altera portio in cordis ventriculum dextrum convehitur, ut ex illo traducatur in arteriam pulmonalem & exindè arterioſô ſtrictiori ſuô canaliculô in Aortam idque rectà & citra venæ pulmonalis uſum, ut in nobis ſpirantibus obtinet. *Secundùm* verò patet ex iſtis ſanguinem fœtûs arterioſum duplicem eſſe, unum qui em à ventriculo cordis ſiniſtro immediatè & citra ventriculi dextri opem ullam; alterum verò à cordis ventriculo dextro & arteria pulmonali directè & citra ullum venæ pulmonalis uſum. *Tertiò* demum conſtat è dictis ſanguinem fœtûs partim in ipſo, partim verò extra ipſum circuitus ſuos periodicè conficere.

Periochæ XLII.

Iſthæc ſanè cùm ità ſint & ſanguis in fœtu ad arteriarum rhythmos atque modulos gyretur atque regyretur, conſequens eſt illum omnem, omnes in partes arteriis inſtructas circunduci, atque adeò ſingula fœtûs viſcera illo ſanguine perfundi atque perpluere. Id igitur quùm ità ſeſe habeat, inferre licet ſanguinem illum in minimas fœtûs particulas arteriis circumvectum & ab illis particulis in venas undique refluum, iiſdem planè concentibus organicis, ac in nobis fit, à ſingulis fœtûs particulis iſtis ritè & organicè percolari. Ab illo itaque partium multiplici colo multiplex & lympha ſecerni-

tur, quæ pedetentim in partes huic vel illi lymphæ dicatas extillat. Sequitur ergo, cerebrum v. g. percolatum à ſe limpidiſſimum humorem in ſubjectas partes neceſſariò deponere, nam impar eſt omninò tam diuturno tantoque latici congerendo, quantum certè pulpoſi illius acinuli totô geſtati fœtûs tempore in ejus anteriores ventriculos tranſmittunt. Rursùm igitur elicere eſt, ut lymphaticus ille latex latenter omninò in nares & os depluat, ubi certè craſſitudinem illam conſequatur, quæ muci nomine veniat atque ſalivæ, ſed quæ reapſè lympha ſit ab Hippocrateo *frigidi atque glutinoſi fonte* maximam ſui partem decidua. Cùm autem fœtus nec digitis emungatur, nec ſcreatu vel tuſſi quicquam extundat, lympha illa pedetentim ab ejus naribus & ore in ejus amnion effluit. Guttatim itaque inibi congeſta in altum tandem ſtagnum excreſcit, quod tunicam amnion, chorio immediatè & orbiculatim attextam, ita replet & expandit, ut intra tunicæ duplicis illius ambitum atque ſtagnum, fœtus omnis, ſeſe, piſciculi ritû, commodè volvat atque revolvat. Imò lymphæ tantæ de cerebro ſtillantis portiuncula clandeſtinò devolvitur in fauces & œſophagum, atque ſic ventriculum, pro modulo ejus, ſenſim etiam opplet & expandit.

Perioche XLIII.

Sic etiam indubitanter profero alias à cerebro glandulas ſuam & colare lympham, acinorum ſuorum porulis in eos uſus extructis. Glandulæ igitur oculorum, aurium, maxillarum & oris univerſi uberrimam illam novimeſtri tempore ſecernunt: At illa ſecreta ſalivoſum fœtum efficit omnino. En itaque ſalivæ prioris conſocialis altera, quæ ſimiliter cumulata, partim in fauces & ventriculum illabitur; partim verò in eandem amnion redundat, ubi ſuam operam confert ad ſtagnum illud altius atque altius fœtui grandeſcenti excavandum, *de quo Perioche* 42. & 53. Videſis inſuper *Perioche* 32.

Pe-

Perioche XLIV.

Ex illis adhuc inferendum eſt pancreas ipſum nunquam otiari, ſed frequentem illud in ſuos tubulos inſtillare lympham, quam deinceps in fiſtulam inteſtinalem extillet, ut illam irroret atque diſtendat & à coalitu vindicet. Leniſſimô inſuper gracilium inteſtinorum pulſu lymphæ illius portio ſubtilior in venulas trajicit meſenterii lymphaticas, ut illas pariter non modò roſcidas, ſed expaſſas atque patulas conſervet. Hæ porrò meſenterii venulæ novâ ſæpiùs acceptâ lymphâ mediæ creparent, niſi lympham illam omnem in commune ſibi *receptaculum* † identidem refunderent. Intra illud autem, tot illæ guttulæ, congerie dùm aſſurgunt, deſcendentis Aortæ iterata quavis diaſtole colliduntur, atque ſic altiùs atque altiùs contruduntur, donec in thoracicum uſque ductum evehantur, ut ab illo tandem in venam v. g. jugularem * externam eructentur, atque ſic ſanguineæ maſſæ fœtûs, *Chymicâ noſtrâ Perioches* 40. *cohobatione*, remiſceantur. Dùm iſthæc ita fiunt, ſanguis univerſi fœtûs non ſolùm dilutior evadit atque fluidior & remeare paratior, ſed & naturæ via ſternitur ut fœtus recèns ab utero pulſus lacte nutriatur. Aliàs enim, nî toto geſtationis decurſu ſemita iſthæc tereretur, tot certè membranacei lactis convehendi canaliculi intercluderentur, nec ullis deinceps vel aëris inſpirati viribus, vel diaphragmatis compreſſiunculis recluderentur.

Perioche XLV.

Ad illam meherclè normam nec minutula jecoris cola ab opere vacant, ſed ſuis acinulis atque papillis bilem illam emungunt, quam in omni fœtu deprehendo, non ſolùm intra veſiculam fellis, ſed & intra totius inteſtinalis fiſtulæ decurſum,

† *Videſis Experimenta mea Anatomica Canic.* XI. *verſ.* 12.
* *Uti liquet è meis rursùm Experimentis Anatomicis Canic.* XV. *verſ.* 12.

ſum, aquoſam quidem, ſed inſimul tamen oleoſam atque ſalinam. Bilis autem iſthæc inteſtinorum fibrillas lymphâ ſuâ, *oleo perfusâ*, non duntaxat perungit, ne coaleſcant in chordas; ſed & ſtimulo ſuo ſalino blando ad lenem contractionem inſtigat, ut illo miti placidoque periſtaltico motu materiam intra ſe contentam è ſupernis inteſtinis in inferiora gradatim leniterque devolvant. Verùm, *Perioche* 44. pancreatis lympham in iſthæc etiam inteſtina deduxit & illius lymphæ tenuiorem unicè partem in lacteas compulit; conſequens eſt ergo ut craſſior ejus pars altera iiſdem adhuc inteſtinis revolvatur, atque adeò ut in noſtram bilem impingat, nunc à jecore colatam, & huc uſque volutatim depulſam. Fit igitur lymphæ cum bile miſtura, quæ lentâ ſuâ diuturnaque per inteſtinorum orbes volutatione pedetentim plurimumque ſpiſſeſcit. Illius enim miſturæ tenuiores aliquot portiuncula ſeroſæ in meſenterii lactes propelluntur, *ut* *Perioche docet eadem* 44. tenuiſſimæ verò laxiori fugiunt inteſtinorum tegmine, craſſamentô ſuô ubique relictô ad illud conficiendum *Perioches* 47. inteſtinorum farcimen.

Perioche XLVI.

Recordari eſt præterea ventriculum eſſe, è *Perioche* 42. & 43. ſalivoſa lympha turgidulum. At, cùm nova lympha in eundem utriculum ſæpè ſæpiùs influat, conſequens eſt ut ventriculus vel crepet medius, vel lympham illam excutiat. Quùm autem crepitet nuſquam, conſentaneum eſt ut lympham influxam aliquorsùm excludat. Jam verò, lymphæ illius repulſio ſurſùm gulæ & oris plenitudine, ac alius atque alius inſuper lymphæ defluxu, planè denegatur: ſequitur ergo lympham illam omnem oſtiô demitti ventriculo familiari, Pylorô nempe. Iſthæc itaque lympha ſuô in inteſtina defluviô non uni tantô occurrit alteri conſocialique pancreatis lymphæ, *Perioches* 44. ſed & in obvias ſibi ac inevitabiles particulas bilis, *è Perioche* 45. eò loci pariter depulſæ, neceſſariò incurrit. Cum illis igitur utriſque confuſaneam efficit molem, ſive mixturam, ternis miſtis conflatam, bile nimirùm

rùm & utrâque lymphâ, salivosâ scilicèt atque pancreaticâ.

Perioche XLVII.

Istam autem mistúram amalgama vocito bilis atque lymphæ duplicis, & pestilentissimam in me, *vel eo nomine solùm*, crabronum turbam excito. Sed injuriosis omissis, quæ propudiosi homines, *plenis virus buccis*, in me, *de ipsis plurimis benè meritum*, mendaciter effundere non erubescunt, pensum hocce meum, *ringentibus ipsis*, pertexam. Attentiùs itaque ruminabor prænotatam illam super *amalgamate* meo speculationem; illud nimirùm *amalgama* ab orbibus intestinorum supernis (*ipsorum peristaltico Perioches* 45. *leniss imo motu*) in infernos ità gradatim devolvi, ut per singulos devolutionis suæ gradus magìs ac magìs crassescat. Supernis enim intestinis adsunt prælò lactearum oscula densa, in quæ tenuior *amalgamatis* illius portio pedetentim ingeritur; atque ideò quicquid residui est, crassamen istud est bilis, salivæ & pancreaticæ lymphæ. Illhæc porrò mixta tria dùm ità densantur atque coguntur, ad podicis quidem ostium usque proturbantur, sed nequaquam exturbantur: rarissima siquidem prostant exempla amnii in utero concacatæ; quamvis id ipsum haud ità intolenter, & præ mutuâ partûs contentione, nascentibus obtingat. Ternis enim recrementis illis ad podicem propulsis, taliterque concretis, fidi & indefessi præponuntur janitores, qui huic podicis ostiolo, custodiæ suæ credito, firmum jugemque pessulum obdunt. Verùm, ubi *amalgamate* meo rectum intestinum plenè distenditur, quæ deinceps ejusdem *amalgamatis* in idem rectum adlabitur portiuncula, tota certè in illo recto moratur; atque sic consequutione quâdam universus coli tractus eodem illo farcimine farcitur. Colô, *rursus*, affatim turgidiô, quæ subsequitur fartura *cæcum* & *ileon* ità refercit ut tandem etiam *jejunum* nihil minùs sit quàm *jejunum*. Exindè est reverà, ut in novimestribus tot illos intestinorum anfractus, *ab ano ad duodenum*, tanta colluvie scatentes atque conflatos semper detexerim.

Pe-

Perioche XLVIII.

Jam verò nugari eſſet recrementum illud vel reliquias vocitaſſe chylificationis in fœtu; vel venarum lienalium atque meſentericarum rejectanea. Nugis igitur iſtis æternùm valêre juſſis, id unum admitto, ſcilicèt, id excrementi perappoſitè *meconium* & *papaverculum* denominari, ſpiſſatum enim *papaveris* ſuccum colore & conſiſtentia refert. Quòd ſi me penes eſſet novum ipſi nomen indere, *nigrum ſaponem* id ipſum indigitarem: *ſmegmatis* quippè *nigri* non unum *nigrorem* atque *gluten*, ſed & *oleum*, *lympham* atque *ſalem* omninò præ ſe fert, *utì liquet è Perioche* 45.

Perioche XLIX.

Atqui certè, quùm ſit excrementum, quidnì confeſtim excernitur? Excernitur profectò ſed nobis duntaxat natis: tunc enim, nì protinùs rejiciatur, non ſolùm peſtem infanti, ſed hanc atrociſſimam infert. Aëre ſiquidem inſpirato ità alterantur terna noſtra elementa *meconii*; ut illicò ab invicem diſſideant, & tormina lacrymoſa atque lamentabilia, ac etiam gangrænam edaciſſimam atque funeſtiſſimam ingenerent. Quandiu autem ab æthereis particulis, *omnia moventibus per omnia*, planè tutum eſt, planè & innoxium eſt, donec nimirum fœtus & aquis innatat & membranis ambitur & uteri cryptis occultatur. Moras porrò tantas in inteſtinis non duntaxat inculpandas *meconium* nectit, ſed & ſupremò laudandas: Illo ſiquidem mucore oleoſo-ſalino tàm utiliter farciuntur inteſtina, ut fiſtulata conſerventur, non ſolum ad nova deinceps reſidua tranſmittenda, ſed & ad lacteos ſiphunculos illos *Perioches* 44. ab omni cohærentia tutandos. Aliàs quippè recens nullus terrarum Orbis incola pervios illos trajectus haberet, quorum uſurâ carêre nequit vel ad lactei laticis trajectionem in cor; vel ad lactei recrementi ſeceſſum ab alvo.

Perioche L.

Huc uſque, *à Perioche ſaltem* 42. toti rejectanei ſumus: non ſolum enim in hiſce dogmatis noſtris ab occæcatis rejicimur,

cimur, ſed toti ſqualemus excretis. Excretorum interim fatias nos minimè tenet. Quâ igitur odorandi virtute inteſtinorum craſſa purgamina ſubolfecimus, eâdem nunc tenuem illam renum proluviem odoremur. Fœtûs itaque renes odoratû Medicò ſcrutemur & ſalientes in illis deprehenſuri ſumus ſiphunculos urinarios, quorum ope lympha tenuis leniter ſalit in renum pelves & à pelvibus in commune conceptaculum, *veſicæ* nomine notiſſimum. Illius igitur lymphæ à ſanguinea maſſa *juxta Periochen* 42. ſecernendæ recordari eſt omninò; atque ſic conſequens erit ut renum incernicula lympham ſui generis ſecernant, illamque ab arteriolis renalibus in anſerinos renum tubulos tranſfundant. Fœtum ſiquidem ſuis numeris abſolutum concipere eſt multam interdiu noctuque percolare lympham. Nam reverà, utì perennis eſt lymphæ in renum papillas impulſus, ità certè perennis eſt ejus ab arteriis in ureteres propulſatio. Iſthæc autem propulſatio guttatim licèt fiat, longo tamen geſtationis tractu guttulas tot ſuggerit, ut in molem illas ingentem aſſurgere neceſſum ſit. Sed quum tanta moles nec renum pelvibus, nec ureterum anguſtiis, nec veſicæ lacunâ coërceri queat, elicere eſt omninò congeriem guttularum univerſam veſicâ quidem pedetentim excipi, ſed ab illa demum affatim excerni. Illud quippè ſtillicidium juge veſicam, *tandem*, tum impendiò gravat, tum leniter titillat. Veſicam ergo nervaceam, muſculoſam atque ſenſilem blandè ſollicitat ut arctius ſeſe contrahat & arctius contracta lympham illam preſſius undique ſtringat, atque ità ſphincterem recludat & lympham ſuam omnem in emiſſarium illud utrique ſexui commune & unicum, quod *Urethram* vocitant, pro modulo compellat. Novâ porrò tum à dextris, tum à ſiniſtris depluente lymphâ, renalîs illius pluviæ ciſterna iterum expletur; atque ſic parili prorſus urgetur ſeſe exonerandi neceſſitate. Veſicâ igitur tubulô ſuo inferiori atque nerveocarnoſô, *ſive urethrâ*, haud ſecus ſeſe deplet alternis, ac ſuarum colliciarum, *ſive ureterum*, ſtiriis ſupernè & alternìs oppletur.

Perioche LI.

En mejentem itaque fœtum & quidem urethrâ, nequaquam autem urachô, brutarum animantium adinſtar. Sed, quis jam fœtui noſtro matulam præſtiturus eſt? Lympham enim iſtam fœtûs excretam urethrâ urinam vocitant: hactenus tamen illam omnem lymphæ nomine donavi; nam reapſe tenuis eſt ac infulſa ſubtiliſſimi ſeri à ſanguine fœtûs portio ſecreta, *ut'i docet Perioche* 42. Quùm itaque lympha ſit tenuis atque prædulcis, (*imò tenuior longè atque dulcior, quàm ſit impuberum urina ad colocynthida verbi gratiâ macerandam, vel ad alios uſus à Practicis expetita*,) nuſquam vereamur illam emittere in fœtûs balneum illud *Perioches* 42. & 43. Nullam ergo fœtûs alteram agnoſco matulam ab ejus *amnio*, in quam non modò hæcce tenuis & inſipida lympha de renibus ſtillat, ſed & plurima de cerebro, de oculis, de naribus & ore guttatim etiam depluit, *è Periochis ſcilicèt illis* 42. & 43.

Perioche LII.

Nullum interim periculum imminet, nedum lenis iſthæc urinaria lympha fœtum ità circumluit, in ejus ventriculum inſtillet nauſeoſa. Huic ſiquidem urinariæ lymphæ via præcluditur omnis à præcedente ſalivoſâ lymphâ *Perioches* 42. Immò via licèt ipſi tàm arctè non præcluderetur & quippiam illius in ventriculum oberraret, nullam nihiloſecius ventriculo noxam noceret; eſt enim ſalivoſæ conſocialis, quam innoxiam admittunt. Si qua inſuper qualitas illius noxia foret, tota profectò ſalivoſæ miſturâ tam intra os & fauces, quàm intra ventriculum retunderetur. Abſint igitur, qui nauſeoſam illam infamant, nam ediverſo prædulcis illa ventriculo peramica ſemper eſt, ſive ſit ſola & ſuæ ſpontis, ſive ſit miſcellanea & juris alterius.

Perioche LIII.

Ingens præterea commodum ex urina in *amnion* profuſa redundat in fœtum. Is quippè tenellus ità mucoſus & ità mollis eſt ut in anguſtiis uteri ad fœtum contracti nulla queat incre-

nerementa capeſſere formæ, niſi ab utero undique diſtet & leni atque mucoſo innatet balneo, *ſicut è Periochæ liquet eadem* 42. *&* 43. Fœtûs enim elegans forma deleretur omnis & ipſi conformatio penitùs prava conflaretur; nam, uterô ſiccô fœtum undique ſtringente, cerei & flexiles ejus artus mucoſaque membra in pravam omninò figuram detorquerentur. Quod ſi adultiorem in eodem utero ſicco concipiamus fœtum & duratis officulis jam concretum, en certè ipſi utero, *ac proinde ipſi fœtui*, periculum impenderet grave: fœtus namque uterum illum, nullis aquis irriguum atque delibutum, calcibus & pugnis ubique læderet, atque adeò fœtus ſibi ipſe perniciem crearet. Uterus enim ſenſilis & calcitroſi pugnaciſque fœtûs impatiens ſuum calcitronem atque pugnatorem decuteret aborrû. Arte igitur ſtupendâ ſapientiſſimus generis humani Creator æque ad Embryonem mucoſum, ac ad fœtum jam oſſibus duratum, liquorem corrivatus eſt, fœtûs incrementis proportione analogum, ut toto novimeſtri decurſu ſubnatet undis, & piſcîs vitam in ſuo vivario vivat perpetuus natator in ſubdulcibus aquis. Illis igitur intermediis urinator ille jugis, citra noxam vel propriam vel maternam, ſeſe hùc & illuc liberè convertit. Id porrò beneficii multiplicis utì primum, *dùm ſcilicet embryo duntaxat eſt* albuminis Ovi ſui colliquamento debet, ità deinceps, *ubì nimirùm in fœtum evaſit*, id unice ſuis lymphis, tàm à capite deciduis, quàm à renibus devolutis, refert acceptum, *utì conſtat abundanter è Periochis* 42. *&* 50.

O provide rerum omnium Opifex, *qui Pelagus altum & immenſum excavaſti luſuræ balænæ & piſcibus cunctis marium ſemitas permeantibus*, hîc tuum adorandum Opus eſt, quod ore cordeque veneremur æternum. *Videſis Periochen* XXXII. & *Pſalmum* VIII. *verſ.* 9. atque CIV. *verſ.* 26.

Periochæ LIV.

Manum lubens de mei fœtûs tabella referrem, niſi ſudantis illius delineatio me peliceret. Si quis enim mordicus contendat fœtum aliquandò effuſiori ſudore materno ſudare,

contentionis ferram cum ipso non reciprocabo, utpotè quòd tunc temporis maternus ille sanguis attenuetur & celeriorî circuitû rapiatur. Atque adeò probabile est omninò, materni sanguinis illius celeriori raptu, tenues etiam & rapidè motas materni feri portiunculas in fœtûs habitum usque propelli & porulis fugere cutaneis. Sed reverà, quò plus ruminor fœtum à vitæ primordiis suâ in piscinà, vel, *si velitis*, suo in nido æquali perpetim sanæ matris, nec vehementer exercitæ, foveri tepore; nec ipsum præterea fœtum tantos unquam motus animales edere, qui valeant lympham illam è glandulis ejus intercutibus depellere, eò adducor ut sudorem fœtui non magis tribuam, quàm vel pullo intra testam, vel pisci inter aquas. Sed gravius est & alterum rei momentum, quod me in illam mentem omninò traducit, de fœtus scilicèt sudore nullo. Isthæc enim cui fœtus innatat lympha non *urinaria* duntaxat est, verum etiam *salivosa* atque *mucosa*. Est igitur apta nata, quæ cuticulæ porulis adhærescat & inibi compingatur, uti certè in omni proximè nato id luculentissimè cernere est. Fœtus quippè recèns ab utero pulsi toti sunt illo strigmento luridi, hoc est, cutaneis sordibus ità squalent universè, ut nusquam gentium fasciis involvantur illoti. Quùm itaque sordes illæ atque strigmenta portiunculæ sint *urinæ*, *salivæ* atque *muci*; quæ ex fœtus balneo, *cutis nequaquam detersorio*, cutaneis poris impinguntur, necessum est ut illæ inibi glutinatæ atque recoctæ crassescant & fœtum universè velutì loricent, non solùm adversus spirituum & sanguinis effluvia; sed & adversus sudorem omnem, quô tenellulus ille si diffluëret, animô confestim linqueretur. Immò, eadem isthæc lorica fœtum etiam aliter tutatur, inhibet nempe ne sensilior fœtus in organo sensus communi, *cute nimirùm*, sese convolvendo & ad suas membranas atque uterum sæpiùs allidendo, dolitet; atque adeò, ne arctiorem illum, *quô detinetur*, uteri complexum refugiat. Imò rursus eadem isthæc loricula, *velutì tomentitia*, tomenti more fœtum ità contegit ut nec calcibus, nec genibus, nec cubitis abortivis

vis matricem facile læserit, *utì pleniùs dictum est in Perioche* 53. Dùm itaque fœtus ità loricatur universe, omnis omninò prorupturo sudori intercluditur via. Quî igitur sudaturus est? Quùm præsertim pacatam & uniformem in utero vitam vivat, nec animi pathematis percellatur unquam, nec motibus sudorificis citatur uspiam, nec porulos habeat eruptu-ro sudori pervios: nam etsi tenerrimus ille sit, elephanti tamen coriô à capite ad calcem suâ loricâ velutì contectus est. Valeant igitur imaginosi de sudore fœtus scriptores illi bene multi recentissimique.

Perioche LV.

Videor jam pensum meum exegisse & universa fœtus duxisse pensa. Verùm, grave adhuc super fœtu negotium me detinet, illius scilicet in uteri custodia detentio. Mihi quippe piaculum foret fœtum insontem, *hoc est*, *patrati criminis nescium*, aterrimis illis uteri cryptis relinquere detentum. Illum itaque e tenebris captivitatis in libertatis lucem evocemus, egressus ejus haud indictâ causâ.

Fœtus Patronum & vivacis exitus ejus sponsorem, jam olim me gessi, *in Diatriba mea de Octimestri Partu*, *ab Eruditissimo & omni laude majori D. D. Carolo Sponio Lugduni primùm vulgatâ*. Qui nunc igitur idem Ego, eidem fœtui patrocinor, non *octimestri* duntaxat, sed & *novimestri*, urgentiorem causam aliam illius ab utero secessus coram judicibus cordatis atque lumine Medico plenis prolaturus non sum, quàm suffocationis fœtûs torminale supremumque discrimen. Sed illud profectò torminosæ suffocationis summum in utero discrimen nequaquam ab aëris inspirandi vel desiderio, vel conatu repetere est. Aëris enim in utero nescius est fœtus. Aërem igitur sibi penitùs ignotum exposcit nusquam: Ejus nanque pulmones otiantur, ratione saltem muneris aërei, atque adeò vagitus uterini, *membranis illæsis nec proruptis aquis*, delirantium vetularum dulcia mihi somnia sunt & gerræ gerrarum. Dictis fidem qui detrahit, pulmones comparet fœtus vel in utero, vel inter nascendum extincti luri-

dos ſeroque gravatos, & inſtar metalli fundum aquæ petentes, cum pulmonibus foetus alterius vel ad vitæ breviſſimam uſuram ambiente ſufflatis, floridiſque & aëreis, atque ità levibus ut ex ipſô gurgitis imô protinùs reſiliant in altum.

Perioche LVI.

Quid itaque? Egeſtatem alimenti cauſantur alii. Sed præterquam uterina & umbilicalia vaſa largiter adhuc in novimeſtribus irrigua ſunt, in matre præſertim atque foetu plethoricis, quis neſcit rerum egeſtate ſuffocari neminem? Non ergo ſanguinis egeſtas foetum eſt ſuffocatura, præſertim dùm ſanguis ille nutritius, vel in ipſis puerperis, plurimum adhuc ſeſe prodit. Dein, an non verbi gratiâ, toroſus hic corpulentus atque vegetus ſeptimeſtris plùs alimoniæ depaſcitur, quàm novimeſtris alter ille gracilis, macilentus atque debilis. Toroſus tamen ille non omnis ſeptimò vel octavô naſcitur menſe, ſed in nonum uſque moratur toroſior, corpulentior atque vegetior futurus indies. Rurſum, an non vel gemelli, vel trigemini voraces atque vegeti plus ſanguinis inſimul conſumunt, quadrimeſtres vel quinquemeſtres, quàm foetus hicce puſillus, novimeſtris quidem, ſed ſolitarius & inappetens atque debilis. Gemellos interim, tergeminoſque vivaces naſci Moſaica Romanaque docent: Nam *Eſau* & *Jacob*; *Pharez* & *Zara*; *Horatii* demùm atque *Curiatii* vivaciſſimi nati ſunt. At ediverſo quàm multi numerandi veniunt novimeſtres anonymi; ſolitarii quidem, ſed vel ipſo utero priùs ſepulti quàm humo; vel inter ipſas vitæ portas priùs extincti, quàm egreſſi. Fœtus ergo nuſquam præ fame, lupi famelici more ſylvam egredientis, ſuos uteri carceres eluctatur.

Perioche LVII.

Quid rurſùm ergo? Maturitatem proferunt fœtûs ab utero dicidui, haud ſecùs ac fructus maturitate gravis ab arbore cadit: Et illam profectò mentem diù ac unicè fovi; ſed rerum uſû meliora doctus recantavi. Iſtam porrò maturitatem, quam non exponunt, pendêre putabam à fibrillis & acinulis chorii atque placentæ, primitùs quidem ad uterum radicatis, ſed

quæ

quæ temporis tractu ficceſcerent atque contraherentur. Illâ quippe ſiccitate atque contractione perindè capiebam à primævâ ſuâ cum utero copulâ disjungi, ac maturorum fructuum petioli ariditate rugati, veteri ſuo cum ramulis nexu liberantur. Verùm, utì dixi, ſententiam illam animo meo ubì diligentiùs volutavi & ad Lydium rationis & experientiæ lapidem revocavi, adulterinam eſſe perſpicuè deprehendi. *Primum* namque nec chorio, nec placentæ, nec ipſi demùm umbilico, *quæ fœtûs ſunt velutì calyces atque pediculi*, ulla unquam ſiccefcendi ſuppetit occaſio. Illhæc quippe ſingula jugibus illis, *Perioches* 39 40 & 42 fœtûs atque matris imbribus irriganiur atque perpluunt. An non deindè, rudis eſt omninò, ac utrinque claudicans comparatio foetûs cum fructu de arbore pendulo? Nec enim foetus ullus umbilico ſuo, ceu pedunculo, de matricis culmine, ceu de ramuli cacumine pendet. Nec foetus deinceps ullus utero concluſus mole ſuâ ex umbilico pendente matricis cacumen illud vel uſpiam prægravat, vel unquam deprimit. Rem vultis eandem, ſed aliter enunciandam, foetum ſcilicèt in utero nullum de matricis altô ad perpendiculum librari, nec libramine ſuo ambientem ſeſe uteri cyclum in ullam foetus expulſionem impellere, ſicut id ipſum videre eſt in horologiorum ſacomatis, quæ pondere ſuo rotas utì gravant, ità & illas in circuitus urgent & de crena in crenam expellunt. Quòd ſi ſuis gyris atque volutationibus foetus quandoque umbilicum ſibi tàm arctè circumvolvat ut novum nequeat edere motum, niſi in priorem circiter poſitionem revolvatur, quin placentam abrumpat, id nequaquam aſcribere eſt umbilico perpendiculari atque uteri fornicem gravante foetu decutienti, ſed umbilico enormiter contortuplicato, atque placentam ab utero præmature diſtrahenti. Conſtet ergo funiculum umbilicalem, (*qui fœtum naturaliter & placentam ac uteri cyclum interiorem longiſſimus atque convolutus interjacet*,) nullâ unquam uteri geſtatione ab uteri ſummo ita revolvi & extendi ut ullo pondere vel maturiſſimi vel graviſſimi foetus annexi,

nexi, placentam ab utero perinde divellat, ac fructus maturitate gravior pediculum à ramulo sejungit. *Tertiò* siquidem maturati fœtus prægravans onus placentam si solvat, & illâ solutâ fœtus omnis, fructus adinstar ramulo soluti, prolabatur, consequens est, ut omnem necessariè partum sanguis atque placenta prævertant, atque ità *Secundæ*, nequaquam *Secundæ*, sed *Primæ* sint. At ediverso, non cruoris, sed aquarum præcedit eruptio, quam fœtus atque cruor, una cum secundinis, subsequuntur. Non ergo primùm ab utero dissolvitur placenta, quæ fœtum deturbet; nam econtrariò fœtus placentam suam suâ ab utero prolapsione atque propulsatione vel deglutinat solus cum utero solo sibi adjutore, vel, ut ab obstetricante deglutinetur auctor est. Rarissima quippe *secundinarum* priùs exclusarum prostant exempla.

Perioche LVIII.

An igitur ad partum culpanda veniet aquarum illa *Perioches* 53. stataria colluvies diuturniori morâ putrescens & utero gravis atque fœtui? Nequaquam certè, nam ipsissima *Perioches* 49. argumenta, quæ meconium, ne pericardii ferum proferam, a putredine tutantur, eadem profectò & Achillea sunt ad hancce fœtus serosam illuviem ab omni prorsùs asserendam putore. Et exindè fit omninò ut saniissimæ parientis aquæ nec sponte suâ, nec igne, ullum unquam nidorem de se fundant, utpotè quæ sint corruptionis exortes. Aliorsùm igitur deflectere est ad genuinas partûs causas suis è tenebris eruendas.

Perioche LIX.

Deflectunt itaque plurimi ad ipsum uterum octavo vel nono mensibus fœtu prægravem atque prægravatum, ac idcircò insurgentem in hospitem sibi molestum, quò suis illum e sedibus deturbet. At istud si foret vero consonum, an non uterus annexam sibi placentam priùs excuteret, quam fœtum ipsum aquarum mole totâ *è Perioche* 53. a se remotum proturbaret? Experientia interim docet rarenter admodùm fœtui præviam esse placentam; vulgatissimum autem esse fœtum

tum placentæ ſuæ ſternere viam, *uti prænotavi Perioche* 57. Sed rurſùm, increſcentis fœtus & placentæ unà cum contentis aquis gravamen ſi ſit extremum & dolore gravante efficere ſi valeat ut preſſior uterus fatiſcat & oneri ſuccumbens tantum iſtud onus diutiùs tolerare detrectet & illud excutiat, an non conſequens eſt ut hic vel ille craſſiſſimus v. g. vel ſeptimeſtris vel octimeſtris, hoc vel illo gracillimo novimeſtri longè gravior ſuiſque tùm placentâ, tùm aquis onerosior longè, longè etiam priùs ab utero depellatur? At ediverſo, craſſiſſimos novimeſtres detineri videre eſt; gracillimos verò vel ſeptimeſtres vel octimeſtres expelli. An non deinceps conſequens & iſtud alterum eſt, ut ſcilicèt gemelli, *verbi gratia*, tergeminique, graciles licèt, quinto vel ſexto geſtationis menſe, (*præſertim cùm*, Eſavi atque Jacobi more, *inteſtino ſuo tumultu vexant uterum*,) ſemper abigantur. Sed experientia reclamat. Prægravans ergo pondus illud uterinum nullius apud me ponderis eſt, ſed ipſo nihilo levius.

Perioche LX.

Papæ! Si iſtud obtineat ut ſententiæ in hominum mentibus inveteratæ ità repudientur, quid demùm ſtabilire erit in arte noſtra, quam ejus oſores ceu merè conjecturalem jam plus ſatis infamant? Id interim dogmatis liberè philoſophando & experientiâ primùm fideli, atque deinceps ratione ſagaci inconcuſſè ſtabiliam partum ſcilicet omnem repetendum eſſe ab illa moleſtia ſuffocatoria atque torminali, quam ſinguli fœtus adulti, meconiô ſcatentes atque vexati, perſentiunt. En pleniùs animi mei ſenſa ad examen ſæpiùs revocata.

Conſtat planè *è Perioche* 47. inteſtina novimeſtrîs ad ἔκφυσιν uſque meconiô turgêre. Ipſis igitur nequit vel minimum meconii iterùm ſuggeri, quin ejus glutine lactea primùm via plenius adhuc intercludatur & duodenum deinceps exinde gravetur. Imò, quin exinde rurſùs duodenum idem in ſuis oſculis bilariô atque pancreaticô præſtruatur; atque adeò quin retentæ inibi meconii futuri tertiæ duæ portiones canalicu-

lis illis vim aliquam, copiâ & qualitate ſuis, terminalem inferant. Quòd ſi præcluſis nondum oſtiis illis novum in inteſtinis meconium identidem ſuccreſcat, conſequens eſt ut expletô demùm & plene diſtentô duodenô (dum ventriculus aliunde regurgitat, *è Perioche* 42. & 43.) partes illæ ſingulæ plurimum tandem graventur. Rurſum ergo ſequitur ut ipſa ſint inteſtina torminoſa & ſuis ut torminibus fœtum divexent & in calcitratum multiplicem & irrequietum impellant, qui utì diruptarum membranarum eſt cauſa, ità etiam aquarum effluentium, atque adeò partionis ipſius auctor eſt. Putem ergo unicuique fœtui partûs ſui tunc ſonuiſſe horam, quum meconiô tanto ejus inteſtina referta ſunt ut novi meconii vel fortiori propulſui & ingreſſui vel fortius etiam reluctentur. Tunc enim fœtum concipio plenis illis & exſatiatis, ac idcirco diſtentis multum inteſtinis torminoſum; idque modò intentius, modò remiſſius; ac iccircò etiam modò intentius, modò remiſſius exagitatum, & illâ exagitatione ſuâ membranas diffringentem, idque loco aliquo debiliore, præſertim e directo interni matricis oſculi, ruptioni magis obvio atque patenti. Igitur, foramine vel anguſto vel amplo inibi facto, aquæ vel ſegniter & parce profluunt, vel impetu largo prorumpunt. Illis autem taliter vel taliter effluxis fœtus ſiccus intra meningas detinetur, ac eò loci detentus graviora, quovis temporis puncto, tormina patitur, utpote cujus torminum cauſæ invaleſcant in momenta. Imo, utero nunc circa torminoſum illum infantem arctius conglobato nonnihil dolet univerſe. Tomento quidem *Perioches* 54. loricatur & tunicis molliuſculis involvitur, nihiloſecius, tam arcte nequit circa ipſum, nullis nunc intermediis aquis, ſeſe uterus contrahere, quin illo fœtum arctiori complexu non ſolum affricet atque titillet, ſed & aliquo ſenſu doloris afficiat. Ipſe interim uterus fœtûs ſui deſpondet injurias, & doloris fit conſors. Fœtum quippe dum arctius atque arctius ſtringit, in illius certe calces, genua & cubitos impingit; atque adeo aliquem moleſtiæ ſenſum maternæ menti imprimat.

mat neceſſum eſt. Contractior uterus ergo, illo moleſtiæ ſenſu, pungentem fœtum ità repungit, ut illum irritet ad novum molimen. Quod ergo fœtum penes eſt, id ipſum molitur, & molimine ſuo artus hùc & illùc exporrigit, undè novus utero ſtrictiori atque trudenti ſtimulus accedit. Uterus itaque preſſior adhuc ſeditioſum ſibi fœtum & tranquillitatis priſtinæ perturbatorem, atque hoſpitalitatis diutinæ jura violantem, acriùs rursùm & acriùs urget ut conteſtim ſecedat.

Dolentior itaque fœtus & irrequietior exindè factus inordinatius ſeſe commovet atque validius membra protendit. Interea, caput globoſum & grave, lubriciſque membranis adhuc involutum, nativo pondere ruit deorſum & in lubrico labitur. Quum autem, ad aliud oſtium allidere nequeat, quàm ad inferius obvium, quodque matricis coronamentum eſt, in illud certè prolabitur; & ex illo, contentione novâ atque conamine validiori, pedibus in uteri fundum exporrectis atque contentis, ulterius adhuc ſeſe propellit. Uterum igitur atque vaginam ejus vividius ſtimulat, ut per vomitum veluti quemdam fibris ſuis carneo-muſculoſis undique contractis, fœtum eundem, ceu ventriculus quod ſibi nauſeoſum eſt, continuò depellat. Jam verò, cum ipſe fœtus marte ſuo & conamine ſibi ſingulari in eandem depulſionem conſpiret, propitius ſanè pellitur in dias luminis auras. Maternum interim diaphragma mutui pulſûs illius, matris nimirum atque fœtûs, tempore toto rem totam valido ſuo uterum verſus compulſu impigrè promovet. Id autem eò validius peragit, quò mater vivacior & lateribus firmior, atque ſpiritu contentior eſt.

In illum itaque modum fœtus omnis, naturaliter prodiens, ſuos uteri carceres perrumpit. Verum, torminoſus eſſe deſinit nondum; atque ità vel dolentius & acerbius; vel mollius atque lenius plorat; prout ſcilicèt ejus colica vel intenditur; vel de ſævitie ſua remittit. Et prout, inſuper, fœtus hic vel ille pulmones nactus eſt vel vividos, nec plus ſa-

tis madentes; atque adeo facilius nunc atque plenius aëris elatere pandendos; vel debiles & illuvie graves; atque adeo difficilius nunc atque parcius aëre sufflandos, utpote hactenus otiosos *è Perioche 55.*

Ilhæc est profectò genuina nostræ emancipationis ab utero & nostræ insimul inter nascendum non ovationis & lætitiæ, sed doloris & ploratûs sontica causa ab intimis naturæ penetralibus eruta.

FINIS.

APPENDIX.

Coronidis ergo ausimne dixisse è hocce meo systemate de fœtu luculenter eluescere nihil apud Medicos veritatibus Physicis sterilius *esse, quàm hactenus de* sterilibus *prolata. Adlubescret itaque Pathologica de* sterilitate *Dogmata pari sedulitate refingere, atque hocce Physiologicum refinxi. Imò, animus ferret universam Physiologiam eadem Arte redintegrare, & super illâ redintegratâ universum etiam Pathologicum astruere systema. Verum, Opus istud utì laboris esset immensi, ita certè & invidiæ summæ plenissimum foret; præsertim, apud nomine Medicos & Arte rudes, à quibus pro re egregiè navata nihil nisi dicteria & conviciorum plaustra expectanda veniunt. Sed virtus*, quæ sine hoste friget, *ipsa sibi præmio foret, si modò negotiorum moles & senium instans à labore tàm improbo atque tàm ingrato me nequaquam absterreret.*

Si quis porro morosior Censor, *hic passim*, Censoria virgula me perstringat, tantum abest ut istud pertimescam, ut ediverso id ipsum maximopere exoptem, quo scilicet vividiores, *ex animis ità collisis*, scintillæ veritatis explendescant.

FINIS.

CAROLI DRELINCURTII,

DE

FOEMINARUM OVIS

Hiſtoricæ atque Phyſicæ

LUCUBRATIONES.

Et genus omne hominum, mediis in partibus Ovi,
Ni ſciret fieri, quis naſci poſſe putaret?

L E C T O R I

Ad Ocula mea integram famem afferenti.

Ἀνάγκη ἐστὶ πρὸς τὰ ἰσχυρῶς δοκέοντα, τὰ πολλὰ ἰσχύρια ἐπάγεσθαι, εἰ μέλλῃ τὸν ἀκούοντα ἐκ τοῦ φρονεῖν γνώμης μεταστρέψαι καὶ τοῖς ἑαυτοῦ τε λόγοισι πείσειν.

Neceſſum eſt ad opiniones fortiter inhærentes multa argumenta adducere, ſi quis velit reluctantem à priore ſententia abſtrahere atque ità convertere ut rationi auſcultet.

Hipp. Lib. IV. de Morb.

NOBILISSIMIS ET AMPLISSIMIS

VIRIS

ACAD. LUGD. BATAV.

CURATORIBUS,

D. DANIELI VAN WYNGAARDEN

BARONI DE WYNGAARDEN, BENTHUISEN, RUYBROEK &c. EQUESTRIS HOLLANDIÆ ORDINIS NOMINE AD CONSESSUM CELSISSIMUM FOEDERATI BELGII ORDINUM GENERALIUM DELEGATO &c.

D. HIERONYMO VAN BEVERNING, J. C.

THEILINGÆ TOPARCHÆ, REIP. GOUDANÆ CONSULARI ET PLURIMIS LEGATIONIBUS ILLUSTRI.

D. CONRADO VAN BEUNINGEN, J. C.

REIP. AMSTEL. CONSULARI, NEC-NON ETIAM LEGATIONE MULTIPLICI INCLYTO.

EO-

EORUMQUE COLLEGIS SPECTATISSIMIS

VIRIS

REIP. LUGD.

CONSULIBUS

D. JACOBO VANDER MAES,
D. JOH. VAN VESANEVELT, J. C.
D. JOH. VAN BANCHEM,
D. CORNELIO PAETS J. C.

NEC-NON

PRUDENTISSIMO ATQUE FACUNDISSIMO

VIRO

D. PETRO BURGERSDICIO, J. C.

EJUSD. REIP. SYNDICO, COLLEGIO ILLUST. CURATORUM A SECRETIS,

Salutem & Felicitatem precatur.

CAROLUS DRELINCURTIUS.

DEDICATIO.

Adjunctum mihi, in Anatomicis, Clariſſimum atque dexterrimum Collegam Nuck, *Viri Illuſtres atque Munifici*, nequidem conticeſcent ſeri nepotes. Mente ſiquidem memori atque grata de traduce in traducem, narraturi venient benignè Vos ſeneſcentibus oculis peperciſſe Profeſſoris peregrini, Practici, & ex auctario Anatomici, nec-non totius Academiæ Veſtræ antiquiſſimi.

Jam olim quippe, *Nomine Veſtro*, Celſiſſimor. atque Præp. Ord. General. ſplendidi Legati unus & alter me Practicum Lutetiâ huc evocarunt, integro biennio ante traditam mihi provinciam Anatomes.

Valete atque florete perennes, *Viri Nobiliſſ. & Ampliſſ.* ut perennis quoque valeat atque floreat valentiſſima Veſtra atque florentiſſima Reſp. & Academia.

PRÆFATIO.

SI quid bonæ frugis hac editione in publicum redundet, illam omnem acceptam refero D. D. Profeſſori Bayle, *naris emunctiſſimæ viro, & judicii ſubacti, cujuſque ſynopſes ubique demiror.*

Is enim prioris editionis vulgavit epitomen, meque propalàm hortatus eſt, ut hominum naris minùs emunctæ gratiâ, qui meos auctores odorari nequeunt, alteram editionem adornarem, deſignatione perſonarum ad marginem rejecta.

En me itaque Viri prudentiſſimi monitis penitùs morigerum.

CA-

CAROLUS DRELINCURTIUS

DE

FOEMINARUM OVIS

tàm intra teſticulos & uterum, quàm extra, ab anno 1666, ad retrò ſecula.

Antequam noſſem Fœmineis Ovis natos eſſe Hornium 1668 atque Stenonem 1667 meas anno 1663 de Octimeſtri Partu nexueram corollas, quartùm nunc publicæ lucis. Deinde, liberalioris doctrinæ gratiâ, nullam occaſionem intermiſi vel embryonum, vel fœtuum, vel gravidarum, vel puerperarum cadaveribus ſtudendi [a] Immò, fœtas animantes meæ curioſitati ſubjeci; nec ipſas viperas exhorrui. Dum centenas illas inciderem, mira jucunditate Ovula in illis attendi, ac pro virili myſteria generationis meis Amicis aperui. Præprimis editorem libelli Gallici de viperis, pro illius ingenii aromatarii [b] modulo, laborioſè docui; ſed laboris mei tulit honores, non ego: ſic vel hodie ſexcenti ſunt, qui mea dogmata pro ſuis venditant. Verùm, indolis iſtius vi-

a *Quanto labore, quanto tempore & quantis impenſis, ſoli norunt æqui rerum æſtimatores.*

b Aromatum enim inſtitor eſt, qui ceratis arte mea pennis, ſuper Pharmacopolæ ſortem volavit audax, ipſiſque viris Apollineis ſe immiſcuit. Sed audaciæ pœnas brevi luit: nam Apollinis jubare, cujus radios ſuſtinere nequivit, alis ejus omninò ſolutis, ridiculè cecidit; atque ità humi nunc ſerpit, & terrarum angulos miſerè perreptat.

viris contemtis, nec a beneficiis nec ab inſtitutione deſiſtam. Oculos igitur in meas viperas reflectam Ovulorum ergò. Hæc certè in *utero* utrinque *ſinuoſo* [c], infracta vidi; etſi, omnia ad unum, *bifido pene* [d] catulis eſſent fœcundata.

Dùm itaque cernerem animo maſculum ſemen Ovuli fœcundati permeaſſe porulos [e], illius pelliculis irruptis, mihi ſuboluit fœminis pariter Ovula ſubeſſe, in quæ ſimiliter infracta virile germen ſeſe reconderet. Sed, quum animi humani ſuperbia nequaquam ferret vitæ primordia nobis eſſe communia cum viperarum progenie, cogitationes iſtas deponebam. Mox interim recordabar tantæ ſapientiæ nervos eſſe nihil temerè rejeciſſe, ac nihil temerè credidiſſe [f]. Priſtinam ergo mentem recolebam, idque eò confidentius quòd ruminarer *Ovum* Majoribus noſtris *ſpirantium omnium clementum eſſe commune*; & *omnia animalia principiis iisdem ſuccreſcere*.

Fi-

c *Sinus* autem illi *tuba* ſunt, ſive *cornua*, quibus *catuli* concluduntur. Nullum enim animal mihi notum eſt, præter hominem unum, quod in ipſo utero, ſtrictè dicto, figuretur atque geſtetur.

d *Mentulâ* quippe *geminatâ* viperæ mares ſuis cum fœminis ſeſe copulant. Nuſquam ergo ſalax ille *hortorum Deus & tutela Priapus* reptilibus iſtis genitale negavit: nam ediverſo geminum illud in ſuas fœminas evibrant. Quantæ ſunt igitur affaniæ *coëuntem viperæ marem caput inſerere in os, quod illa abrodat voluptatis dulcedine*. Plin. Nat. Hiſt. lib. x. Cap. 62.

e Tunc ſaltem Ovulum iſtud, ità recèns embryonatum, ipſâ Ovi formâ in tubas pulſum eſſe rebar; nondum enim firma mea de generatione fundamenta jeceram. Sed deinceps, iteratis inſpectionibus, clarè diſtincteque percepi iſtæc Ovula, in tubis embryonata, in tubis ipſis, è fermenteſcente ſeminum miſtura, concreviſſe; nec eò fuiſſe compulſa Ovi ſpecie. Unius ſiquidem hominis eſt è germine patris, in Ovulo illæſo & infracto, ac è teſticulis in uterum integrè pulſo formari. Vid. hic votum meum pag. 592.

f Μηδὲν ἐκῆ, μηδὲν ὑπερφῶ. *Nihil temerè affirmandum, nihil temerè contemnendum.* Hipp. Epid. VI. Sect. 2.

Fidentiùs igitur & exactius fœmineis teſticulis ſtudui. Congeriem eſſe deprehendi veſicularum, pulpamento carneo ſeclusarum, prout à Veteribus graphicè delineantur. Quum autem illæ veſiculæ mihi ſecanti ſalirent in faciem, ſicutì Riolano g atque Veſalio h meditari cœpi, qua arte liquoris illius ſaltum comprimerem. Teſticulos itaque leniter decoxi, & ecce, mira voluptate, globulos albentes atque concretos, ac bombycis Ovulorum mole, è cujuſque teſticuli cavernulis eduxi numero v. g. ſeptem vel octo.

Lætior, peritior & audacior exindè factus, artem illam didici tandem veſiculas irruptas è ſuis ſcrobiculis effodiendi, hoc eſt, Ovula è ſuis nidulis educendi & ſupra meum unguem collocandi demonſtrationis gratiâ.

Fidentiam ſubindè majorem atque majorem in vacillante dogmate meo è cadaveribus conſequutus ſum hyſtericarum atque hydropicarum, in quibus veſiculas perindè tumidas atque putres derexi i. Acceſſit dogmati robur ex effluxibus & abortibus, nec non fœtarum cadaveribus k. Ex iſtis enim diligenter inter ſe collatis & ad exemplar naturæ ſæpiùs revocatis, atque etiam ad Veterum mentem penſiculatè libratis, ſyſtema tandem ſurrexit illud de humano fœtu, quod nunc edaci livore publico deteritur.

Ab illis tot annis, nihil imaginationi meæ ſeſe obtulit; nihil in praxi occurrit; nihil apud ſcriptores obvium fuit; nihil denique mihi objectum eſt unquam, quod ſpontè non fluxerit l è meis illis vitæ noſtræ ſcaturiginibus. Sed quia multùm abludunt à brutarum animantium primordiis, mihi pror-

g Anthropographiæ Lib. II. Cap. 35.

h Lib. v. de corporis humani fabrica. Cap. 15.

i Id ipſum viderunt *Joh. Riol. Andr. Veſal.* atque *Joh. Guintherius.*

k Vid. hîc pag. 589. lin. 11.

l Et ſpontaneus ille fluxus fidiſſimum mihi erutæ veritatis è puteo κρατήριον eſt.

prorsùs in optatis eſt ut quæ ſinu foveo de brutorum exortu animi ſenſa novis experimentis roborare queam, ac in alterum redigere Syſtema. Verùm, ab anno meæ Leidam evocationis 1668 talia experiundi, qualia expeto, omnis fermè occaſio mihi ſubripitur. Mecum ergò conſeneſcant atque commoriantur, quæ hactenus expertus ſum atque ruminatus, ne hîc rurſum, præmii vice, novos conſequar fructus acidos, caninæ mirùm invidentiæ morſus.

Quicquid ſit, in eo concordant animalium initia, quòd omnia ſint Ovi-formia; licèt viviparorum alia in Ovulo in uterum pulſo [m]; alia autem ex Ovo intra tubas concreſcente ſoboleſcant [n]. Exindè igitur Ovorum idea Scriptorum mentes ità commovit atque permulſit ut illam paſſim ſuis ſcriptis aſperſerint; atque ità meum animum, ſuper viperarum Ovulis primitùs fluctuantem atque nutantem, compoſue-

m Unicus nimirùm homo, cujus iſthæc eſt prærogativa & *proprium quarto modo*: homini quippe, vitaliter naſcituro, competit *omni* atque *ſoli* & *ſemper*. Humanos equidem fœtus in tubis quandoque concreviſſe & adoleviſſe fatemur; ſed ſingulos illos ab hominum luce penitùs arcemus, *in Syſt. noſtri de fœtu humano Periochæ* XXII.

n Singula nempe vivipara bruta, hactenus à me viſa, ſive reptilia, ſive quadrupeda; ſive unipara, ſive multipara. Iſtæc enim nequaquam *in Ovo* è teſtibus in uterum integrè pulſo figurantur, ſicutì Nos, ſed omnia prorſus *ex Ovo* conſurgunt in ipſis tubis formato atque concreto, viperino more, *pag hic* 590. *in notulis e*, & in illum propè modum, quem Magnus Albertus, Magnuſque Harveus nobis inculcant.

Nulli itaque bruti fœtus, mihi noti, uteri complexu ſtringuntur: Sed quicunque multiplices procreantur, toti certè tubarum cellulis detinentur. Qui verò ſolitarii formantur, aliqua duntaxat ſui parte fundum uteri contingunt, dum unà cum ſuis membranis & aquis, ab uno uteri cornu in oppoſitum ſeſe protendunt. Uterino igitur ambitu nequaquam cinguntur.

Sed diſcrimen tantum, quantum iſtud eſt inter noſtros & brutarum animantium exortus, notularum anguſtiis coërceri nequit, alterum quippe fuſiſſimumque Syſtema requirit. Vid. hîc rurſus votum meum *ſup. hâc pag.*

fuerint omninò atque firmarint.

Primùm enim illecebræ mihi fuerunt literæ humaniores, quibus me docuêre Mythologi Deos Ægyptios *Ovo prognatos esse:* Deos quoque Syros *Ovorum progeniem esse*; ac idcircò Deam Syriam, quæ Venus est, nominatim vocitari τὸ Πρωτογόνον Ὠὸν, *Ovum primigenium* ac *primò generans*, quòd omnia ex *Ovo* & *Venere* nascantur.

Sic Jovem finxerunt alii, specie Cygni, *Ovo gemino* gravidasse Ledam, è quorum uno sint excluſi Pollux & Helena; ex altero Castor & Clytemnestra.

Orphicorum deinceps mysteriorum Epoptæ nobis arcana si prodiderint, Orpheum nobis insusurrabunt atque Pythagoram ab Ovis abstinere, quòd Ovum agnoscant τὸ τῆς γενέσεως ἀρχεῖον, *generationis principium.* Unanimes enim suis initiatis inculcabant οὐδὲν ζώων γένος ἄμοιρον εἶναι τῆς ἐξ ὠοῦ γενέσεως, *nullum animalium genus exors esse originis ab Ovo.*

Immò, ulterius processit Orpheus, Ovis enim τὸ Πρεσβυγένειαν *Primatum in generando* singulatim ascribit. Empedocles idcirco, mentem Orphei sequutus, non solum omnia spirantia ab *Ovo* decidua vult esse, sed ipsa vegetantia *ex Ovulis arborum* pullulare docet, semina quippe *Ovula* vocat *arborea*, & in ipsis ramis excelsiorum arborum posita, τὰ γὰρ μακρὰ δένδρα ὠοτοκεῖ, *arbores enim proceræ ova ponunt.*

Hinc rursum est ut in Orgiis Bacchi consecretur Ovum ὡς τὸ μίμημα τοῦ τὰ πάντα γεννῶντος, *velut exemplar generationis rerum omnium.*

Nec in hoc solùm orbe terrarum fœcunda ponuntur *Ova*, sed & in orbe lunæ. *Selenitides* enim fœminæ perhibentur *Ova* parere è quibus excludantur fœtus πενταικαιδεκαπλασίονες ἡμῶν, *quindecuplò nobis proceriores.*

Ovum igitur jure meritoque inter animal & non animal ambigit: atque adeò genuinum est Veterum illud ἡμίζωον, *dimidiatum animal*, utpote quòd omne fœcundum *potestate sit animal.*

Jam verò, nisi *Ovo natus essem infelici*, mihi integrum fo-

rer

ret alas explicare ad Sacerdotes usque, *suis Ovis Vulcano traditis*, periculorum exploratores, ac ad alia insuper lectu quidem jucunda, sed quæ literatorem plûs juvent, quàm Virum Medicum & naturæ mysteriorum indagatorem.

Me itaque intra unius Apollinis cœlum continebo, nec ulteriùs in æthera Minervæ sum evolaturus. Tantos quippe meos ausus nequidem *lustrarent ova centum.*

Vetusta igitur meæ incredulitatis, hæsitantiæ atque fluctuationis tempora, *superviperis ex Ovo viviparis*, dum replico, pectore dicam candido & ore rotundo per quos ità profecerim ut omnis istæc animi mei nebulosa tempestas fuerit discussa atque constanti serenitate firmata.

1. En imprimis ipsissimo meo nebularum & hæsitationis anno 1666 o. clarior sidere mihi refulsit *societatis* inclytæ membrum inclytum atque *honoratum*, mihique semper *honorandum* p & cujus methodum perspicuam ubique demiror, quâ me docuit *conceptum omnem verum Ovum esse*, *vitello quidem carens & putamine*, *non tamen tunicis & albumine.*

2. Jenensis subindè Professor, non minore animi sui candidi quàm *nominis Divini* q *donatione*, mihi fluctuanti & ultrò citroque jactato molem velutì atque aggerem objecit, *Ovula* nimirùm *ab ipso conformationis initio* liquore turgidula.

3. Vix ab illis fluctibus emerseram, in *Albionii* r Medici trimestrem uxoris abortum incidi, crystallinis aquis innatantem, ac refulgentibus tunicis inclusum *Ovi cygni magnitudine.*

4. Animo jam quietiori respirans ex Albione *Neapolin* transfretavi, ubi celeberrimi nominis antiqui Cornicen s, non ineptè

o Hæc est epocha mea, inscripta pag. 589 ex qua certè liquet scriptorem omnem, ab annis retrò viginti, immeritò gloriari de fœmineis Ovis primùm à se detectis.

p *Honoratus* est Faber, *societatis* Jesu, Parisiis excusus. A. 1666.

q *Theodorus* quippe *nomen* ipsi est, cognomen verò *Schenckius.*

r Johannis nempe Rogersii, *Angli*, in suis Analectis.

s *Thomas* siquidem vocatur *Cornelius* iste, & Venetiis quidem excusus est, sed *Neapoli* scripsit.

ineptè profectò mihi cornicatus est *omnia vivipara & genus ipsum humanum ex Ovo progigni.*

5. *Medioburgum* exindè renavigavi & quùm inibi magnum scrutarer *originis* nostræ perscrutatorem [t], ab ipsò protinùs accepi *primum conceptum naturam & conditionem Ovi obtinere.*

6. His præceptis firmata mente Patrios lares repetivi [v], quò meis popularibus Ovula mea non ampliùs flux., sed firmiter cocta atque recocta, oggererem. Verùm, hac Ovorum doctrina *Parisios* compleverat Professor illustris, ingenii stupendi & æternæ famæ. Vir siquidem ille tantus præter quatuor embryones dierum 12, 25, 40 & 42. à se quàm exactissimè dimensos [w], *quintum* mihi porrexit, illustri *manu* [x] sibi traditum & senario duntaxat dierum numero conclusum, nec non *obvolutum ut Ovum crudum folliculo, dum putamen detractum est.*

7 Quùm ergo Parisiis omnis ille flos novitatis jam pridem delibatus esset, *Ultrajectum* cogitavi, alicujus famæ captandæ causâ: sed inibi in clamosum incidi dictorum ab aliis repetitorem, qui, echûs [y] ad instar, altum mihi reboavit *Viviparorum genituram omnem in utero fœcundatam Ovum esse.*

8. Illius postea doctrinæ propagandæ gratiâ *Patavium* me recepi. Verùm, *uncialibus inibi literis* recèns consignatum erat [z] *fœminam quamdam Ovum edidisse perfectum.*

9. *Jenam* exindè reversus sum, quò certissimè rescirem, num

t Antonium scilicet Everardum, *Medioburgensem*, qui *hominis brutique* vulgavit *exortus.*

v Vid. hic v. 1. de Honorato Fabro, Parisiis edito.

w Petrus ille Gassendus est, quem omnes in oculis gerunt, quique Regium *Matheseos Professorem Parisiis* sese gessit, & ingenii sui divitiis universum ditavit Literarum Orbem.

x Hippocratea nimirùm, nam Hippocratis est *quintum* istud de embryonibus exemplum.

y Lambertum nempe Velthusium, *Ultrajectinum*, qui, ad verbum, Harveiana recitat, ac velutì *reboat.*

z A Joh. Rhodio, *Patavii* excuso, *majoribus typis.*

num istæc *Ovula*, quæ primitùs illic recentia videram [a] atque grata, nunc vetusta & olida forent. Sed *conceptum* à peritissimo *Medicinæ fundatore* [b] didici *sæpiùs esse visum instar Ovi excorticati.*

10. *Magnam* pariter revisi *Britanniam* [c] explorandi causâ nùm *Ovi-formis* ille pristinus *abortus*, ab uxore Medici jam olim excussus, exolevisset. Sed ecce bonis avibus atque *felicibus Ovis* accidit ut intimæ admissionis nanciscerer Amicum illum industrium glandularum enodatorem [d], qui *primum fœtus rudimentum Ovum esse* plurimîs apud me contestatus est.

11. Toto divisos Orbe Britannos deserens *Patavium* reversus sum [e], ubi Vir *Patricius*, singulis acceptissimus & ab ipsis *Sylvis* ubique *Benedictus* [f] abortum mihi obtulit triennio abhinc jam quidem excussum, sed nihilominùs *Ovo gallinaceo* adhuc-dum ità simile, ut *Ovum Ovo* haud similius existat.

12. Patavio ad *Vesulum* [g] secessi & ecce rursus dum magni Physici ductu Padi fluvii, è *Vesuli* montis radicibus imis, scaturigines atque fluxum attenderem, numerosos embryones inibi contemplatus sum *utero nequaquam adhæsisse*, *sed Ovo inclusos* fluctuasse.

13. Spectaculi jucunditate excitus pedem illinc confestim extuli, quò rem miram tutis auribus Practici *Roterodamensis*, *Pistorio cognomine* noti, deponerem. Sed is ipse, per compita

a Vid. hîc n. 2.

b Gothofredus enim Mœbius *Medicinæ fundamenta* suis tyronibus *Jenæ* posuit.

c Vid. hîc n. 3. de Joh. Rogersii *Angli* uxore.

d Solertem illum cogito Thomam Whartonum, *Anglum*, qui tot corporis humani *nodos* atque *glandulas* Literatis *enodes* obtulit, & de cujus arcta mecum necessitudine gloriabor æternum.

e Vid. hîc n. 8. de Joh. Rhodio *Patavii* Scriptore.

f *Benedictus* audit *Sylvaticus*, *Patricius Patavinus*.

g Ad Joh. Claudium de la Courvée, *Vesulanum* & Ἀχίατρον Polonum atque Suecum.

pita velutì jam dudum buccinaverat [h] *conceptum omnem Ovum esse, membrana obductum sine testa.*

14. Roterodamo *Groningam* bellissimè ac peropportunè vectus sum. Vir siquidem ibi loci pereruditus, *designatusque* quondam *huic Reipub. Professor* [i], mihi penitùs obfirmavit animum super Ovulorum doctrina. Altum quippe mihi inclamavit in aureis *virili semine fœmineo maturitatem accedere, quâ in conceptum, Ovi instar, coëat in utero.*

15. Magni viri dictis magnum pondus accessit Groningana mea in *Daniam* transfretatione. Inibi quippe vir eximius alter, multæ lectionis & ingenii solertis atque fœcundi, necnon è traduce Medicus, quique dilectissimum mihi *discipulum* progenuit [k] *in puerperæ testiculis*, Anno 1653. *præter vesiculas majores, exilia* mihi detexit *corpuscula conglobata instar Ovorum* [l] *formicarum vel erucarum.*

16. Candidi viri demonstrationes ingenuas *Romana* fides publica multùm apud me roboravit. Anno siquidem 1652 *Romæ* vulgatum est ab erudito Γ'ατρολόγῳ [m] & variarum observationum editore, *visum à se abortum cum infinitis globulis, qui piscium Ova repræsentarent.*

17. Eodem anno, Medicus alter haud quidem instrenuus, sed qui interim sese totus ad aliorum placita componit, mihi è

h *Backer* enim *cognominatur* Jacobus ille *Roterodamensis.* At cognomen istud *Pistorem* Belgis designat. Hic autem *pistores* panem è furno calêre *buccino* clangunt.

i Et Antonii Deusingii nomine cluens, ipsoque extinctus anno *suæ Leïdam ad Professoratum evocationis.*

k *Hafniensem* insinuo Thomam esse Bartholinum, Gaspari quidem *filium*, sed Gaspari quoque, mei nuper auditoris publici, privatique, *parentem.*

l At isthæc, meherclè, ipsissima fuerunt *Ovula* intra testiculos, de quibus rursum hîc n. 30. de Roderici à Castro fœmineis testiculis: Et n. 56. de Observatis à Vesalio.

m Dominico Panarolo, *Romano & Jatrologismorum* sive *Medicarum Observationum* vulgatore.

è ſuis *Valoniis* [n], Neuſtriæ inferioris oppido *genituram unius menſis*, peregrina [o] manu ſibi traditam *Ovi*, *columbini ſpecie* reviſendam ſubjecit.

18. Jam quidem omnis mea viperinis Ovis obtenta caligo videbatur diſcuſſa. Nihiloſeciùs iſtæc Ovula mea per nebulas adhuc, nec lucidè cernebam. Mihi ità caliganti atque palpanti feliciter illuxit *magnæ Brittanniæ* magnum lumen illud, cujus radiis vivificis, ac univerſæ Reip. Literariæ ſaluberrimis, [p] *omne animal gignitur ex Ovo.*

19. Magna inſuper *Anatomes univerſæ lux altera* [q] *Pariſiis* in me ità radiavit ut tanquam in ſpeculo *genituram* viderim *unius menſis*, *Ovo gallinulæ ſimilem*, *ſuis membranis obvolutam.*

20. Atque adeò maximi apud me pretii eſt Obſervatio Danici anni 1638. [r] *de fœmina quæ Ovum*, *locò fœtus humani excluſit.*

21. Immò, *Gallici* luminis [s] iſtæc radiatio tanta fuit in me ut illius vi *magnum* creverim *Gregorium* hominis orientis *pi-*

ctо-

n Harveum enim exſcribit & ab ejus dogmatis ne latum unguem recedit Petrus ille Guiffartus, *Valonianus.*

o *Anglica* ſcilicèt, utpotè Harveianâ, quam aſſiduus oſculatur.

p *Radioſiſſimus* enim Ἀ'ξχιατρος *Anglus*, Guilelmus Harveus, è ſuo terrarum *Angulo*, reliquum omninò terrarum Orbem *ſaluberrimè* colluſtrat. Non unicâ quippe ſanguineâ purpurâ, & in orbes perennes actâ, totus ille Literatorum choris refulget; ſed vivaciſſima luce ſua tenebroſos illuminat ac ubique promovet animalium exortus, ſcriptis nimirum ſuis *de circulatione ſanguinis*, nec-non *de generatione animalium.*

q Lucidus eſt *Civis* ille meus, Joh. Riolanus, *Pariſinus*, qui Arte & Marte tantam de ſe tamque frugiferam Anatomes *lucem* quocunque diffundit.

r In Thomæ Bartholini Centuriis.

s *Riolanici* nempe de quo n. 19.

t *Gregorium* deſigno *Semorem Horſtium*, qui *hominis generationem* nobis *Ulmæ depinxit.*

florem t *Ulmenſem.* Vir ſiquidem induſtrius ille, *alieno* revera v, ſed perito penicillo, *feminatem concretionem* nobis figurat atque colorat ſub imagine *Ovi abortivi cujus involucrum in teſtaceam duritiem nondum concrevit.*

22. Eadem adhuc colluſtratus irradiatione diſtinctiſſimè legi apud *Bæticum* ſcriptorem, & *Regis unius & alterius Indiarum* Ἀρχίατρον w ac ingenii minimè Bœotici, *viperarum non modò conceptus Ova eſſe*; ſed univerſe *id ipſum, quod Ovum prolificum eſt in Ovi-paris, conceptum eſſe in vivi-paris.*

Immò, ex ipſomet ſingulatim rurſum addidici ſemina parentum materno ſanguine permiſta *intra membranulam ita colligi ut tota illa maſſa Ovi ſine putamine formam repræſentet.*

23. Illa clariſſima luce atque velutì meridiana potitus oculos irretortos & quaſi aquilinos in ipſum Germanicæ Medicinæ ſolem defixi; in *Germanum* ſcilicèt *Galenum* illum, qui Medicam artem ſuis radiis undique colluſtrat x. Vir enim lucidiſſimus ille embryonum tabellam, ab ipſo quidem *Æſculapio* y lucidè delineatam, ſed nepotum vitiò tenebroſam, tanta luce apud me perfudit ut recentis embryonis humani germen pullulaſſe deprehenderim *intra crudum Ovum cui externa teſta undique eſſet ablata.*

24. Iiſdem inſuper hiſce luminoſis oculis in deaurata *Memorabilium Rudolphi* Medici *Camera* z clarè diſtinctèque percepi *mulieris gravidæ imaginem Ovum eſſe.*

25.

v Ambroſii nimirùm Paræi, cujus *penicillum* adhibet atque pigmenta.

w Ioh. Gallego de la Serna, Malachenſem, in Hiſpania *Bætica*, & Philipp. III atque IV. Hiſpaniarum, *Indiarumque* Regum *Medicum Primarium.*

x Danielem cogito Sennertum, *Vratislavienſem*, qui ſuum ingenii lumen ingens in univerſas diffudit Medicinæ partes

y Ab Hippocrate ſaltem, *Æſculapii* nepote atque æmulo.

z In illam verè inauratam Joh. *Rudolphi Camerarii Memorabilium ſyllogen* erectum quaſi digitum intendo.

25. Imò rurſus, eodem lumine fortiter in me reflexo, apud *Realem* Phyſicum Calabrum [a] *ſemen utrumque* conſpexi *tunicis obvolutum, altera denſiori, altera molliori, velut exterior interiorque cortices Ovi.*

Nec iſtæc modò ità ſeſe habent, ſed, apud huncce *Philoſophum* Ἐπιλογιςὼ [b] animô crevi *ſpiritum* embryonis *opificem intra huiusmodi Ovum incluſum.*

26. Iſtis, benè multis licèt, mente nondum exſatiatâ, in Academiam *Altorfinam* me contuli, & ibidem apud eruditionis ſtupendæ virum, ac eruditorum revera *caput* excellium atque decorum [c] geminam tabellam contemplatus ſum. In priori *conceptus humanus plantarum ſemini, nec non fœcundis Ovis analogus eſt*: In altera verò conceptum eundem contuitus ſum *membrana concluſum, quæ proportione reſpondet Ovorum teſtæ.*

27. Hinc erectior animo memet aliorſum converti & in Medicum *cognomine Prophetico* [d] celebrem defixis oculis luculenter animadverti è ſeminibus miſcis *partiorem & tenuiorem partem, ſicut in Ovo luteum, in centrum cogi: craſſiores autem, ut albumen in Ovo ad circumferentiam pergi; & aquoſiorem partem ad ſuperficiem, ex qua, tanquam in Ovo ſub teſta, tenuiſſima pellicula calore condenſetur.*

28. Illinc *Helvetiam* peragrans, ab ipſo Baſiliënſi Profeſſore Medico, *Felicis* viri *fratre* [e], protectum vidi *puerperæ hydropicæ teſticulum dextrum in Ovi anſerini molem adauctum.*

29. Hactenus iſtæc Obſervata ſecretiora eſſe mecum reputavi, nec niſi Lucinæ Symmyſtis aperta. Sed toto cœlo aber-

a Thomas enim Campanella *Calaber Realem* edidit *Philoſophiam Epilogiſticam.*

b Vid. notulam præced.

c Iſtis Gaſparum innuo *Hofmannum*, grande quondam *Altorfiæ* decus.

d *Joël* enim cognominatur *Franciſcus* noſter, Hamburgi editus, cujus verba hîc recitantur.

e Thoma nimirùm Platero, *Felicis* Plateri *fratre*, quem animitùs oſcu-

aberravi; nam in auctorem incidi *Gallicam* [f], cui Lucina eadem usque adeò favit ut mysteriorum consciam voluerit. Ipsi itaque, unà cum meritissimis viris aperuit, *que dans un accouchement a demyterme il se trouva une grosse membrane, plus épaisse en un bout qu'a l'autre & faite comme un Oeuf de canne, dans laquelle ille y avoit de l'eau rousse & force filamens blancs, avec trois ampoulles, comme de petits grains de cryſta.*

30. Ubi fœminam illam suspexi *Lusitaniam* petii; & ecce in admirationem novam traductus sum *Castrensis* [g] Medici causâ. Is enim non modò *semen humanum cum Ovorum albumine*, comparat, & *menstruum sanguinem cum Ovorum luteo*; Sed & fœminarum Anatome suâ *sinus testiculorum tenui aquoſoque humore, ac crassiusculi lactis sero simili aut Ovi candido liquori, plenos*, nobis patefacit.

31. E Lusitania in *Italiam* [h] redux & *Pisanis Prælectionibus* [i] intentus hisce auribus *conceptum* hausi *spatio sex dierum instar Ovi cujusdam effici.*

32. Inter istæc agenda ævum integrum fermè contrivi [k]. Quicquid interim spiritus ac virium mihi superfuit, id universum in novis profectibus faciundis impendi, atque adeo Pisis ad *Urbinatem* deflexi, quò pleniori doctrina perfunderer: nec spe excidi. Vir siquidem ille eruditionis profundæ *vaſto*

oſculares si testiculi tumentis illius attendisset Ovula: generalis enim isthæc figura testis hancce meam tabellam minimè venustat: hìc siquidem Ova delineo, non verò tumores in Ovorum molem.

f Louise Bourgeois, la Sage-femme de la Reine Marie de Medicis.

g Rodericus est à *Castro*, *Lusitanus*, cujus mirabilis iste locus, de testiculis sanis. Ovula docet testium sinus occupantia.

h Vid. hìc pag. 600. v. 25.

i Hieronymi scilicèt Mercurialis, Forolivienſis, qui *Pisanas* suas *Prælectiones* scriptis mandavit, A. 1602.

k Huc usque siquidem seculum nostrum non transcendi, nam attigi

vaſto ſuo volumine [k] mihi pleniùs expoſuit *ſeminum naturam Ovis proximam eſſe, ac utrumque ſemen admiſtum, non ſolùm naturam, ſed formam quoque Ovi, in ipſa conformatione animalium æmulari.*

„ Quùm itaque nunc confectus ſim ævo [l], nec ullus mihi re-
„ ſiduus ſit ſanguis integer ævi, conſequens eſt ut vel emo-
„ riar, vel citra fabuloſitatem de Phœnice, Animarumve
„ migratione, citraque injurioſum mihi epitheton *novus ho-*
„ *mo* fiam, ſed cui dies renoventur velut aquilæ, quò peni-
„ tiùs introſpiciam τὰ παλαιὰ καινα *vetuſta nova.* Sicut igi-
„ tur hoc ſeculum iniens [m] clauſula fuit prioris ſcenæ noſtræ,
„ quâ pulmoneos traducimus homunculos immeritò ſibi Pla-
„ cita Majorum arrogantes; ità noviſſimum ſeculum [n] exiens a-
„ ctûs noſtri ſecundi velutì proſcenium erit.

33. En jam peropportunè barbitonſor, *Francofurti* perſonatus, proſcenium noſtrum initurus eſt, & miraculo quodam *imberbis* [o] Apollinis tonſor fiet ac evulſor: Imò, ſingularum illius mendacis Apollinis imaginum *Iconoclaſtes.* Vultis ænigma ſolutum, qui Oedipi non eſtis? Pinæus *eſt* Chirurgus, (*Francofurti* 1599. *recuſus juxta Pariſinum exemplar Anni* 1598.) cujus lectio & figurarum inſpectio plagium Kerckringii prodituræ ſunt. Quid igitur opportuni, inſtar olitoris, tonſor ille proferre potis eſt? Is profectò Pinæus non ſolùm *embryonis ſceletum* nobis exhibet, ſed & embryones ipſos ad vivum exprimit, *formicarum magnitudine, ac tritici mole*, nec-non *intra*

tigi duntaxat Mercurialis ſcriptionem A. 1602.

k Franciſcus nempe Bonaventura, *Urbinas*, cujus *ingens codex*, de partu octomeſtri, Francofurti prodiit in fol. 1601.

l Meum enim ſeculum *ſeptimum decimum* plenè exactum eſt, dum ætatem contigi vulgati Bonaventuræ 1601.

m Annus ſcilicèt excuſi Bonaventuræ 1601.

n Annus nimirùm 1599. modò proferendus n. 54.

o *Juvenculi* nempe Theodori Kerckringii, cujus, per Pinæum, *Icones* de embryonibus plagiariæ deprehenduntur & *abolentur.*

intra membranæum globum ovalem humoris unciis aliquot innatantes.

34. Ex eodem illo proſcenio [q] altiùs adhuc oculos in *Bononienſem* Anatomicum [r] intendi; & ecce, jucundo admodùm ſpectaculo, complures apud ipſum irretortis oculis contuitus ſum embryones intra pelliculam aqua repletam, ſub grani quidem hordei molecula, *velut Ovum columbi*; ſub apis verò magnitudine, *velut Ovum gallinaceum.*

35. Finibus Italicis animus avidior diſcendi contineri detrectans in Hiſpanias ſeſe diffudit, ubi quùm expatiarer in *Hiſpanum* incurri *Italica*, *Romanaque* Lingua potentem [s]. Vir itaque trilinguis, portento quodam inaudito, trifariam mihi inclamavit ſemen humanum, uterô tumefactum, membrana muniri *inſtar tenuis cæpæ involucri*, *ſive interioris Ovi pelliculæ.*

36. Dum in Hiſpaniis præter ſpem meam negotiis detinerer, Amica manus *Romano-Veronenſem* [t] mihi tradidit obſervationum auctorem, qui comparat effluxum octo vel decem dierum, à ſe viſum, intra folliculum albo liquore plenum, *cum albo liquore*, *quem Ovum continet.*

37. Peregrinationum ſatur in *Patrios* lares me recepi, & quùm barbæ promiſſionis detondendæ gratiâ *tonſtrinam* ingreſſus eſſem, *Paratos* mihi aſperſerunt ſalubris *Ambroſiæ* [v] ſuccos, benigno deinceps, ad animi mei firmiores epulas, ca-

q Pag. nimirùm 602. n. 33.

r Cui nomen eſt Conſtantius Varolius, quique uno capitulo, *de formatione fœtus*, plura docet, quàm hic vel ille ſcriptor in promittendo profuſus.

s Verbis iſtis Johannem produco Valverdam, cujus Anatome *Hiſpanicè*, *Italicè*, atque *Latine* proſtat.

t *Veronenſis* quidem Marſilius Cagnatus eſt, ſed ejus Obſervationes *Romæ* podierunt.

v *Ambroſium* intelligo *Paræum*, Henrici tertii Galliar. & Poloniæ Regis, *Pariſius*, *tonſorem.*

calore cruſtandos [w]. Quid demum itaque? *Seminalem* mihi *concretionem* porrexerunt, *Ovi Abortivi inſtar*, *cujus nempe in teſtaceam duritiem nondum concreverat involucrum.*

38. Sed quùm tonſorum ingenia non minùs fallacia quàm ſuperba norim, protinùs ſubodoratus ſum fraudem atque plagium ſubeſſe, famæ aucupandæ cauſâ. Dum itaque meas iſtas ruminarer epulas, ſapidiores illas deprehendi, quàm ut è tonſoris inſulſa coquina prodiiſſent. Revera ſiquidem à barbitonſorum præceptore publico prodierant. *Germanum* [x] enim pectus illud, qui ſuis *dictatis Anatomicis* atque *Chirurgicis* Gallias univerſas eruditione complevit, hanc eandem *Ovorum ideam* mente geſſerat, atque hiſce verbis in ſuorum auditorum animos publicè tranſtulerat, *comme le germe de l'œuf, qui eſt la vertu génitale du coq, doit être échauffé pour faire un pouſſin, ainſi la vertu formatrice de l'homme doit être réveillée, par la matrice, pour former un embryon.*

Rurſus autem, magnus ille Præceptor, è majoris magiſtri præcepto [y], cujus eſt indivulſus aſſecla, diſcipulorum auriculis inſtillat, *Qu'en la conception de ſix-jours il aparoit une membrane, ſemblable à celle qui couvre le blanc d'un Oeuf.*

39. Nullo igitur callido Marte plagiarius ille Paræus laudem alienam ſuffuratur. Candidiùs egit *recentior* [z] Simiolus alter, exſcriptione non minùs cluens quàm *tonſurâ*. Dum enim hanc univerſam de generatione doctrinam *ad verbum* exſcripſit, quò *tonſtrinam* ſuam exornaret atque celebraret, Præ-

w N°. ſcilicet 43. ubi hæc Paræi ſeminalis concretio duratur in *membranam*, Ovorum pelliculæ ſimilem.

x C'eſt Mr. *Germain* Courtin, Docteur Regent en la Faculté de Medecine, à Paris, dans les Leſſons *Anatomiques* & *Chirurgicales* qu'il a *dictées* aux Chirurgiens, & qu'on a publiées depuis ſa mort.

y Galeni nempe, quem ubique colit, & cujus nullum audet ejurare l'ὦτα.

z Id verbi deſignat me hîc retrogradum non eſſe. Nam hîc loci præceptor eſt diſcipulo prior. At econtra, & ex inſtituto meo, præceptorem oportuit diſcipulo poſteriorem eſſe.

Præceptorem ſuum meritis laudibus extulit [a]. Sed ab ejus verbis ſuperſedeo, nam à prioribus nequidem in uno l'ὦτα diſcrepant.

40. Verùm, ſicut aſinus aſinum, & mulus mulum fricat, ità quiſpiam argutulus tonſor & verborum auceps, amico tonſori palpum obtruſurus, mihi regeret ipſam cum *Ovo abortivo* collationem in verbis à me è Courtino prolatis nuſquam extare. Præceptoris igitur *Pariſienſis* [b] alterius non dictata, ſed vulgata producam, quibus docemur, nudis hiſce verbis, *que les ſemences échaufées par la matrice forment une pellicule, dont elles envelopent toute la maſſe, de faſſon que le tout eſt fait comme un Oeuf ABORTIF* [c] *c'eſt à dire, qui n'a pas encore ſa coquille ferme & dure: ou bien comme un Oeuf crud, qui eſt devétu de ſa coquille, n'ayant que ſa petite membrane.*

41. Sed ſicuti nemo in patria ſua propheta eſt, ità forſitan Profeſſor ille Gallus tonſoribus ſuis tanto fuit deſpectui, ut ab ipſo quippiam mutuari dedignati ſint tonſores illi faſtoſi. Hiſpanum ergo proferam cui neceſſum eſt ut aſſurgant, nam indolis eſt Gallicæ peregrina colere, relictis inquilinis. Oculos igitur quiſque defigat in *vetuſtam* [d] illam embryonum tabellam è Philippi tertii Hiſpaniarum aula protractam, atque *recèns* etiam coloratam & exornatam quò luculentiùs nobis

a *Tonſor* eſt alter, Jacobi Guillemæi nomine notus, qui *tota* præceptoris ſui Courtini *dictata* vulgat, ſed ipſorum auctore nequaquam illaudato.

b *Pariſienſis* enim Ordinis eſt, etſi origine Divionenſis, Joh. ille Liebautius, quem hic in medium profero. Illius autem pererudi-ti viri *de mulierum morbis* Latinæ lucubrationes me deficiunt. Vulgares, itaque codices Gallicos adhibui tonſoris noſtri plagiarii depexendi atque detondendi gratiâ.

c Voilà les termes formels que les barbiers doivent à Mr. le Docteur Liebaut.

d *Hippocratea* ſiquidem eſt embryonis iſthæc imago; ſed à Ludovico Mercato, *Philippi tertii* Medico Primario, *renovata* atque genuinis ſuis pigmentis aſperſa.

bis innoteſcat embryonem *ſexto*, *ſeptimove à conceptu die in pellicula ſua perindè perlucere ac pellucet Ovum crudum cui externa teſta circumcirca ſit ademta.*

42. Illo mirifico ſpectaculo permotus ad ſeniores aulicos me contuli, ipſos narratione mea delectaturus. Sed illi, omnes ad unum, non modò tabellam iſtam [e], verùm etiam *ſecretiorem* alteram, præ manibus Ἀρχιάτρου Philippi ſecundi [f], viderant. Illius autem tenaciter memores hocce mihi vulgarunt arcanum, *numeroſam* ſcilicet *fœturam* nequaquam eſſe refundendam *in multitudinem ſinuum uteri, juxta diſſectionum ignaros, ſed in ipſa ſemina, prout ex ipſis commiſtis fiunt velut Ova diverſa, quæ fœtus inchoent* [g].

43. Aulicæ vitæ ſatur & *Ambroſia* [h] nupera refectus in *Alſatiæ* Remp. me recepi, animi mei *Nectare* pariter imbuendi gratiâ. Et ecce Nectar inſimul *Ambroſium* de inaurato mihi *Ovuli putamine*, apud Reip. *Colmarienſis* Medicum, delibavi. *Vigilans* enim ac *Operoſus* ille *Phyſicus* [i] mihi *ſeminis ſuperficiem externam ità ſiccavit, ac uteri calore ità obdurâvit ut putamini interiori Ovi ſimilem illam reddiderit.*

44. Felici tunc feriebam ſidera vertice, Ambroſia & Nectare fragrans, quùm ecce ſors quæ omnia verſat in Oras Heſperias me remiſit. Hìc certè, apud *Magnum* illum Magni Coi *Venetum* [k] explanatorem, *genituram* vidi *calefactam ac*

e Hippocrateam ſcilicèt illam, modò productam, Mercatique induſtrio penicillô reſtitutam.

f Franciſci nempe Valleſii, cujus de ortu noſtro tabella tàm *ſecreta* eſt, ut Medicis innumeris hactenus latuerit. Imò neminem novi, qui vel è naturæ libro, vel è mente Valleſii fœturam detexerit multiplicem *ab Ovis diverſis* repetendam venire. Vid. periochen meam XIX. ubi veritas, quæ diu delituit, tandem emerſit.

g Ipſiſſima ſunt Valleſii verba, quæ tota certè aurea ſunt.

h *Ambroſia* ſcilicèt *Paræi* furtivo dogmate firmior & erectior, pag. 603. n°. 37.

i Jacobus eſt *Weckerus*, *Colmariæ Practicus*.

k *Venetus* enim *Venetus* ille *Magnus*, Joh. Marinellus, Hippocratem illuſtravit atque vulgavit.

ac inflatam ex toto, nec non *folliculo pellucente concluſam ac Ovo crudo ſimilem cui teſta ſit ademta.*

45. Illâ Romæ æmulâ deſertâ, quæ terris, quæ dominatur aquis, ad expertiſſimum adivi *Bononienſem*, ſuper annos 30 in Anatomicis detritum [l]. Intimus autem ille myſteriorum naturæ perſcrutator embryones mihi detexit *Ovali figura internæque uteri amplitudine reſpondentes.*

46. Bononiâ *Piſas* [m] perrexi ad Celeberr. *Peripateticum*, qui, unà cum Columbo & Arantio, *circulantis* ſanguinis *circum* animô primùm perſpexit, experimentô deinceps fulcivit de venis ſuper ligamen ſectis, ac Orbi demùm Literario fideliter deſcripſit. Vir igitur ille ſagax & induſtrius è tenebris Antiquitatis *genituram* in lucem eduxit, vetuſtate quidem marcidam, ſed mirabiliter illam renovavit [n] ac conſpiciendam objecit *inſtar Ovi crudi, cui putamen exterius ita detractum ſit, ut per interiorem membranulam interior humiditas pelluceat.*

47. Vultis miraculum & alterum? *Occultorum naturæ miraculorum* [o] obſervatorem obſervate & illum eſtis deprehenſuri naturæ velut adminiſtrum in embryonis opificio mirando. *Primis ſiquidem ſex diebus in Ovi ſpeciem ſemina conglobat*; ſubindè verò ne quis ipſi exprobret, id per tranſennam à ſe viſum, rurſus inculcat *conceptum omnem in Ovi ſpeciem coaleſcere atque conglobari.*

48. Ipſiſſimis illis miraculorum temporibus in eandem propemodum ſententiam ſuos lectores impulit vir acuti admodùm

l Julium nempe Cæſarem Arantium, cujus opera *de humano fœtu*, tertiùm licet recuſa, paſſim deſiderantur.

m *Piſis* enim *Peripateticas* ſuas quæſtiones, quibus hodie fruimur, Andreas Cæſalpinus movit atque diſcuſſit.

n Embryonicam quippe tabellam è monimentis *Hippocrateis* eruit & repetita politione retractat.

o Levinium ſcilicèt Lemnium *de miraculis occultis naturæ* ſcriptorem luculentum.

dum ingenii cùm in ruſpandis naturæ ſecretis, tum in obſcurioribus elucidandis veterum ænigmatis [p]. Is ergo mirificus naturæ veſtigator & interpres rem univerſam intimius penetrat & enodatius proponit. Pullum quippe *ex Ovi albore format & luteo nutrit*: fœtum deinceps humanum *è ſemine fingit*, tanquam ex albumine; *& menſtruo fovet ac enutrit*, tanquam vitello.

49. Eadem inſuper ætate vir acutiſſimus alter & *Analogiſmo* [q] potens in *trium* deinceps *Cæſarum* Aula, conceptum nobis informen ac irritum, de magni præceptoris [r] mente, *ad Ovi ſubventanei ſimilitudinem* effingit.

50. Iſtis ideis atque præceptis mens intenta relaxationem cogitavit. *Romam* itaque ſeceſſi *Gallulam* [s], ubi maximum *Hippocratis* atque *Galeni* elucidatorem atque paraphraſten ſedulus colui [t]. Is autem, amiciſſima manu [v] ſibi traditum embryonem, tuniculâ, *Ovi decorticati pelliculæ ſimili*, tam induſtriè atque concinnè cluſit, *ut per mediam illam liquor incluſus pelluxerit.*

51. Arelatê deſertâ magnis itineribus *Lovanium* contendi, ubì Medici *Goudani* [w] dum uterer neceſſitudine *junĉta ſemina* vidi panniculo concluſa *velut Ovi ſpeciem.*

52.

p Joh. eſt Gorræus, Medicarum Definitionum Auctor, qui Hippocratem *de genitura*, ac etiam *de natura pueri*, Latinitate donavit, atque commentariis illuſtravit.

q Joh. eſt Crato, qui Galenicâ fortunâ, hìc n. 68. trifariàm Cæſareus Ἀϑάνατος eſt; Ferdinandi ſcilicèt primi; Maximiliani ſecundi; & Rudolphi ſecundi. Is autem in fronte Tomi ſui ſeptimi *Analogiſmum* inſcripſit, è quo verba iſthæc mutuati ſumus.

r Galeni ſcilicèt, cujus eſt ſectator aſſiduus.

s *Arelatas* eſſe ex articulo ſequenti liquidè patet.

t Franciſcus eſt Valleriola, *Arelatenſis*, qui *Hippocratem* atque *Galenum* in locos communes fideliter digeſſit, & apertius explanavit.

v *Hippocratea* nimirùm, quam ubique & peramanter exoſculatur.

w Balduini nempe Ronſſei, *Goudæ* quidem Practici, ſed cujus libellus de hominis primordiis, *Lovanii* primordia duxit.

52. E Lovaniensi Musarum sede in *Complutensem* perrecturus surrexi & in Professoris *emeriti* [x] sinum istæc effudi. Sed protinùs ille parentum semina menti meæ subjecit *intra sex dierum spatium folliculô clausa & intùs pellucentia, velut per interius Ovi putamen.*

53. Quum hæc aliquando narrarem *Tigurino* tonsori *Fulvo* [y] experiundi gratiâ num his à me visis obsisteret, assensusque suos firmè sustineret, virum expertus sum jam expertum *genitale semen uterô receptum & calore fotum in coaguli vel Ovi formam abire.*

54. Illam propemodum mentem acutissimus ille *Piscium* [z] *perscrutator* foverat: Post scrutinium enim sedulum *rotundè* [a] profert in ipsis abyssis oceani non omnes *Ovi-paros*, sed quosdam *viviparos esse pisces, quique sua priùs Ova in utero concipiant, sicut in terrestribus* vivipara [b].

55. Ab istis quoque dogmatis procul non abfuit Galliarum Ciceronianus Hippocrates, cujus acumen perindè miror atque doctrinam [c]. Is quippe dum ingenii acie abstrusiora naturæ secreta pervadit & reconditiora veterum placita suis è tenebris eruit, *Ovum* nobis, non ex oceani profundis, sed ex ab-

x Christophorus enim A Vega in Acad. *Complutensi* — — — *Emeritos* Musis & Phœbo tradidit annos.

y Rufus est ille Jacobus, *Tiguri* Chirurgus, & Tiguri scriptor de conceptu & generatione hominis.

z Omnibus lippis & tonsoribus luculenter patet Gulielmum Rondeletium, luculentissimum *de piscibus* scriptorem, hic digito monstrari.

a Id *adverbii* Rabelæsiana scurrilitas mihi suggessit In Rondeletio quippe, corpore parvo & obeso, Rabelæsius, Monspelii Collega Professor, nomen & omen deprehendens, *Rondibilem* illum atque *Rotundum* vocitabat. Huic uni, quæsumus, aberrationi ludicræ venia sit.

b Vid. n. 69.

c Vel ipsi putidæ naris homines *Fernelium* hic odorantur

abyſſo Stagiriticæ doctrinæ [d], prolificum in medio ponit, *cujus luteum mulieris menſtruo; candidum verò terrenæ ſeminis ſubſtantiæ proportione reſpondeat.*

56. Mente mea ſic obfirmata ad ipſum Cæſarem quintum convolavi ut Aulam ejus grata novitate permoverem: Sed mea ſpes omnis continuò decolavit. Mihi quippe Cæſaris Ἀρχίατρος [e] fœtuum Iconas, toti Aulæ notiſſimas, indicavit, ubi medium involucrum embryonem, *quaſi Ovum in medio cingit.*

Immò, portento quodam me perculit. Hydropicæ nimirùm teſtem dextrum mihi patefecit, *glandulis* refertum *novem, decemve, anſerum quaſi, aut ſtruthiocamelorum potiùs* [f] *Ova, uni ineſſent membranæ; ſingulasque Ovorum albo non abſimili, aut paulò craſſiore oppletas.*

57. Obſtupui ſteteruntque comæ [g]: ſed, animis collectis, à peritioribus inquiſivi, quî poſſem teſticulorum alborem illum enormen [h] à capite arceſſere. Mihi reſponſum eſt, à *populari* meo, cui nomen eſt à *Rupe* [i], *è vaſis uteri genitalem humorem craſſum, album, Ovi albori ſimilem, intùs colligi ad conceptum; ſicut in Ovis; quod verò candidum eſt ac luteum à fœmina prodire, ſemine maris tantùm conſtituente.*

58. Ne mei conterranei ſtarem unica fide ad *Ferrarienſem* adivi,

d Quod enim promulgat Fernelius *Ariſtotelicum* eſt, è Lib. III. de Gen. An. Cap. 1.

e Meritiſſimus nimirùm Andreas Veſalius, cujus fata ſuprema Solonis dicto reſpondent, de nemine ante obitum felici. Idem quippe Veſalius, qui inter tot aulicos, & in tanti Cæſaris aula ſplenduerat, obſcurè nunc, & inter homines feros, ac in tuguriolo, vita cedit. Verùm, iteratò divagor, uti pag. 609. n. 54. nec peccatum iteratione mollitur, ſed iteratam veniam expoſcit.

f Hic rurſum eſt de Ovis intra teſticulos idea, ſed nequaquàm ſanâ ſicuti n. 30.

g Viſis nimirùm tot monſtrificis Veſalianis Ovis.

h Ibid. à Veſalio deſignatum, n. 56.

i *Gallus* eſt Nicolaus, cui cognomen *Rupis* eſt; aliàs Nicolas *de la Roche*, qui hîc universè Alex. Benedicti exſcriptorem ſeſe geſſit, uti liquebit è n. 62.

adivi, qui *Musis* [k] est in deliciis. Is autem Apollinis [l] decretô sancivit *conceptum recentem Ovo similem esse, cui putamen aufertur, membrana interiori relicta.*

59. Quò firmiùs autem id facti duorum testium ore apud me constaret, *Ferrariâ* pedem non dimovi, quin seniorem alterum compellaverim Medicum singulari *Bonitate* [m] præditum. Judicium Collegæ sui confestim ille ratum habuit, mihi comprobando *maris semen in genitalis alboris medio glomerari, atque tali folliculo receptaculoque claudi, quale in Ovo ab extima testa.*

60. Quoniam animus veritatis avidus nusquam expletur, huc & illuc sollicitè cursitavi, illius confirmandæ gratiâ. Sic igitur ab Italia me subduxi, ac uni *Jasoni* [n] adhæsi, qui me aurei dogmatis, omni vellere pretiosioris, participem fecit, *seminalis scilicet colliquamenti motum non cessare, donec folliculo circumdetur & convestiatur membrana tam tenui, qualis ab exteriore testa in Ovo clauditur.*

61. Huic dogmati grave pondus accessit ex *Antiquario gravissimo* [o], cujus laudes ingenii culpâ non deteram; sed cujus verba non rescindam; nam Medica [p] sunt & meam spartam exornant.

k Imò, is ipse *Musa* dicitur, nam Antonius est *Musa*, qui tot literis, totque gratiis ità diffluit, ut illius Medici *Ferrariensis* ore Musas eloqui dejerem.

l Hippocratis saltem, qui suam originem ab Apolline repetit & quem *Musa* noster hic exscribit.

m Isti quippe Ludovico, Ferrariensi, cognomentum est *Bonaciolo*. Relata itaque verba Ludovici sunt *Bonacioli*.

n Non illi certè Pagazæo, quem tot Argonautica celebrant; sed Ziriczæo *de Uteris* scriptori, quem *à pratis* insigniunt, & *Jasona Pratensem* idcirco vocitant.

o Ludovicus Cœlius est, Rhodiginus, qui Eunapio *spirans* quædam foret *bibliotheca*, & *museum ambulans?* mihi verò *Literarum Oceanus est.*

p *Medica* quippe nisi forent, decretis meis adversarer, quibus ad unius Apollinis cœlum me restrinxi, citra quàm avolem in æthera Minervæ,

nant. Illi ergo *conceptus lac eſt, folliculo genititivo circumiecto, ex membrana tam tenui, qualis in Ovo ab exteriore cluditur teſta.*

Immò, Literator ille maximus perdocte ſuſpicatur *Ova citra coitum, libidinis imaginatione concipi, ac molam in fœminis producere, vitæ ineptam, quòd agens principium è maris ſeminio non affuerit.*

62. Eadem ætate vir ſummus alter & undique mihi *Benedictus* [q] ſemen vulgavit *imperfectum eſſe velut album in Ovis ſubventaneis.*

Cervæ deinceps *hinnulum* oculis omnium ſubjecit, *in medio humoris limpidi, velut Ovi candido, digitali longitudine pendentem* [r].

Nos universe præterea docuit *genitalem humorem craſſum & album, ac Ovorum albori ſimilem, in utero congeri ad conceptum.*

Maris inſuper *ſemen in medio genitalis fœminei alboris colligi* [s], *ut generandi poteſtatem in univerſam maſſam diffundat.*

Cervinum rurſus nobis ante oculos ſtatuit *hinnulum digiti longitudine, in medio humore albo atque lento, Ovi anſerini magnitudine, pependiſſe ſublimem* [t].

63. Hujuſce viri *civis & æmulus* doctrinam de humano conceptu *è ſimiis & porcis* primùm deſumit [v]: ſecundùm verò *ab Ovis gallinæ ſubſtratis:* tertium denique *ab embryonibus fluxis.*

Illo

q Alexander eſt Veronenſis, qui *Benedicti* cognomine gaudet, cujuſque recordatio, præ ſingulari doctrina & induſtria viri, *Benedicta* nobis eſt atque jucunda.

r Hic certè Benedictus noſter naturam ipſam exſculpit, & nepotibus contemplandam exhibet.

s Nemo rurſus tam felix naturæ penetralia ſubit, quàm hic Alexander. Videſis periochen XXX. in Syſt. de fœtu.

t En iterum imago ad naturam efficta.

v *Veronenſis* eſt alter *æmulo ſtudio* naturæ ſedulus indagator, cui nomen eſt Gabriel de Zerbis, & cujus experimenta atque ſcrutinia paſſim admiror.

Illo itaque tripode fultus vir ille *volubilium Ovorum* firmiſſimus *ſtator*, conceptum humanum 1°. *Ovalem* edit; illum 2°. pari neceſſitate interiori tunicula veſtit *ac Ovum nuper natum interiori ſuo panniculo munitur*. Nobis tandem embryones profert tunicula cluſos *in ſimilitudinem Ovi, quod ſuis exterioribus nudatum corticibus, interiori operimento tantùm veſtitur.*

64. Jam verò iſtæc de *Ovis* doctrina, quaſi per *Ovata Agrippæ Opera* [w] ſeſe diffunderet in *Circum*, Italiæ finibus nondum exceſſit, nam *Patavii* famigeratur ab admirandæ ſcientiæ viro [x], quem ipſa invidia, Galeni [y] infortunio, γλῶττα πᾶσι μάνιν, *magum atque vatem* traduxit.

Vir igitur ille, quo præditus eſt animo acri naturæ myſteria penetrat & *ſpumans in utero ſemen* animi contemplatur acie, *pellicula tali circumdari, qualis Ovi exiſtit interior.*

Immò, bis rurſum inculcat *conceptum recentem pellicula, more albumis Ovi, contineri* [z].

65. Eandem plane Phyſicam *magnus* ille *ſcriptor*, quem mea *bibliotheca non ſuſtinet* [a], me perdocuit. Illius itaque viri verba mea faciam, utpote quæ ſint, ab illo Sacris addicto viro, ex ipſius Medicinæ Sacrario depromta. Quid enim nobis, primitùs *in Ovo* cretis, fotis atque nutritis, ſacratius eſt, quàm addiſcere quâ ſimus origine nati? *Omnia* ſcilicet *animalia*, atque adeò nos ipſos, *ex humiditate in tela exiſtente generari. Sperma* quippe *cadens in matricem, antequam figuretur ſimile eſt humiditati Ovi in tela contentæ & contextæ ex ſuis.*

Nam,

w Apud Dion. Caſſ. in Cæſ. Octav.

x Petro ſcilicèt Aponenſi, *Patavino*, quem animi dotibus præcellentiſſimum magiæ inſimularunt.

y Uti ratum habeo ex ipſius *Galeni* querimoniiſne dicam, an jactantia? *Lib. de præcogn ad Epigen. & comm. 3. in progn. Hipp.* ac *Lib. 2. de febr. differ* nec-non *Lib. 10. de ſimpl. medic. facult.*

z Et iſthæc profectò Petri Aponenſis verba naturam ipſam exprimunt ad unguem,

a Albertus eſt ille *Magnus*, Ratisbonenſis Epiſcopus, & *ingentium voluminum auctor*, quæ *commodata* duntaxat mihi ſunt.

Nam, *in ipso coitu sperma viri attrahit sibi humorem mulieris & rotundatur super ipsum, sicut rotundatur sperma galli in albumen Ovi.*

66. Ex eodem isto naturæ fonte celeberrimus ille Herodiani infanticidii, à Josepho prætermissi, memorator [b], principia sua hausit, quibus me certiorem fecit *semine semel intra formandi hominis monetam collocato, hoc primùm artificem naturam moliri, ut die septimo folliculum circumdet humori ex membrana tam tenui, qualis in Ovo ab exteriore testa clauditur.*

67. Jam verò, sicut ab Adamo creto naturæ liber unicus est, ità & omnibus idem ille semper patuit, semperque patebit, ut seri quoque nepotes studio quondam sese exerceant illo, quo sese exercuit industrius ille Medicus *Pergamenus*, & *Juliani Apostatæ ad imperium evector* [c]. Vir quippe sagax ille, quâ polluit mentis vi, ad *quendam* penetravit *in utero globum*, instar Ovi, *è seminibus mundissimo sanguine menstruo permistis.*

68. Virum autem illum, industrium licèt atque sagacem, multis parasangis præcessit *Pergamenus* alter, *Græca Romanaque Praxi* undique clarus, ac *trium* deinceps *Imperatorum* [d] Ἀρχίατρος. Lynceus siquidem ille Græciæ ac Italiæ Medicus, non solùm crevit ἐν τοῖς πεζοῖς ζώοις ὡφ' τὴν τῆς μύλης κύησιν, *conceptum falsum in pedestribus analogum Ovo*; ἀλλὰ τὴ ἑκταίαν γαυλῷ ὁμοιοῦσαν τῷ τῶν ὠῶν εἰκαθένται χιτῶνι, *sed & sexti diei genituram excidentem Ovorum pelliculæ simulem esse.*

69. Lynceis porrò Pergamenis illis uni & alteri lucidissimam facem prætulit magnus ille naturæ genius, magnique victoris & totum spirantis terrarum orbem magnus olim educator [e]. Apud illum siquidem legere est ὅσα διεφθείρε ζωοποιεῖ ἐν αὐ-

b Vel ipsi sacris initiati istis festinè *Macrobium* odorantur.

c Isthæc *Oribasio* competunt, ex Eunapii fide, quo familiari usus est *Oribasius*.

d Galenus est *Pergami Practicus* atque *Romæ*, ubi primas tenuit apud *Marcum Aurel.* & ejus fratrem, *Commodum* atque *Severum*.

e Nemo prorsus in Literis ità hospes est, ut hic Aristotelem non deprehendat, Alexandri Magni Præceptorem.

αὐτοῖς ὠοτοκεῖν τὸ πρῶτον, *omnia vivipara Ova priùs in se parere*; καὶ ἔπως τὸ ζῶον ἐν ᾧ ὠὸν γίνεσθαι ἐν τῇ θήλῃ *atque ità ex Ovo intra fœminam animal configurari.*

Exinde tandem est ut Philosophus idem conceptum recentem exprimat οἷον ὠὸν ἐν ὑμένι περιεχόμενον, ἀφαιρεθέντος τοῦ ὑμένος, *velut Ovum pellicula contentum, putamine detracto.*

70. Illi autem ipsi lucidissimo Phosphoro unus Hippocrates clarissime præluxit. Libellum enim de *natura pueri* Galenus atque Cæsalpinus immeritò suspicantur esse vel Polybi, Hippocratis generi; vel Alcmæonis, Pythagoræ discipuli. Nam Hippocrates ipse libellum illum animi sui genuinum esse fœtum *bis* [f] inculcat *Lib.* 1°. περὶ γυναικείων.

Hippocrates est ergo, qui primus omnium vitæ primordia scrutaturus, ὠὰ εἴκοσιν ἢ καὶ πλείονα &c. *Ova vel viginti, vel plura gallinis subtrahit*, ut incrementa pulli fideliter disceret, *Ovorum scilicèt uno singulis diebus subducto, decorticato & inspecto.*

Secundùm verò, is ipsissimus est naturæ scrutator, qui primus omnium fœtus humani germen cum pullorum in *Ovo* germine comparavit, nam ex *Ovis* incubatis & apertis, ὄρνιθος φύσιν ξυμβάλλῃ τῇ τοῦ ἀνθρώπου φύσει *volucrum ortus cum hominis origine confert.*

Tertiùm, is idem est oculatissimus operum naturæ contemplator, qui primitùs conceptum omnem pelliculâ clausere: observante siquidem Hippocrate τῇ γονῇ θερμαινομένῃ καὶ φυσωμένῃ πάσῃ ὑμὶν ἔξωθεν περιγίνεται, *omni genituræ calefactæ atque tumefactæ tunicula circumcrescit.*

Quartùm is idem est perspicacissimus naturæ secretorum My-

f Galenum reverà miror, Hippocratis cultorem atque commentatorem isthæc loca duo tàm ofcitanter legisse, ut *in Lib. de form. fœtus*, hæsitet omnino Hippocratisne, vel Polybi sit iste libellus *de natura pueri*? Is interim Galenus *Comm. in Aphor.* & *in lib. de Sem.* atque *de facult. natur.* sententiam revocat & Hippocratis genium hic agnoscit.

Myſta, qui ſecretius alterum arcanum nobis evulgat, genituram ſcilicet illam, folliculô cluſam, στρογγύλον εἶναι, *rotundam*, vel *Ovatam eſſe*.

Quintò demùm, ejuſdem naturæ humanæ Genius eſt idem, qui primùm recentes embryones, pellucidis aquis innatantes, *cum Ovis crudis, decorticatis* atque *perlucentibus* contulerit. Genituram quippe ſex dierum, à ſe viſam, nobis repræſentat, οἷον εἴ τις ὠὸν ὠμὸν &c. *inſtar Ovi crudi, putamine nudi, intra cujus pelliculam interiorem humidum interius perluceat.*

Talia ſunt profectò noſtræ divinæ animationis e concreto in *Ovulo* ſemine primordia. Nihil igitur homo primitus eſt, quàm ſpumantis libidinis deſpumata in *Ovulo* gutta [g], & lacteo candore in illius *Ovuli* medio concreta atque coagulata: nam ipſiſſimus *Jobi* Deus illam inibi τυρὸν ἴσα τυρῷ *caſeo ſimilem coagulat* [h].

Coagulum ergo humanæ compagis penitus eſt cœleſte. Divino itaque veluti ſpiritu *Hippocrates* afflatus id coaguli cœleſtis admiranda climace ſua de cœlis in terras demiſit. Ipſi quippe ſemina parentum πρῶτον μὲν μίσγεται ὁμῶ καὶ ἀθρόίζεται καὶ παχύνεται, *primùm quidem miſcentur inſimul, deindè verò, coguntur atque congregantur in unum, ac ſubindè condenſantur atque concreſcunt.* Immò, ut alibi loquitur, ξυμπήγνυται, *compinguntur atque coagmentantur.*

Jam verò, quum primævæ noſtræ concretionis atque coagmentationis *in Ovo Septuaginta* nobis fidiſſimi ſuppetant *Interpretes* [i], ipſis certe oculatis & in Arte ſua peritis, *Prophanis licèt*, fides eſt adhibenda. Sed econtrariò neotericis aliquot occæcatis plane & naturæ ſecretorum inexpertis, noſtrorum interim *Ovulorum* pro virili contritoribus, fides omnis detrahenda venit. Hymnis deinceps, Divini Pſaltæ, optimus ille

g Vid. Syſt. mei, de hum. fœtu, periochen 30.
h *Job. Cap.* x. v. 10.
i Vid. hic pag. 615. n°.

ille atque potentiſſimus, ſapientiſſimuſque generis humani plaſtes de generatione in generationem celebrandus eſt.

Iſthæc interim recolito, *Studioſe Lector*, ut judex in me ſedeas num meritò, vel immerito, Aſinina docentes me traducant anilia docentem, quod ævi priſci dogmata, *ore privato publicoque*, in genuinos auctores refundam. Sed eſto, anilia mea cum aliorum aſininis componantur! Conſequens eſt ut quanti aſino præſtat anus, tantidem anilia mea præſtent aſininis.

FINIS.

CAROLI DRELINCURTII,

DE

FOEMINARUM OVIS

CURÆ SECUNDÆ.

Οὐδὲν ζώων γένος ἄμοιρόν ἐστι τοῦ ἐξ
ᾠοῦ γενέσεως.

Nullum animalium genus exors est originis ab Ovo.

Plut. Sympos. II. Quæst. III.

Τὰ δὲ ἐν
αὐτοῖς ζωτοκοῦντα, τρόπον τινὰ μὲν τὸ σύστημα, τὸ ἐξ
ἀρχῆς, ὠοειδὲς γίνεται· Περιέχεται γὰρ τὸ ὑγρὸν
ὑμένι λεπτῷ, καθάπερ ἂν εἴτις ἀφέλοι τὸ τῶν
ὠῶν ὄστρακον.

Quæ verò intra ſe pariunt animal iis, poſt concretionem, quæ initiô fit, velut Oviforme quiddam producitur: Humor enim tenui membranâ haud ſecùs concluditur, ac ſi quis teſtam Ovis detraxerit †.

† Ariſtot. Lib. de Gen. Anim. III. Cap. IX. & Hiſt. Anim. Lib. VII. Cap. VII.

PRÆFATIO.

Modeſtiæ gratiâ, ne meis diſcipulis dictata dictaturam ſaperent, quædam ſenſa mea, problematicè, ſuper fœminarum Ovis *expreßi. Ipſa deinceps qualiter erant tecta atque privata, taliter nudavi & edidi, atque ità judicium ſincerum, nec meis ideis anticipatum, ſingulis conceßi: aliundè verò auſcultator ſedi, varias de meis problematis perceptu-rus hominum menteis.*

Verùm à temporibus illis, quæſtionibus obruor; quiſque nimirùm ſcire avet quid de unoquoque problemate ſententiam. Quùm igitur mihi grave ſit tot privata explere deſideria, quieti meæ conſultius eſſe duxi ipſißima mea ſuper Ovulis *cogitata & experta haud dubitanter, ſed affirmativè recudere, citra quàm velim ut ullus in mea verba juret.*

CAROLUS DRELINCURTIUS
DE
SEMINE MULIEBRI INTUS
& extra
Seminarium, ſive de fœmineis Ovis vel in Ovario, vel extra.

I. Fœminarum Ova ſpermaticis arteriis, *maſculorum teſtium admitar*, nequaquam penetrantur.

II. Nec nervulis illa, *virilium teſticulorum more*, nec lymphaticis vaſis irrigantur.

III. Pelliculis autem geminatis ſingula conſtant Ovula.

IV. Nec gem num interim alborem, neque chalazas, præ ſe ferunt; ſed lympham uniformem, chalazas verò nullas habent.

V. Ova in Ovario dubium ſemper numerum efficiunt; nam licèt in cadaveroſis hujus vel illius teſtibus, à ſeptenis v. g. ad duodena numero contendant, ità certe conjicere eſt in hac vel in illa ſpirante fœmina, numero variare, prout fœmina nimirùm vel ſana eſt, vel ægra; vel caſta, vel Venerea; vel vacua, vel gravida.

VI. Ovarii quodlibet Ovum prout ætate atque maturitate & nido ſtrictiori vel laxiori aliud ab alio diſcrepat, ità molecula ſua varium atque varium eſt.

VII. Ova in Ovario nequaquam racemoſa ſunt, ſibique contigua, ſed nidulis quæque diſcreta atque ſejuncta.

VIII. Ova in Ovario ſemper, *ceu matrice ſua*, ſuccreſcunt; nec unquam alibi formata in Ovarium, *ceu in conceptaculum*, comportantur.

IX

IX. Ova in Ovario formata nusquam inibi laxa atque volubilia, sed cellulis constricta atque pediculis firmata & in plenam usque maturitatem inibi quieta atque nutrita.

X. Ovorum nidis vel siccioribus atque strictis; vel humentioribus atque laxis, *Ova* maturescere nequeunt; sed, vel ariditate & angustia marcescunt; vel madore laxiora diffluunt.

XI. Ova in utero fœcundanda, integra semper ex Ovario suo prorumpunt. Ubi verò tunicis illorum vel crepantibus, vel rarefactis, liquor ab ipsis vel effluit, vel exudat, irrita fiunt.

XII. Sicutì verò fructus plenè maturi, & sua sponte decidui, ne gry quidem succi dimittunt, ità certè maturaris Ovulis nostris, & integris ab Ovario sejunctis, ne hilum quidem vel sanguinis, vel lymphæ ex Ovorum pediculis stillat. Illorum enim petioli perindè stringuntur atque solidescunt ac in vitellis Ovorum obtinet, dùm è vitellario in suum infundibulum contruduntur.

XIII. Integri rursus Ovorum isti globuli incremento suo strictiores illos crassæ compactæque communis sibi tunicæ porulos sensim ac sine sensu ità diducunt ut perruptis illis sese è testiculorum custodia in libertatem asserant. Accedit insuper niduli fibrosi virtus adjutrix, quæ Ovulis est extrinseca; atque sic vinculis levantur & carcere laxantur.

XIV Istæc autem Ovula è carcere sic emissa nequaquam evagantur, sed in expassas, sibique appressas tubarum oras determinatè pelluntur; seque præsente vel ipsa Venere, vel ejus saltem aliquo phantasmate diurno, nocturnove.

XV Nec interim omnia perindè vel unius duntaxat, vel utriusque simul Ovarii Ova, hoc vel illo Venereæ voluptatis momento tumultuariè determinantur ad exitum; sed matura solùm, & ordine quodam suo, Ovarium deserunt, residuis immaturis aliis, seriatim deinceps erupturis.

XVI. Ovorum porrò maturitas illa, atque determinatio ad egressum ex Ovario, repetenda venit ab Ovorum ætate

atque mole; ab ariditate pediculorum quibus nutriuntur; & à varia denique atque varia conditione cùm involucri Ovalis communis, tum præsertim Ovulorum fibrosi carnosique nidulli.

XVII. Mirificus autem egressorum Ovulorum albor, *spiritu licèt genitali maris in utero perfundatur atque colliquetur*, nequaquam genitivus est, sed embryonis duntaxat, *in illo albore medio de semine paterno suscitati*, verè nutritius.

XVIII. Nullus igitur humanus embryo ex Ovo generatur; sed omnis interim ille, perpetua & irrevocabili lege, *in Ovulo* conformatur.

XIX. Ova diuturniori sua in Ovario mora teterrime putrescunt & mille tædiis miscellas fœminas implicant.

XX. Eadem insuper Ovula vel periodice, vel erratice, in Ovario suo turgescunt; suoque commoto liquore Venerem omnino stimulant, in fœminis præsertim sero salsiori & auctiori, *atque adeò salaciore*, scatentibus.

XXI. Istæc etiam Ovula, *intestino suo particularum tumultu*, sopitarum menteis Venereis ludibriis quandoque demulcent, mulcibrique pollutione, *citra viri congressum*, excluduntur.

XXII. Maturata in testiculis Ovula, perennique succo viscerum irrigua, embryonem inibi, *non autem in utero*, nutrirent, si modò spiritu viri prolifico ibidem embryonarentur. Spiritum autem genitivum illum tam altè consurgere rationi & experientiæ repugnat.

XXIII. Nequaquam porrò dubitare est quin Ova, suum Ovarium egressa, a tubarum faucibus quandoque devient, atque sic vel integra, vel crepantia trudantur in obvium sibi abdominis alveum, quem ærumnis sexcentis afficiant.

XXIV. Alias verò globulus Ovulorum integer, vel etiam liquor ex ipsis elisus, patulas sibi tubarum fauces rectè subit, citrà quàm aliò deflectat.

XXV. Sed istæc Ovula, Ovulorumve liquor, tubarum faucibus illis excepta, tubarum deinceps anguſtiis atque glu-

tine,

tine, *præſertim proximè uterum*, ità quandoque ſtringuntur ut in illo viſco damnoſè prorſus inhæreſcant.

XXVI. Ovula tamen vulgo ſtrictiſſimas illas, *proxime uterum*, tubarum anguſtias, *naturaliter parcè viſcatas*, eluctantur, & ſeſe in uteri fundum integra devolvunt.

XXVII. Jam verò dum volubilia iſthæc Ovula periſtalrico tubarum motu ulteriùs atque ulteriùs volutantur & in uteri fundum uſque rotantur, ſatius eſt longè ut virile ſemen ibi præveniant atque præoccupent, quàm ſi a virili ſemine inibi præveniantur & occupentur. Sed ſatius eſt adhuc ut neutrum ſemen præ altero mittatur: ità quippe citiùs atque feliciùs, & uno veluti maris & fœminæ conflictu, Veneris illæ ſuſcitantur ſtricturæ, quibus homines formantur atque ſplendeſcunt. Tunc enim reapſe felix eſt mariti & uxoris illa lucta, quæ ardore mutuo vivaces iſtas in familia ſcintillas excudit, quas ipſe Deus flamma cœleſti fovet atque perpetuat.

XXVIII. Iſtæc igitur Ovula in uterum uſque nequaquam demittuntur vel ut ipſum titillante ſua per tubarum flexus devolutione mulceant; vel ut vaginam ejus ſalivoſo madore lubricent, ne mutone ſubacta dolitet aridior; ſed ut maſculum germen excipiat embryonem, *maſcula virtute cretum*, concludat, ſuſtentet atque nutriat.

XXIX. E dictis itaque liquet in uterum uſque Ovula volutari, paterni germinis ergò. Maſculum enim ſemen alibi quam in utero ſatum, vitaliter nunquam *egerminat*, fœtus quippe ſuos in vitales auras nuſquam *egerit*, ſed in ipſo germinationis & accretionis alieno ſolo ſuffocat, citra lucis uſuram.

XXX. Verùm iſtæc Ovula uteri cavo ſuſcepta & inibi recèns embryonata, necdum utero vel glutinata vel radicata, facili admodum negotio in pudoris ſinum provolvuntur, & prolis futuræ ſpem præmaturè reſcindunt. Id autem in utero præprimis obtingit vel mucoribus lubrico; vel Veneris œſtro ſaliciori, petulantiuſque ſubacto; vel quovis demum cor-

corporis aut animæ incondito motu irrequietiori.

XXXI. Ovula demùm iſthæc tenellula, teſtarumque neſcia, etſi ex utero nuſquam præcipitentur integra, ſtrictiori tamen abdominis preſſu colliduntur aliquando conquaſſanturque. Id verò præſertim obvium eſt in agili ſaltatriceque matercula, cujus uterus ſingulatim & arctior eſt & partionis inexpertus, atque adeò dilatationis impatiens & contractionis amans, quò ſua perfringat & elidat Ovula. Sed iſtorum *effluxuum* altior ſpeculatio alterius indaginis prorſus eſt.

Homo eſt & qui eſt futurus: Etiam fructus omnis jam in ſemine eſt.

Tertull. in Apologet. Cap. IX.

Etiam in Ovo gallinæ compreſſæ *pullus eſt.*

Etiam in Ovo fœmineo, germine virili intra uterum fœto, *homo eſt*, juxta Syſtem. mei de fœtu, humano periochen XXX.

FINIS.

PA-

PARERGA

ſuper iiſdem Ovis.

I. Noſtrorum Ovulorum congeries nidulis concluſa, veloque obducta communi, teſticulos fœmineos conſtituit, ab *Harveo* atque *Hofmanno* perperàm infamatos, ceu globulos uſu caſſos, ac in mediis fœminæ ſpirantis ilibus cadaveroſos.

II. In ilibus autem illi conduntur, non quidem ullius nativi frigoris depellendi gratiâ, ſed ut faucibus uterinis, *ſive tubis*, illorum Ovula ſorbeantur utrinque ad embryonum in utero fabricam, natationem & alituram.

III. Tot deinceps Ovula non unica duntaxat veſicularum aquoſarum denominatione, ſed ipſâ Ovorum ideâ Majoribus noſtris innôtuêre.

IV. Illarum porrò liquor, qui ſecantis in faciem proſilit, omninò ſuſtinet *Orphei* atque *Thaletis* elementô, *aquâ nimirùm, ſed fervente*, coagulari.

V. Mirificus inſuper liquor idem genuinum noſtrum nutritium, decantatiſſimumque *primigenium humidum* meritò conſtituit. Id enim alio atque alio ſuccedaneo haud ſecùs in nobis perennat, & pro eodem habendum eſt, ac fluminis undæ fluvium perpetuant eumdem.

VI. Pariter certè maſculus in eodem Ovulo ſpiritus ille genitalis, *qui ſaliente puncto ſeſe prodit*, germanum eſt noſtrum celebratiſſimumque *calidum innatum*. Id enim à primo vitæ puncto ad ultimum, fomite ſuo jugi perindè durat idem, ac lucernæ v. g. flammula perdurat ævum & eadem audit.

VII. Ludicrum eſt verô in Ovulis velle ex Ovario dextro propulſis *mares*, è ſiniſtro autem divulſis *fœminas* procreari.

VIII. Sed elegantiarum & ingenii plenum eſt Ovula ſcri-

pſiſſe, jure meritoque *inter animal & non-animal ambigere.*

IX. Sic curioſitatis eſt multæ & ſempiterna hominum memoria digniſſimum, *Ovula bina*, fœmineo partu excluſa, fuiſſe *gallinaceis tam ſimilia*, *quam Ovum Ovo*; ſicuti Norwegiæ monimenta teſtantur.

X. Ovulum autem quodcunque unicum eſt, id prorſus *uniparum* eſt, nec unquam *multiparum*, niſi monſtrificè, hoc eſt, in *Ovulo quovis* quivis cuditur embryo; in *Ovulis* verò *multis* multi pariter concreſcunt embryones; nec bini unquam, vel terni eodem Ovulo concluduntur, quin vel pectore v. g. vel abdomine monſtroſi cohæreant.

XI. Noſtros itaque ſingulares exortus in Ovula varia atque varia regerimus, in quæ quidem *Clar. Diemerbroekius* tela ſua contorquet, *quò confodiat illa*, ſed piſtillo retuſiora ſunt, omnia ad unum.

XII. Sic tandem obſtipi capitis eſt, & tereti cervice reflexi, judicium ſuum de fœmineo partu Oviformi, cum *Olao Wormio*, ad dæmonis aſtus flexiſſe; quaſi nempe dæmon, nobis impoſiturus, fœminis Ova ſupponeret.

Si Dæmones Socratici *Wormium* afflaſſent nequaquam ille ſecum reputaſſet fœminarum Ova dæmonum fraudibus Lucinæ ſubjici, & Diis iratis, genioque ſiniſtro fœminas Oviparas eſſe. Nam quotquot propitio Numine Summo, genioque felici ſpiramus in terris, non diabolica, certe, ſed Divina ſumus Ovulorum progenies.

FINIS.

CAROLI DRELINCURTII

APPENDIX

DE

UTERO.

Αἱ ὑστέραι ζῶον ἐπιθυμητικόν ἐστι τῆς παιδοποιΐας.

Uterus animal est generationis avidum.

Plato in Timæo.

Ἐν τῇσι λαγόσι τ̃ γωναικῶν μέσῃσι ἐγκέεσθαι ἡ μήτρη, σπλάγχνον γυναικήϊον ἄγχιστα ζωῶδές, καὶ οἱονεί τι ζῶον ἐν ζώῳ.

In mediis mulierum ilibus vulva posita est, muliebre viscus animalis fermè naturam adeptum, & velut animal quoddam in animali.

Aretæus Acutor. II. Cap. XI.

APPENDIX

De Utero.

I. An Uterus intra præduras hypogaſtrii anguſtias aptiùs quàm intra faciles & laxas reliqui abdominis viſcerum culcitras collocetur?

II. An ad quatuor ille catenas, *ceu furibundum animal in animali*, alligetur? Hoc eſt, an quatuor ille ligamentis, *ceu funiculis atque loris*, infrænetur, effræni libidinis œſtro ne laſciviat?

III. An ejus ligamenta duo, inferiora dicta, ipſum ſuperiorem ſuſpendant ne procidat, ſicutì ferunt? Sine dubio quippe fœminas iſti viderunt in obſcuro conclavi, ſed per tenue foramen radiato, ambulantes inverſas. Fœminis enim incedentibus vertice nequit uterus, ligamentis inferioribus, *ceu habenis contentus atque revulſus*, in diaphragma devolvi atque procidere.

IV. An ejus alia ligamenta ſuperiora duo uterum intra ſuas ſedes firmiùs ſtabiliant, quàm pinnulæ verſatiles ædificiorum fundamenta ſtatuminent?

V. An uterus nervoſus ſit unicè, ìdque ad majores Venereæ voluptatis illecebras? An verò carneo nervoſus exiſtat, quo fœtum & arctiùs amplexetur & validiùs enitatùr?

VI. An uterus pulpoſus deprehendatur ne in duriorem ipſum abortivo dolore fœtus impingat? An autem, ut pulpamentô ſuo tum alimoniâ pleniore turgeſcat, tum increſcentis fœtûs extenſioni tutiùs commodiùſque cedat?

VII. An uterus unico foramine ſit pervius, *uti Varolius docet?* An autem quaternis ejaculatoriis pertuſus, *ut alii volunt?* An verò, præter internæ cervicis oſtium, geminis ille conniveat oſtiolis, ovulorum ab ovario trajectioni aptis natis?

VIII. An uterus cucurbitulæ Medicæ formâ extructus esse verè dicatur? Et an idcircò taliter conformetur ut virile semen eò potentius attrahat? *Uti putant?*

IX. An, rursus, semen illud proliciat utì cervus è profundis cuniculis narium inspiratu serpentes allicit? *Utì passim docemur?*

X. An illud denique semen non unicè masculum, sed & fœmineum potenter & utrinque rapiat? *Utì Mœbius censet?*

XI. An exterius uteri fundum, *lagenæ vitreæ more*, depressum sit atque concavum? *Utì perhibent?* An verò prominulum atque rotundum?

XII. An, insuper, fundum illud contractius, *inque cervicem externam seu vaginam elongatum*, aptè vel ineptè cum lagenularum fundo atque collo comparetur? An verò cervix intercedat altera & interior, quæ conformatione ab exteriori tota discrepet?

XIII. An uterini fundi amplitudo, ad interiorem ejus cervicem usque sensim gracilescens, commoda quidem tutaque sit ad gestationem fœtus, sed incommoda & infida ad ejusdem fœtûs exclusionem?

XIV. An interior isthæc uteri cervix idcirco strictissima sit, ne longiore mutone & enormiter petulco fundum uteri pulposum & sensile Venere dolitet? An verò, ne concredita sibi custodia fœtûs perfida sit?

XVI. An prima incunabula nostra sint in uteri fundo? Hoc est, an fundum illud nostræ conceptionis, nostræque gestationis genuinus locus existat? An verò concipiamur atque gestemur, *more bruto*, in laxis illis atque *cornutis* uteri diverticulis? Fœminæ siquidem, *reclamante licèt Clariss. Laurentiô*, cornigenæ atque cornigeræ sunt, cornutæ interim nusquam audiunt; nomen quippe sibi debitum, *furtivâ suâ & diaboli condimento dulciori Venere*, maritis indunt.

XVI. An saltem, ubi gemelliferus uterus est, suos ille gemellos commodiùs longè non perferat atque pariat geminis expassis cornibus illis, quàm strictô sui corporis unicô fundô?

XVII.

XVII. An utero competat *Architectonice?* Hoc eſt, an mirificæ membrorum compagis technicus ille ſit Auctor & induſtrius artifex atque fabricator? An verò *utì modò prænotatum eſt*, embryonis formandi, formatique conceptaculum duntaxat atque proplaſma & ovorum incubatorum velutì nidus?

XVIII. An non uterus, ad ſuos illos conceptus formandos, eâdem cum cerebro quatuor arteriarum prærogativâ gaudet?

XIX. An non uterus, *rurſum*, ſuorum conceptuum ergò, *& unius cerebri concipientis more*, arteriarum quaternarum ſynaſtomoſes habet?

XX. An iſthæc ſanguinis uterina vaſa in virgine, *perinde ac in puerpera*, criſpentur? Et an iſthæc criſpitudo aliquam, *ſuis ambagibus*, ſymbolam conferat vel ad perfectius ſemen elaborandum, vel ad durabiliorem Veneris titillatum commovendum atque ſuſtinendum? An verò tot iſthæc vaſorum poſt puerperium gyri atque calamiſtra, exinde duntaxat uteri latera cingant atque circumplicent, quòd uterus, *fœtu priùs onuſtus & unà cum vaſis extentus*, ſeſe poſt partum ad volumen contractius omninò reſtringat, atque adeò, vaſa priùs expanſa & extenta reducat & contrahat, ac proindè complicet & in cincinnos cogat elegantes?

XXI. An uterus, poſt partum, *lochiis* undique diffluat ut ſordes ab hoſpite ſibi relictas totus eluat atque repurget? An verò *lochiis* iſtis fœtûs quidem recrementa nulla proturbet uterus, ſed purpureum ediverſo florem de ſe fundat? Floribus ſiquidem arteriarum delibatis atque purpuratis ſuum alumnum reſperſit atque pavit: nunc verò; florum omnium pedunculis partu divulſis, hoc eſt, *diruptâ uteri vaſorum cum acinulis placentæ copula*, ſanguineis vaſculis uterus undique hiat, atque adeo, ſanguine totus tamdiu manat, donec nimirùm tot iſthæc hiulca vaſculorum oſcilla, *utero pedetentim contractiori atque contractiori*, ſtrictiùs atque ſtrictius concludantur ac omninò ſolideſcant.

XXII.

XXII. An uterus unico partu medius quandoque crepet? Gemellorum verò, ac etiam tergeminorum, extenſioni atque geſtationi nonimeſtri ſæpiùs reluctetur indemnis?

XXIII. An uterus onere depoſito totus voluptate geſtiat, novæque proli ſuſcipiendæ totus inhiet? An verò tormina patiatur, prolem ubi peperit, & prole parta Venerem reformidet atque refugiat?

XXIV. An uterus, primogenito fœtu nonimeſtri vel ſemel expanſus atque ſpiſſatus, ad priſtinas anguſtias atque tenuitatem ſeſe unquam revocet?

XXV. An uterus, *diſtenti ventriculi more*, quò fœtu diſtentior, eò tenuior? An vero? quò fœturâ turgidior, eò ſpiſſior evadat?

XXVI. An uterus in gravida *cotyledonibus* certiùs protuberet, quàm in vacua geminis ſcrobiculis ſinuetur?

XXVII. An illorum ſinuum dextrô mares foveat? Siniſtrô autem fœminis incubet?

XXVIII. An uterus interior rugoſus ſit? Et an rugis ille ſuis ſemen firmiùs atque tutiùs implicet atque retineat ad conceptionem, quàm fœtum ipſum irretiat atque contineat ad partum?

XXIX. An uterus Divina ſit inſimul & luxuriantis naturæ faviſſa & corporis univerſi horrida cloaca?

XXX. An uterini fundi foramina duo emiſſaria ſint illius impuritatum? An verò ductus reverâ ſint frugiferi quippiam in uterum invehentes?

XXXI. An uteri fundum utrinque arteriarum corollam in clitorida demittat? Et, an ſertum illud arterioſum, *more tæniarum quibus infantum capita ad humeros firmantur*, uterum confirmet? An verò, clitoride titillata & in laſciviam reſoluta, tot illæ arteriolæ, *quæ fundum uteri lambunt*, Venereæ voluptatis blandimenta ſint & illices?

XXXII. An onuſta uteri navicula Vectorem jucundiùs, an injucundiùs admittat?

XXXIII. An ſenilis uterus, *in plethorica*, *v. g.* ſanguinis de-

defectu cùm arescat, tum sterilescat?

XXXIV. An matrix puellæ, *v. g. decennîs* mater esse queat & ad lunæ recursus perindè florêre ac in adultiori?

XXXV. An uterus aliquando frugifer antequam florifer? Hoc est, an fructus suos, *partu vivaci*, quandoque tulerit; menstruis licèt floruerit nusquam?

XXXVI. An uterus in menstruata perindè fermentetur atque turgescat, ac in recens gravidata?

XXXVII. An uterus, *qui ferax est generis humani campus*, molas, monstra atque tophos quandoque gerat?

XXXVIII. An uterus prægnans, *salvo quandoque fœtu*, vel periodicè vel erraticè sanguinem ubertim fundere queat?

XXXIX. An isthæc sanguinis eruptio vel à vagina vel ab utero scaturiat? Si à vagina, an semper salutaris, an verò lethalis etiam existat? Si ab utero, an propter aliquot acinulos placentulæ ab uteri copula diremptos? An verò, propter ipsius uteri sanguinem impetu & copia chorion sibi respondens ab utero disnectentem & porulis fugientem alienis à placenta?

XL. An placentâ uterini fundi latera penitùs opplente, *atque ità omnes omninò laterales atque supernos in uterum aditus intercludente*, superfœtatio contingere queat? An verissimè autem, tunc temporis illam obtingere posse contradictionem omnem involvat?

XLI. An omnis etiam superfœtatio veniat explodenda dum prægnantis uteri cervix interior tam arctè clauditur ut omne prorsus virile semen excludat? Sed illud sinat vel confestim effluere virtute cassum, vel pedetentim in vaginæ suæ navicularem fossulam vapidum dilabi?

FINIS.

APPENDIX ALTERA

de Tubis Uteri.

I. An uterinæ tubæ in brutis duntaxat animantibus conſpicuæ ſint, *uti Laurentius docet?* An ratione verò & experientia in fœminis etiam deprehendantur?

II. An illæ totaliter ſolidæ & imperviæ, *ut aiunt?* An verò universè cavæ & perviæ ſint?

III. An rurſus illæ ſint partim quidem concavæ atque meabiles? Partim verò compactæ & inviæ, *uti nobis illudere ſtudent?*

IV. An uniformes & æqualiter excavatæ? An autem, hinc indè protuberantes atque cellulis extructæ?

V. An ſuis illæ cellulis Ova non unicè tranſmittant? Sed & illa quandoque concludant atque conſervent? Atque adeo; non ſolùm genuini ſint illæ *Ovi ductus*, ſed & veriſſimi *Ovorum nidi*, ſive conceptacula atque promptuaria?

VI. An illæ itaque vel ſemper, vel nunquam inanes deprehendantur? An verò rejectaneis uterinis aliquando ſcateant? An potiùs vel ſemine effuſo, inibique variè alterato atque corrupto; vel integris Ovis quandoque turgeſcant?

VII. An à teſticulis illæ quidem oriantur anguſtæ? Sed uterum verſus pedetentim lateſcant? An verò, ab uterini fundi lateribus utrinque ſtrictiores exiſtant, ſed ſenſim amplientur, dum teſticulis proximant?

VIII. An alicubi valvulis interciſæ? An verò liberæ paſſim atque patentes?

IX. An ipſarum valvulæ ab utero ſint averſæ? An autem ad uterum obverſæ, An porrò Chimæricæ prorſus?

X. An illæ tubæ immobiles ſemper atque ſtatariæ? An autem aliquando locô mobiles ac errabundæ?

XI. An itaque, vel nervoſæ totæ? Vel muſculoſæ totæ?

An

An autem, partim nervales, partim verò lacertulis inſtructæ?

XII. An illæ rurſus vel ſemper flaccidæ totæ atque collapſæ? Vel interdum omninò contentæ & expaſſæ?

XIII. An iterum ergo vel rigidi tubuli more, vel tenſarum fidium adinſtar, eâdem ſemper rotunditate conſiſtant? An autem aliquando lacertoſis ſuis illæ fibrillis dilatentur atque contrahantur?

XIV. An illarum oræ ab utero diſtantiſſimæ atque teſticulis proximæ, totæ ſint lacinioſæ atque lacertoſæ? Hoc eſt, an muſculoſis illæ fimbriis orbiculatim & univerſe muniantur? Et an illæ fimbriæ vel ad tubarum fotum? Vel ad ipſarum robur? Vel, *quòd rei cardo eſt*, ad majorem inibi, *quàm in reliquis tubis*, diaſtolen atque ſyſtolen extructæ ſint?

XV. An illi ſupremi tubarum lacertuli utì connexione, ità communione cum teſtibus ſemper careant? An verò cum ipſis aliquando copulentur & ſemen ab ipſis elidant atque corripiant?

XVI. An integræ tubæ ſemen illud in gravidis, *perindè ac in vacuis*, in uteri fundum transfundant? An verò, ſemen illud noxie, vel innoxie tamdiu conſervent atque cumulent, donec, *utero partu recluſo*, univerſum illud unà cum lochiis propellant atque repurgent?

XVII. An hiſtoriæ, de fœtibus in tubis, ceu apocrypha traducendæ veniant inſomnia? An autem tubæ certo & indubitanter conceptionis locus aliquoties deprehenſæ ſint?

XVIII. An illæ tubæ fœtum intra ſe conceptum atque fotum & adultum neceſſariò vel detineant & una cum matre ſuffocent? Vel in abdomen compellant atque fœtum inibi pariter & fœtam extinguant?

FINIS.

PARERGA

de Tubis Uteri.

I. An aliformes tubarum latitudines ab *Aretæo* cum *veſpertilionum alis* comparentur? *Utî narrant?* An verò cum *navigiorum velis*? Imò, cum *malorum apluſtris*? Quid enim aliud ſonant τὰ τῆς νηὸς λαίφεα, quàm *navium tænias* ad malorum cacumina volubiles? Nam utì profectò navis illæ tæniolæ è malorum faſtigiis aura quavis flabellantur & exagitantur; ità prorſus, ad tubarum apices, mirificas vidimus modò lacinias, quæ, *pinnulæ verſatilis more*, ad omnem Veneris auram impelluntur & quaſi volitant.

II. An non interim iſthæc ſimilitudo cum alis, *etſi nuſquam ſit Aretæi*, lepidiſſima eſt? Nam præterquam expaſſas veſpertilionum alas æmulantur, id inſuper præ ſe ferunt, *in Venere præſertim furtiva, quæ tota tenebrarum opus eſt*, ut noctu longè gratius quam interdiu explicentur atque pro ſuo modulo volitent.

III. An fœminei ſeminis a teſticulis per tubas in uterum via Veteribus fuerit incomperta? *Uti ſcriptitant?* An autem ab *Aëtio* atque *Galeno* & *Hippocrate* non modò calcata, ſed & ſæpè ſæpiùs monſtrata? Erecto quippe digito vias illas Nepotibus ſuis ſæpiſſimè commonſtrant. Verùm, averſi Nepotum à ſuis Majoribus oculi *Aëtianas* illas atque *Galenicas* & *Hippocrateas apophyſes uteri, utrinque ſinuoſas, quibus fœmina ſuum ſemen in uteri fundum ejaculatur, ut ad virile perveniat*, nuſquam attendunt. Nunc ergo defixis in Græcos oculis reſipiſcant omnes & uno confiteantur ore viam iſtam Græcorum primitùs eſſe, nec unquam ab ipſa viſa, *magno licèt aliorſum ſibi duce*, devient. *Fernelius* quippe, *veri rectique tenaciſſimus aliàs*, viam quidem illam *Galenicam* eſſe mente conſpexit, ſed reapſe ab illa deſcivit & in errorem deflexit.

IV. An veridicus ſit *Clariſſ. Laurentius* cum ſuis fœminei ſe-

ſeminis ejaculatoriis ſurculo quadruplici fruticantibus? Latiore, ſed breviore uno, in tubas exporrecto? Strictiore, ſed longiore altero, in vaginam excurrente?

v. An fœminæ, vacuæ quidem, ſurculis iſtis amplioribus, ſed brevioribus, ſuum ſemen in uteri fundum ejaculentur? Prægnantes verò, anguſtioribus, longioribus aliis in uterinam uſque cervicem externam illud idem effundant?

vi. An gravidæ dulcioribus omnino atque diuturnioribus Venerei titillatûs deliciis & incantamentis idcirco permulceantur, quod in iſtis ſenſilibus viarum ambagibus, *in vaginam uſque reflexis*, fœmineum ſemen vividius atque diutius catulliat, atque adeo vividius etiam atque diutiùs titillet atque deliniat? In vacuis autem fœminis, quibus iter ſeminale nec ità anguſtum, nec ità devium atque flexuoſum eſt, ſed patens atque breve, minores longè brevioreſque Venereæ titillationis illecebræ atque dulcedines excitentur?

vii. An vaſorum fœmineum ſemen diverſimodè jaculantium quadrifidus ille diremptus *Laurentio* glorianti ſit aſcribendus? An autem *Varolio?* An verò *Fernelio?* An verè tandem Anatomicorum illi Coryphæo, vetuſtiſſimo nimirum *Herophilo?*

viii. Sed amabo! An non illius inventi litigium omne de Junonis eſt umbra? Illius enim quadrifidi vaſis idea umbratilis eſt omnino atque Chimærica. Quid ergo tot oculatiſſimis aliàs in Anatome Viris tantam cæcitatem intulit, ut Chimæram non modo viderint atque palparint, ſed & viſam atque palpatam inſculpſerint æri? Meæ ſunt profecto ſpermaticæ atque hypogaſtricæ fundi collique matricis in cadaveribus arteriæ ſanguine caſſæ atque contractæ, quas utì candicantes atque criſpatas viderunt atque palparunt, ità certè, quaternas illas ſub idea quadrifidi vaſis ſemen ejaculantis delineatas evulgarunt, ſed hallucinatione penitus ſupina ac omninò cæca atque fallaci. *Videſis quæſt.* 20. *de Uteri criſpatis arteriis.*

ix. An itaque, *fictitiis illis Neotericorum Veterúmque vaſculis*

culis rejectis, tubarum munus nullum erit, nec ampliùs *portitoris* partes ſuſtinebunt, quò fœmineum ſemen, *à teſticulis in uterum*, fœcundè tranſvehant? *Utì hic de tubis uteri quæſt.* 15. & 16. *prænotatum eſt?* An verò eædem illæ uterinæ tubæ teſticulorum utrinque firmamenta duntaxat atque columina ſtatuenda ſint? An autem ipſius etiam uteri fulcra atque retinacula cenſenda veniant, illùmque, *anſarum adinſtar*, in utramque partem ſuffulciant ne vacillet, atque adeò, ne alterutrum ile præ altero quandoque prægravet?

x. An illæ demùm tubæ libramenta ſint non unius ſolùm uteri, ſed & fætus inſimul intra uterum ex umbilico librandi? Vel aliter, an uterini navigii, fœtu onuſti atque gravati antennæ ſint atque ſuſpenſoria?

FINIS.

COROLLARIA

de Humano Fœtu.

I. Fœtus intra uterum nec ſugit, nec reſpirat, nec vagit.

II. Ejus interea ſanguis circulari motu cietur.

III. Circulantis ejus foramina cùm *ovale*, tum *rotundum*, qui vel ignorat, vel Neotericis aſcribit, is profectò tam in Phyſicis, quàm in Veterum placitis hoſpes eſt.

IV. Sanguinis illius circumactu meconium, *quod triplicis recrementi amalgama profitemur eſſe*, in fiſtulam inteſtinalem deponitur.

V. Id meconii in partionis tempus, decumana obſerari porta contendimus.

VI. Inteſtinorum nihiloſecius motum complexûs atque compreſſûs, ſeu periſtalticum, nequaquam ſufflaminamus.

VII.

VII. Fœtus uterina cuſtodia detentus non magis in *allantoeidea* quàm in patrios cineres meït.

VIII. Fœtui quippe *farciminalem* tunicam qui tribuit, botulario quàm Proſectori propior eſt.

IX. Qui inſuper urachum aſtruit ipſi, brutam ſtatuminat Anatomen.

X. Fœtus igitur, umbilicali fiſtula naturaliter ſi meïat,

——— *in me veniant mictum atque cacatum.*

XI. Fœtûs *chorion* immediatè ad uterum atque placentam annecti ſenſuum mentiſque κεφαλαίῳ deprehenditur.

XII. Venam umbilicalem, genuinam fœtûs nutriculam eſſe profitemur.

XIII. Apophyſincoli, qui vel Majoribus noſtris indictam, vel in fœtibus ſolidam aſſerunt, nec Manibus antiquis, nec veritati litarunt.

XIV. Capillos, adipem, cuticulam & clauſulas digitorum ſummas fœtui qui detrahit, ſuum illi *benè eſſe* detrahit.

XV. Fœtum omnem dentibus inſtructum ſub dias venire luminis auras, qui neſcit, veriſſimum neſcit.

XVI. Fœtibus *cotyledonas* tribuere annoſioris eſt bubulci, erroneos vitula ſua ſulcos infindentis.

XVII. Fœtus partes ſingulas inſimul perfici, qui nobis obtrudunt, ſua nobis figmenta, non verò myſticae naturae ſecreta revelant.

XVIII. Aſtris malè propitiis Octimeſtrem naſci qui reputant, infelici natos ſidere ſeſe produnt.

FINIS.

CAROLI DRELINCURTII

DE

VARIOLIS

ATQUE

MORBILLIS

DISSERTATIO.

CAROLI DRELINCURTII
DE
VARIOLIS
ATQUE
MORBILLIS
DISSERTATIO.

Variolis, ſeu varis exiguis, oppidò variis, variari cutem, notius eſt quàm ut exponam. Morbillis eandem, ceu tot morbis minutulis deturpari, vel lippi norunt.

Sed tantorum affectuum primordia non vulgaribus duntaxat, verum & Clariſſimis Scriptoribus latent: Ingraſſiam, Coſtæum, Mongium, Mercurialem, Vidium atque Chicotium conteſtor; certatim quippe, morbos eſſe priſcis inviſos, & Avicenna Scriptore primùm detectos, nobis obtrudere ſtudent. At in illorum natales, altiùs dum inquiro, nec Majoribus inauditos, nec Avicennæ primum notos, manifeſtè comperio & manu teneo. Græcorum igitur, Rhaſiſque (Arabis quidem, ſed & Græcô idiomate donati, & Avicennâ longe majoris ætate) ipſiſſima verba proferam, ut, tot illis Majorum meorum verbis, ceu totſagittis, ex adverſo mihi flantes transfodiam.

II. Primævos Adami Nepotes vitæ continentioris, atque adeò ſalubrioris, extitiſſe ratum eſt: ſed cum primum progenies ejus vitioſior atque vitioſior luxuriæ magis indulſit, morbi alii, atque alii ex illâ pravâ diætâ, ceu *ſemente malâ*,

pullularunt. At Variolas Mobilloſque nequaquam ſerotinos ſed præcoces eſſe, ex veterrimis Auctoribus inconcuſſe ſtabiliam, illos quippe, vel ab omni hominum memoriâ viguiſſe notos, non ferro, vel armis, ſed graviorum Hippocratis Nepotum, qui judices in me ſedent, judiciô decernam. Ne autem fuſior ſim, abundè erit, Veterum hæc loca, ſuis tunc demum è tenebris in apertam lucem protuliſſe, cum Variolarum phænomena pede preſſô conſequar. Ipſorum nomina me ſiluiſſe, fuge conqueri. Si quippe Veterum ſcripta ſapis, ſi Græcorum monumenta verſas, ſi mortuis ſis concolor, ſi hominum ex nævô noſti, ſi demum indigenas, advenaſque ſermone diſtinguis, meos Auctores ex Idiomate continuò noſces. Nemo ſiquidem ipſorum eſt, in quem Evangelicum illud non quadret, locutio tua manifeſtum te facit. Variolas ergo, Morbilloſque rudiori primum Minervâ delineabo, donec pedetentim meô huc & illuc circumductô penicillô illorum tabellam ſuis numeris compleverim.

III. Variolas igitur depingo fermentantis ſanguinis univerſalia rejectanea, vulgo ſefe prodentia tuberculis rubris, ſanioſis, purulentis, pruriginoſis ſublimibus atque disjunctis.

Morbillos verò deſcribo, ſanguineæ maſſæ febriliter efferventis eruptiones eryſipelatoſas, maculis generalibus conſpicuas, rubentibus, planis, expanſis atque contiguis.

IV. Deſcriptiones illas dum excutiam minutatim, Variolarum atque Morbillorum indolem patefaciam.

Modicum fermentum totam fermentare maſſam experientiâ & auctoritate ſacrum eſt. Nullus igitur immorabor in aſſerendâ veritate, quam ore uno promulgant de fermento commovente mixtum. Abundè erit, ſi ſanguinem in Variolas atque Morbillos erumpentem fermentari probavero. Intricatiſſimam quippe de noſtri fermenti tum origine, tum varietate, miſſam facio diſquiſitionem; unde ſcilicet primitus uſque adeò multiforme ſuccreſcat, ut malorum invehat iliada:

da: modò v. g. febres ſuccendat intermittentes omnigenas: modò autem continuas vel ſimplices & boni moris, vel larvatas & mali moris, atque Petechiis, ut ita dicam ſtellionatas, vel quod mei Thematis eſt, vel Variolis, vel Morbillis ſignatas.

V. Variolarum Morbillorumque ſanguinem vitioſò cieri fermentò phænomenis ſex palmariis, quò firmiùs ſtatuam, effecta fermenti paucis prælibabo.

Notum eſt fermenti ſpiritus petulcos, ſuâ ſponte, jugiterque mobiles, mixtum intimè pervadere & in minima diſpeſcere: atque adeò tot portiunculas, ſic minutim confractas, minimas minimis confligi atque collidi. Mixtum igitur, hoc inteſtinò tumultu variè concuſſum tepeſcit & fervet, atque etiam tantò turgeſcit impetu, ut nimis arctatum, repagula vel fortiſſima diffringat, uti vel muſto liquet ſtrictioribus coërcito doliis.

Imò, dum mixti portiunculæ ſic tumultuantur, ſuas non modò ſordes diſpumant, ſed & effluvia de ſe fundunt, quæ vinariis in hypogæis, ex eodem muſto tanta ſunt, ut homines ſuffocent.

At in Variolis atque Morbillis id ipſum obtingere conſtat, dum quippe ſanguinea moles (quam muſto comparant) fermento tumultuat, plus ſatis incaleſcit, bullis aſſurgit, carnium poros impenſius opplet, ſuoſque tubulos & plenius diſtendit, ac etiam diffringit & quâ datâ portâ ruit.

Hinc corpus univerſum & tam horridè turgeſcit & tam aſperè dolet. Imò nares ſanguine manant, & corporis moles illa turgidior puſtulis gemmatur, quæ nihil niſi contagem ſpirant. Sanguis enim illò turbamentò, ſui portiunculas tum craſſiores, tum ſubtiliores emittit, quæ vel epidermidis denſitate vel viſcerum tunicis, cohibentur, inque Variolas & Morbillos abeunt, vel poris & halitu diffluntur, & contagione ſuâ inſpirandum atque transpirandum adſtantium ambientem inquinant, atque adeò virus illud ſanguinis in

Variolas & Morbillos erumpentis ſerpit in adſtantes, quorum maſſam æquè commovet, ac florentis vitis expirationes vinum vel in cryptis exagitant.

Sic enim inſuper, fœtum tenellulum, uterina cryptâ concluſum illæſâ validiori matre, inquinant. Ita Pariſiis, nupera gravida filio Variolis decumbenti invigilat indemni, ſed, filium alterum Variolas fœdum enititur. Fernelii, Foreſti, Hildani, Augenii, Collei, Rhodii. Bartholini nec non Germanicarum Ephemeridum de fœtibus in utero Variolatis Exempla, quæ ab hâc non nihil imagine miſſa facio.

Quid ergo febris, tumor, dolor, hæmorrhagia, puſtulæ atque contages loquuntur aliud, quàm ſanguinem alienô fermentô fervidum atque bullantem?

VI. Illam porrò ſanguinis ferviditatem, quia majorem in Morbillis, quam in Variolis agnoſco, febrem ideo fluí Variolas inter deſcribendas: at eandem Morbillis tribui. Horum quippe fermentum & fervidius & tenuius culpo: ideoque & citiùs erumpit in actum, & turbis majoribus febrem ſuccendit. Variolarum autem virus, uti minus æſtuoſum, ita craſſius & lentius, nec juge febri ſuſcitabulum eſt.

Dictis fidem experientia facit. Nam, Morbilli citò tum erumpunt, tum difflantur; nec præterea faſtigiantur, nec ſuppurant, ſed in longum & latum, eryſipelatum more, ſeſe diffundunt donec vel conſiſtant vel in auras evolent. Accedit, quòd ne fando quidem audiverim Morbillos citra febrem erupiſſe. Sic unicuique fidem meam obſtringo de Morbillis, tum Epidemiis, tum Sporadicis ſemper ἐμπύροις. Unicum novi quod hanc veritatem infrigat exemplum: Euphranoris Hippocratei filius eſt, cui alterâ poſt Morbillos eruptos die, febris eſt accenſa. Sed iſtæc enormia regulam neſciunt; rata quippe non ſunt artis: nec una hirundo facit ver.

VII. Variolas quidem febriles eruptiones apud Antiquos audiviſſe ex eoliquet, quòd illas & Carbones aduſtos, & filias

filias ignis esse dixerint; quam sententiam amplexi sunt Rhasis, Haly, Ingrass. Fernel. Mercurial. Mercat. Augen. Hucher. Helmont. Senn. Chicot. atque Burnetus. Sed suffragiis decernenda lis si veniret, totidem alios secus sentientes in judicio sisterem, Avic. Gentil. Herculan. à Vaga; Holler. Perdulc. Forest. Schenck. Ferdinand. Merindol. Collæum atque Rhodium.

VIII. Sententiis ergo numeratis animi pendeo, sed me Experimenta mea propria à priorum sententia deterrent, Epidemicas siquidem Sporadicasque Variolas vel sub ipsum initium, sæpè sæpius febris expertes curavi. Sed, ne rudiores in Arte Medica fide mea sola sapere cogantur, donec rerum usu peritiores facti & fidem istis controversis interponant, lubet & alios mecum proferre testes ut ex ore duorum vel trium testium res tota confirmetur.

En igitur variolatos febre carentes unum & alterum Rhodius mihi cedit: Schenckius filium suum in medio ponit: Epiphanius plurimos, sed præprimis alterum atque alterum domesticos nobis detegit: Et ne quis argutulus, Variolis præparcis & idcirco nusquam febrilibus illos degisse mussitet, ad Foresti gravidam adeamus quæ tam copiosas est passa, ut plures Forestus viderit nunquam, illam interea miratur febre carentem.

Si igitur exempla trahunt, en te meam in sententiam pertractum. Sed ne mecum malè credulus audias, en ab indole Variolarum illius eventus rationem mutuatam.

IX. Variolas citra febrem quandoque prorumpere, ipsarum lentô venenô suadeor. Suam enim perturbationem Criticam eminus duntaxat insequuntur: nec protinus Morbillorum more, vel sub ipsa bullientis sanguinis primordia, ceu strictura olei sartagine ferventis, saliunt in altum: si quas enim, ante quatriduum, triduumve, à primo sanguinis æstu in faciem & pectus exspumasse, vidi, id raris annumero: Illarum quippe tabum, uti diutius consistit intercus, durum, firmum, nec diffluens, nec difflatum, purulentia dumtaxat, cru-

cruſtiſve periturum ; ſic etiam ſanguinis molem & tardius verſat, & lentius conturbat, quàm ut juge incendium febrile in illam inferat. Tunc ſiquidem ſanguinis circuitum vix urget, nec ideo, nativum ejus teporem immutat; nec enim rotæ fervent leniter actæ: at è diverſo, Morbillorum virus tenue & efficax ſanguinem celerius rotat, ejuſque calorem blandum & naturæ conſocialem in igneum convertit: ſic incenduntur & effuſæ rotæ.

X. Variolas autem, fermentô licèt actas, ex imis partium penetralibus in illarum planitiem ſerius trudi, plenius evincam, atque ſic, Hippocratis ergò, Neotericorum placitis adverſabor: Ii quippe ſcriptitant Variolas priſcis ignotas, & Hippocratis Silenum Variolatum fuiſſe eò nomine negant, quod ipſi non primis, illæ, diebus, ſed octavâ duntaxat proruperint. At iſtud Dogmatis, præterquam in verſandis Veterum monumentis ſupinitatem arguit, practicam & inſcitiam prodit. Practicis enim notum eſt, poſt ſanguinis variolatam, ut ita loquar, conturbationem, Variolarum exitum, non duntaxat in quartam, quintam, ſextam & octavam, ſed & in vigeſimam uſque diem quandoque protelari: Teſtes adhibeo, non vetuſtioris ævi proceres, (quos ejurant hâc in lite, ſed Ballonium, Epiphanium, Renealmum, Hildanum, Merindelium, Zacutum, Rhodium, Riverium tandem atque *Williſium*.

Quanta igitur iſthæc eſt plurimorum nequitia; Hippocrates aſſerit, octavâ duntaxat febris die Sileno Variolas efloruiſſe; ſed fides omnis ipſi detrahitur; ceu vir ille tantus, fallere neſcius, illum animi candorem, quo ſemper intemeratis fulſit honoribus exuiſſet omnem: At Neotericorum cuivis obvio, febris non octavâ, ſed vigeſimâ demum die, florentes Variolas proferenti, ſua conſiſtit auctoritas; ô tempora, ô mores!

XI. Serotinas eſſe Variolas inſuper probare eſt Symptomatis ipſas erupturas præcedentibus, quæ, tanquam ſæva tempeſtas, ſanguinis Oceanum decumanis fluctibus exagitant, nul-

nulla affulgente malacia, quin ſanguinis fermentantis æſtus omninò conſiluerint.

Vultis ne procellæ tantæ ſpectatores eſſe fidi atque ſecuri, has undas irretortis oculis de continente contemplemini, & naturæ Variolas parituræ tot tormina dîcetis eſſe.

Febris continens (vulgo ſaltem) in ægros invadit, dolent ſpinâ, naribus pruriunt, ſomnô terrentur, corpore lancinantur univerſô. pandiculantur, oſcitantque frequenter, faucibus & pectore dolent, cum dyſpnœâ, tuſſi, cute ſicca & ardente, ſputiſque craſſis, voce raucâ, cephalalgiâ pulſatili, gravitante. Irrequieti præterea ac implacidi ieſe jactant, nauſeabundi, vomentes.

XII. Sed ne genericis inhæreamus, ſeptimeſtrem Zacuti gravidam acriter intueamur, febricitantem, ſitibundam, aphonam, convulſam, ſudantem, ſtridentem, horrentem, & tam implacido pruritu lancinatam univerſe, cutem unguibus ut dilcerpat, his velut ἐμβρυολκοῖς embryonem id eſt fœtum extrahentibus, cunctantem fœtum, & matri dirè tormina lem, Variolas volo ſegniores, ſed impenſe dolorificas, ex abditis in lucem evocet.

In ſeptenem, præterea, Ferdinandi filiam oculos conjiciamus; febricitat cum extremis frigidis, ſiti, cephalalgiâ, tuſſi, appetitu dejecto, tremore artuum, delirio, ſternutamento, facie rubicunda, lacrymis, urinis turbidis, alvo, ſiccâ, voce clangoſa, fotas à ſe Variolas antequam excludat.

Hippocratis denique Silenum in oculis habeamus; ille lumbis dolet, capite gravis eſt & cervice contentâ, prodeuntibus alvô bilioſis, ſynceris, ſpumantibus, coloratioribus & multis. Urinæ nigræ, nigrum deponentes. Sitis, lingua ſicca, vigiliæ, delirium, hypochondrium utrinque ad umbilicum uſque ſubmolliter extentum. Verba multa, riſus, cantus, irrequies, incontinentia, capite paucis ſudat, frigent & livent extrema, implacidus valde & alvô nulla, ſubſiſtit & urina. Vox deficit, non incaleſcit, nihil mingit, octava tandem, ſudore frigido univerſali puſtulæ rubræ, rotundæ,

parvæ, varorum more, nec recedentes, nec ſuppurantes.

Quanto quæſo, ferventis ſanguinis indicia tribus exemplis habemus, hoc præſertim in Sileno; cui ſpiratio magna & rara jugiſque præcordiorum palpitatio, vel primitus adfuit.

Quidni igitur concludemus, puſtulas ejus veras genuinaſque, extitiſſe Variolas, cum præcipue juvenilibus ille floruerit annis, morbumque contraxerit laboribus, compotationibus, & exercitiis intempeſtivis? Nam experientiâ teſte, & Williſio ſuffragatore, ob ſanguinem & humores crapulâ, aut exercitiô immodicè perturbatos oriuntur Variolæ, quôd latentia mali ſemina nimiô ſanguinis fervore commota, ſanguinis maſſam inquinent.

XIII. Quid ſi præterea, doctrinam amplecteremur de fermento uterino ſanguini fœtus turgeſcentiam conciliante, uſque adeò tardam, ut plurimi conſiſtentes ætate Variolas ſint perpeſſi, uti profectò ſexûs utriuſque non paucos poſt Fernelium obſervavi. Ita ſexagenarium Variolis obſeſſum viderunt Ch. à Vega Herculanus atque Gentilis. Patavinam inſuper curavit Augenius, quæ ſexageſimo quinto ætatis anno Variolis cum ereptos tum peremptos, Horatius, idem Ingraſſias atque Chicotius commemorant. Quid plura? Exemplorum ſatietas ideo me tenet, quòd alieniſſimus ſim ab illâ de uterino fermento cum Veterum, tum Neotericorum mente.

Nemine etenim demonſtratore; (quæ juſta eſt Manardi querimonia) id fermenti tam ſeris annis in actum erupturi, ſibi aſſeruit uterus. Fruſtra quippe, demonſtrationis avidus, ad meos adivi præceptores mutos, Burnetum, Williſium, Riverium, Schmithium, Salmuthum, Sennertum, Ionſtonium, Corteſium, Collæum, Ferdinandum, Laurentium, Bucherum, Coſtæum, Mongium, Guillemæum, Paræum, Mercatum, Vidium, Saportam, Perdulcem, Foreſtum, Weckerum, Ioubertum, Vegam, Langium, Amatum, Ingraſſiam, Fracaſtorium, Tarantam, Gordonium Iſaacum, Avicennam, Avenzoarem, Rhaſen alioſque tum hujus ſeculi,

, tum vetuſtioris ævi primipilos.

Quorſum ergo? Variolarum virus tardum ut probem, ad litigioſum iſtud, & tenebris plenum, de materni ſanguinis fati aſperſa labe, dogma confugiam, cum aliunde, tam luculentis argumentis ab indole Variolarum petitis, ſerotinas illas eſſe ſtabiliverim.

Si qua porrò, fermentum in illud quod connatum reputant, jacienda tela, manus velim immittatis in Salmaſili, Merindolii, Augenii, Mercurialis, Fernelii atque Gentilis pharetram, & acutiſſimas exinde ſagittas Octo, (nec ab Herculano, nec à Laurentio hactenus tetuſas) in materni ſanguinis Fautores impuros exprompturi eſtis.

XIV. Sed ut undè orſa eſt à fermento ſanguinis, in eodem terminetur oratio, & meæ definitionis reliqua pertexam muſtum denuò proferam quod ſuis motibus irrequietis deſpumat, ſanguis enim fervore commotus ſuas & ſordes quoquoverſum emittit, & viſcera cutemque Variolis & Morbillis opplet. Nusquam ſiquidem credere eſt, iſthæc fermentantis ſanguinis impura, in habitum duntaxat propelli. Tales quippe eruptiones, lethalibus potiſſimum in Variolis, occupant & intima, ut rationibus & ἀυπερίᾳ ſtabiliam.

XV. Res tota menti noſtræ ſic obſervetur. Sanguis in Variolis atque Morbillis fermentô ſuô irrequietus ab ipſa ſcaturigine fervidus ſalit. Is ex æquo tubulos ſuos omnes præterfluit: at cum ejus tubuli, in viſcerum extrema, perindè ac in corporis habitum longe lateque ſint diffuſi, conſequens eſt, ut ferventior ille viſcera primùm, ac externa deinceps pervadat.

Vaſorum præterea capillarium myriades præ oculis habeamus, ſingulis illorum extremis, ferventis ſanguinis illius (fervore ſeſe deſpumantis) tot guttulas in ſuperſtratas partes, mente capiamus compelli. Uti igitur minorum exiſtunt tubulorum myriades, ſpumeſcentis & ſanguinis bullarum miryadas eſſe conſequens eſt. Conſequens igitur ut deſcriptionis clauſula vigeat, quâ Variolas univerſa nuncupo rejecta-

nea: huic enim clauſulæ derogat nihil, quòd aliàs ſanguinis illius nec fervor nec impura, tanta ſint, ut Variolas Morbilloſve creent, quæ numerum neſciant. Tum quippe, etſi vel Varioiæ vel Morbilli parciores exiſtant, nihiloſecius ab intimis præcordiis in illorum ſuperficiem, inque corporis circumferentiam protruduntur, atque ſic univerſales audiunt: pelluntur enim, non quidem in ſingula generum, ſed in genera ſingulorum.

Hanc rei naturam, Majores noſtri plenè contuentes ſignificantius papulas illas & ἐκζέσματα καὶ ἐνθερίσματα, ebullitiones & ejectamenta vocitarunt. Imo tanta (ſulphure ſanguinis ardente) viſcerum eruptiones cum Ætna Veſuvioque, ſuis de faucibus flammas & cineres eructantibus, comparârunt, illius ideo micantis febrilis ignis ſcintillas, non modò ἀναζελύζιας, eruptiones, ſed & ὀιονεί φλογα τινα, τῆς φύσεως ὠθούσης τὸν τῶν σεσηπότων αἱματων λέψανον ἐς τὸ δέρμα cinerem veluti quemdam naturæ pellentis corrupti ſanguinis reliquias in cutem, nuncuparunt.

XVI. Iſtas porrò viſcerum ſeſe depurantium exploſiones tuberculis adſcripſi rubris, licet quandoque vel candicent vel liveant; ſic deinceps, ſublimia atque disjuncta vocantur, etſi quandoque depreſſa & cohærentia cernantur: quod enim vulgatius atque melius, non autem quod inſolentius atque deterius eſt, deſcribo.

XVII. Variolas autem ſingulatim ſanioſas dixi, ſanguineas tamen atque purulentas eſſe profiteor: ſed conſultus id feci, ut Varioli atque Morbillis intermedias Cryſtallos includerem. Has ichoroſas atque fatuas Variolas Merindolius vocat, illaſque Sennertus Ingraſſiæ tribuit quas eaſdem Riverius Vidio refert acceptas. Sed eas neuter genuino ſuo aſſeruit Auctori. Nomine ſiquidem Alhumera & Alhumica apud ſcriptores Arabas audiunt. Has ego lymphaticas voco, utpote, quæ lymphâ (ceu hydatis intercus) totæ perluceant. Sanguinis rorem ſudoremque illas itidem nuncupo; de his quippe alteram atque alteram ſententiam foveo; Illas enim

enim adſcribo cutaneis glandulis fermenteſcentem ſanguinem exactius tunc filtrantibus, atque adeò & has ſanguinis bullientis undas tam ſincerè depurantibus, ut puri puti ſudoris more prorumpant. Sicut enim cuticularum glandularum poris impenſè patulis, cruor ſeſe ſubducit, una cum lymphâ, quam tota cruentat, quamque ſanguineum ſudorem nuncupant, ita purpuraſcentem Variolarum & Morbillorum exitum poris patentioribus iiſdem totus arrogo. Quidni igitur è diverſo, manente pororum nativa configuratione pura puta lympha & ab omni ſanguinis purpuriſſo ſecreta, gemmei tamen ſalis æmula, in cuticulam guttatim propelletur, totque inibi perlucentes papulas, ceu tot grandines, totve Cryſtallos, non frigoris, ſed æſtûs filias, progignet? Verum, Cryſtallos illas, quibus, ceu minutulis adamantibus, gemmata cutis ſplendeſcit lynceis oculis diutius contemplemur.

Alteram de ipſis, adamantino ſtylo notandam, ſententiam foveo. Lymphatica ſiquidem vaſa ſuam & ſymbolam ad haſce Cryſtallos conferre puto, dum quippe ſanguinis æſtuantis ſerum exceperunt, æſtuoſum illud haud ita facile continent, ac dum nullo fervore concepto ſuis illud tubulis leni placidoque curſu à circumferentia ad centrum evehunt, nunc enim tanti ſanguinis æſtus ſecum conſors eſt, ac ſuis ebullitionibus dum aſſurgit, ſuperfunditur, inque corporis planitiem exundat.

Quoniam autem tot intercutia, quæ ſuis æſtibus tubercula creant, lympham, cruoris licèt exortem, minus defæcatam continent, tot ideo veſiculas illas famoſas eſſe dixi, ob ſerum ſcilicet illa tum ambitu coërcitum, quod ab indole primævâ deflexit, & ſanguinis tabum acido ſallum redolet: acredine ſiquidem ſcatet, ſuiſque portiunculis acribus, ceu tot ſalium aculeis, cutem fodicat, exindèque præter pruritum, quem infert, tot foveis totque cicatricibus cutem deturpat. Imò ſanies illa ſuas quandoque cyſtidas exedit, inque pectus & abdomen ſtillat ubertim, uti Doringius ante Bartholinum atque Kerckringium oculatos teſtes, oculatus vidit.

XVIII. Viam ſternunt iſthæc ad deſcriptionem reliquam, ſanies quippe acido-falſa ſi pruriginoſa, conſequens eſt, purulentiam omnem (eminenter acido-ſaliam) aculeos etiam habere, quibus pruritum, foveas atque cicatrices longè majores inferat. Tot ſiquidem puris portiunculæ, ſalis participes, ſuis ſpiculis, ceu tot vel ſtylis, vel acubus, entypicam cælaturam & phrygiam artem æmulantur, & exinde cutis vel profundius inſculpitur, vel ſublimi calló conſurgit. Dum autem iſthæc & Entypica ſculptura & Phry-gionicum opus conficitur, pruritû tantô vexantur, ut ſequior ſexus, (experientiâ teſte, teſtibus & Foreſto atque *Z*acuto) cutem aliquando ſibi dilaniet, mortemque tanto cruciatu reputet potiorem. Hinc Fernelia fœditas illa tam deformis eſt viſa, ut occæcatis oculis, univerſa cutis, in ſquammas fœtidas, & in cruſtas ingentes ſolveretur: imò corpus omne non aliter contabeſceret & macie nigroreque torreretur quam ſi menſes quatuor è furcâ pependiſſet.

XIX. Nec cicatrices illæ vel palpebrarum hiatu, vel oris rictû ſolum deformes, ſed & aliundè muliebres Veneris delicias turbant. Hinc, juvenis (teſtibus Hildano, & Germamanicis Ephemeridibus) lautiori ſuô Helleſpontiaci peculiô petulcus, ac recèns ſponſæ criſtas alacriter aliàs triturus, Variolarum φιμώσει capiſtrô (pravum ulcus edax olente) coërcetur. Tanta quippe præputii cicatrix, mentulæ capitulo, capiſtrum velut injicit, quò ne lætius comprimat, comprimitur. Sed quid leviora externaque memorem? Hoc enim Variolarum pure ulcera Telephiis atque Chironiis deteriora vidi, tantos ſparſim cuniculos egiſſe ut vel Hippocratis manum eluſiſſent. Hinc annoſæ virginis glutæos musculos mammarumque colles, imo & oculorum globos purulentiæ cuniculis ſuffoſſos dolui. Hinc ulcera rebellantia & eroſa corneâ atque horribilem cæcitatem exhorruerunt Foreſtus atque Guillemæus.

Hinc obſervatore Pareô olfactus auditusque perit, hyperſarcoſi ex ulcere Variolarum geminante.

Hinc

Hinc nuperum octennem septicâ Variolarum labe elinguem, sed loquentem stupuit Academia Salmurienſis: stupuit & universus terrarum orbis: stupebunt & seri Nepotes. Etenim de miraculô ne conticeſceret ætas nulla Academiæ Salmurienſi ſui ſtuporis memoriam propagare lititum eſt. Projectô quippe titulô ſeſquipedali τῆς ἀγλωσσοσωματολαλοπαιδογεφύρας historiam universam illam de puero octenni ſine linguâ ore loquentis ab oblivione hominum atque ſilentio vindicavit.

Hinc & in pectus gliſcente virus æruginoſô, tot Variolis Phthiſicos notant Avicennas atque Neoterici, quibus eò confidentius ſuffragor, quòd nuper luxerim delectiſſimum mihi pectus variolarum tabô totaliter exeſum.

Imò recentes Germanorum Ephemerides poſt variolas ſanatas, pure tamen edaci non penitus retuſô, & Hæmoptoën, & ſanguineum fluxum per interſtitia digitorum utriuſque pedis, mirabiliter obſervant. Corroſis nimirum puris ærugine reſiduâ, tum pulmonalibus cellulis, tum pedis vaſorum integumentis.

XX. Quid tenerum pulmonis pediſque textum exeſum profero? Quid alia viſcera tenerrimi etiamnum texti corrupta ſi panderem? Tunc quippe jecur, lienem, omniaque interiora, ex oculatis teſtibus, retexerem, ex Fern. v. g. atque Horſt. ſordidiſſimis manantia papulis! ex Pareo, cruſtoſis puſtulis ſcatentia, his ſimilibus quæ in cute emergunt: Ex Kerckringio variolis ſcatentia maturis, pure turgentibus, quæ etiam flavæ cujuſdam aquæ tantillum effundebant, ex mea tandem praxi, ulcuſculis ſanioſis atque purulentis intus & foris exeſa; ſive ut aliter dicam, denſis cænoſisque ſcrobiculis veluti lacunata. Imò iſtis majora proferam, id quippe corroſivi latius atque latius, vel in ſolidiſſima membra ſerpit. Hinc articulos contractos Salmuthus notat. Hinc Ephemerides Germanicæ Septennem adducunt, quæ variolarum pure in cubitos decumbente, brachium nec flectere nec extendere potis eſt. Tales ἀγκύλας articulorum callos Pariſiis im-

immedicabiles vidi. Vidi & Vinoxbergæ dum Caſtrenſium Medicorum Primarius eſſem, Senem πολίατρον puerilibus variolis γαλιαγκῶνα cubitis incurvis & immotis. Atque adeò, non mendax, ſed verax eſt Græcia, cum ſuis abſceſſibus humeri, quibus brachiorum perit cardinata compages. Nec mirum, id quippe putredinoſi ferinique virus belluam ſapit fabuloſô Pythonæ, multiplici ſtrage capitaliorem, Paræum teſtem oculatum inclamo, illô quippe virus edaci, oſſa ſterni arroſa & a ſe invicem dirempta, oſſium vero brachii epiphyſes, & omoplatæ capitulum pariter eroſa, inſignique portione mulctata reperit. Rurſum igitur veridica Græcorum Oracula, τὰ ἕλκεα τὸ σῶμα γιγνόμενα ἐξανθήματα τὰ μωλωπίζοντα ἀπὸ τῶν χυμῶν ἰσχυρᾶς τροπῆς καὶ διαφθορᾶς γιγνομένης, ὅμοια δηλητηρίῳ φαρμάκῳ ἐστί. Exanthemata corporis univerſi cutim fœdantia ſcaturiunt ab humorum corruptela tam forti & tam enormi ut pernicioſſimo veneno milis ſit.

Quid demum? Variolarum virus ferinum eſſe probaturus, poſt tot illarum θηρίωματα ulcera tetra ipſa θηρία feras ipſas, ſeu belluas feroces ſuis in cubilibus occupabo. Tunc etenim, non unicum hâc putredine natum Pythonem proferam, ſed animantum turbam (nullâ quidem Crocodili proceritate Niliacis in undis ludentem, ſed acarorum parvitate) in carnoſo conſtrictoque puris ſtagno natam atque ludibundam. Vermiculos volo, dentatis hamatos Variolarumque veſiculis concluſos, ubi ſuis morſiunculis partes ſubjectas arrodunt. Teſtes ſeculi hujus adduco Zacutum, Rhodium, Formium, Borellum, Germanicas demum Ephemeridas. Nolim enim tam vilis animantis in natales altius inquiſiviſſe; operoſum quippè foret Ioëlis v. g manes evocaſſe. Hos interim ni me ludibria fallunt, ſi conſulimus, non in Variolatorum cadaveribus vermium συνδρομὴν per vaſa majora natare cum Bauhino comperimus; ſed & ipſos αὐτοφώρους, in flagranti veluti delictô, carnes ſubjectas non cadaveroſas, ſed vivaces ſuffurari deprehendemus. In Variolis enim anno Criſti 1574. in Inſula Rugia & vicinâ urbe Straleſundenſi ſævientibus, tanta

fuit

fuit putrefactio, ut detractis pustularum crustis in subcutaneo ulcere vivi vermiculi fuerint reparti.

Mitto, tum vulgatius istud de lumbricis Variolatorum vel naribus vel alvô fugientibus: tum fabulosum alterum illud de vermiculis alatis per mediam tepentemque Variolatorum urinam volitantibus: isthæc enim postrema, apud me, λῆροι sunt τῶν λήρων, gerræ gerrarum.

——— *Credat Judæus Apella, Non ego, qui pelle prudentum Christianorum infernor, nec temerè credo.*

XXI. His subjungenda prognostica, quibus, quid spei de ægro sit, prædicitur. Ex genere acutorum hic morbus est.

Morbilli ut plurimum uno impetu egrediuntur & septimô terminantur die: at Variolæ sensim & tardiori gradu, decimo nimirum quarto die desinunt, & quò exitus difficilior, eò longior graviorque morbus esse solet. An ægro periculum mortis immineat? An verò pristinæ restituendus sanitati, ex collatione virium cum morbi magnitudine præsagire oportet?

Variolis igitur erumpentibus, febris si mitis fuerit aut nulla, sique Symptomata aut omnino cessant aut imminuuntur, non magnum periculum imminere, sed salutarem morbum futurum annunciant. Nec minorem spem faciunt ipsæ Variolæ, si citò & facilè erumpunt, ac brevi ad maturationem perducuntur. Optima quippe, ἐν τοῖσι συνεχέσι φλυξάκια καὶ πᾶν τὸ σῶμα ἐκφύεται, γινομένης πυώδης ἀποστήματος. In quibus vox libera est & respiratio facilis. Quæ colore existunt supra albæ, infra in basi rubræ, leviter pruriginosæ, molles, magnæ, distinctæ, raræ aut paucæ, rotundæ, fastigiatæ, solam cutem, non verò partes internas afficientes, salutares esse consueverunt.

Excreta & retenta magnam sibi significationem tribuunt in acutis morbis, cum plerumque Crisεos effectus aut enormium Symptomatum motus esse soleant. Hæ si a calore, laudabiliter & decenter peraguntur, salutis suppeditant sig-

na; ſin incongruè & promiſcuè interitum apportant.

Inter ſigna, quæ ſpem incolumitatis egregie conciliant, hæmorrhagia numeranda venit, præſertim in morbillis, ſub initium, cum virium perſeverantiâ & morbi tolerantiâ. Ita quoque paſſiones epilepticæ, deliria, oculorum obtenebrationes, tinnitus aurium, narium pruritus, nauſea, aliaque hujus generis Symptomata circa decretorium tempus apparentia, non ſtatim ultimam vitæ claudunt ſcenam, ſed potius materiam ad excretionem aptam indicant, ac vel per hæmorrhagiam narium, vel per vomitum, aliove modô, recenti adhuc robore vitali propellendam.

Ex urina nihil ad præſagiendum occurrit, quam ſi cruenta, vel conſpurcata appareat. Ita ex mictu ſanguinis lethalem eventum ſe multoties prædixiſſe, nec unquam deceptum fuiſſe recenſet in ſuis obſ. Schenckius.

Ex adverſo periculum minantur, ſi poſt Variolas febris eundem tenorem ſervet nec remittatur.

Quo plura apparent Symptomata, eò majus imminet periculum. Anxietas & inquietudo magna cum ventris meteoriſmo mortem indicat in procinctu. Difficultas ſpirandi. Sitis ingens & cum ea reſpirationis anguſtia & delirium ſi augeantur, mors itidem in propinquo eſt. Ὅκε γὰρ ἐν τῷ πυρετῷ μὴ ἀφελέπονλι δύσπνοια γένηται, καὶ παραφροσύνη θανάσιμον. Alvi fluxus aut dyſenteria ſuperveniens diuturnâ cum urinæ ſuppreſſione, ſemper ad mortem terminatur.

Peſſimæ ſunt Variolæ tardè apparentes. Copioſæ, magnæ, virides, violaceæ, lividæ, fœtentes, duplices, continuatæ, quæque adunatione crebrâ, toti præſertim faciei cruſtam inducunt, uſque adeo horribilem, merito ut ſcripſerit Ingraſſias, nihil turpius hoc ſpectaculo ad deterrendos pueros excogitari poſſe. Perappoſite igitur Medicorum ſummus tales & Variolas vocat, aſpectu terribiles, πυρετὸς γὰρ τὸς πεμφιγώδεις καλεῖ ὁ Ἱπποκράτης, Γ'ΔΕΙΝ ΔΙΝΟΥΣ.

Depreſſæ ac duræ deteriores ſunt, imprimis ſi in earum mediô macula apparcat nigra.

Aſt

Aſt maximè lethales, quæ ubi egreſſæ ſunt, denuò evaneſcunt & tumor partim remittitur: & illorum quippe nemo evadit. Sic Foreſti ruſticus atque puella cum aëri inclementiori ſeſe expoſuiſſent, retroactâ materiâ ſubitò vitam cum morte commutarunt. Sic Timonactis infantulus, ſic & pueruli complures recens ab uberibus depulſi, imò majores illis octennes, atque decennes, & uſque ad pubertatem, retrocedentibus Morbillis atque Variolis convulſi pereunt.

XXII. Scopi, quos habere ob oculos debent curantes Medici admodum varii ſunt Vacuationem indicat humorum πλεονεξία. A. V. S. itaque, ſi corpus plenum fuerit & alia indicantia adſunt inchoanda erit curatio, eaque quam primum celebranda. Sic enim natura ex parte onere ſuo levata, reliquum quod eſt, audentius aggreditur, majorique robore vitioſam congeriem ad ignobiliores partes detrudit. Hanc vacuandi ſpeciem ipſa quandoque natura nobis indigitare ſolet per αἱμορῤῥαγίαν. Multis enim, præſertim ſuculentioris & calidioris conditionis hominibus ſanguis è naribus ſtillat, & quidem felici cum ſucceſſu: quoniam ſanguine imminuto, morbus fit mitior & tolerabilior, & Variolæ pauciores, parte materiæ illis ſubtractâ. Teſtatur hoc Augenius, vidiſſe ſe pueros duos, qui ob ſanguinis fluorem è naribus a febri ſint liberati & paucioribus conflictati Variolis: quæ etiam mature, die ſc. quartâ exierint & ægrotos clementer tractarint.

Veretur ſc. quis αἱμοφόβος, ne iſto præſidio vires frangantur, & natura, quæ criticè excretionem movet, ab inceptò avocetur.

Equidem ubi vires imbecillæ ſunt, ut in recens natis, ubi nulla eſt, aut exigua febris, nec ſæva urgent ſymptomata, totum naturæ negotium eſt committendum. Verum ubi vehemens febris accenſa ſævit, & ſymptomata varia invaleſcunt, ne dubites miſſione ſanguinis naturæ ſuppetias ferre: Virium non ita nimis religioſa habenda ratio: ſæpe ab ipſa ſanguinis copiâ omnis dependet. Uno verbô, conſi-

lio omnia moderanda & prudentiâ, nec propter abuſum tollendus ſtatim eſt uſus. Neque pueri flagitante morbi magnitudine hoc beneficio plane defraudandi. Cavendum, ne ſecuritati nimium indulgentes, deficiamus in generoſitate. At ſi ſuccedit, illius potiùs quandoque fortunæ, quàm rationi, aſcribendum.

Quod ſi verò ſuſpecta ſit V. S. propter ætatem tenellam, vel ob timiditatem ægroti, tunc certe optimum fuerit cucurbitulis ſcarificatis dorſo, ſcapulis & femoribus admotis, ut & ſanguinem copioſiorem vacuare, quæ etiam in morbi ſtatu conferre poterunt, cum motus naturæ à centro ad corporis περιφέρειαν per eas adjuvetur.

XXIII. Uti V. S. conceptam in majoribus conceptaculis corruptelam feliciter exhaurit: Sic purgatio ſtabulantes in primis ac publicis viis ſordes eliminat. Quod ſi itaque viſcerum nutritiorum aliqualis ſaburra naturæ moretur impetum, haud felicius quam blandâ Catharſi ex his ſedibus deliteſcentem illuviem deturbaveris. Verum, iſtud cum præmeditatione faciendum. Inſtituenda purgatio eſt, quâ ſolum viæ illæ communes detergantur, non quâ humores in venis aut in toto corpore exiſtentes. Si febris eſt mitior, & materia ſemel incitata foras excerni nequit, præ nimiâ humorum mole quâ viſcera premuntur, tunc humores illi pravi purgatione utiliter imminuuntur, ut natura poſtmodum alacrius expulſionem promoveat.

In hunc uſum ſunt eligenda mitiſſima, quæ uti dictum, primarum viarum ſordes expurgent. A fortioribus enim toto morbi decurſu abſtinendum, ne eorum vehementiâ vel naturæ decurſus in expellendo à centro ad ſuperficiem impediatur, vel profluvium alvi excitetur. Benè itaque convenient Caſſia, & Tamarindi. Sirup. violac. vel de cichor. compos. c. rh. vel roſar. ſolut. vel extr. rhabarb. vel ejuſdem aut infuſum aut decoctum cum cortic. Myrobal. citrin. Sant. Citr. & Croco ex aquâ plantag.

Cane pejus & angue hic Diagrydiata, Mercuriata, verbô

bó, omnia mochlica refugimus. Suppoſitoria ex ſolo melle ſine ſale confecta. Enemata ex juſculis, lacte, decocto hordei, paſſularum, & liquiritiæ cum ſaccharo & vitellis ovorum parari poſſunt.

Neque Emetica, ſi in ventriculo vitioſi hæreant humores, nec alia adſint repugnantia, haud prorſus ſpernenda videntur. Videmus enim naturam, in quibuſdam ſponte ſua vomitiones ciere & κακοχυμίαν primarum viarum per os evacuare Præſcribi maturè antequam exeant, & mitiora clementioraque, non illa violenta ex Antimonio, Helleboro albo & his ſimilibus parata dari volo. Habendam vero eſſe rationem arbitror & ætatis, tenella enim ætas ad vomitum cogenda non eſt, & anni temporis & conſuetudinis & conſtitutionis corporis.

Sudorifera plurimi hic facit Pareus. Nec ſane abs re videntur uſurpanda; præſertim cum malignitatis alicujus & venenoſitatis ſint Variolæ Morbillique participes, hic ideo præcipiunt ἐξώσαι τὰ φλεγμάτα εἰς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ σώματος. Præprimis igitur ſtudebant τῇ τοῦ σώματος ἀραιώσει, ἵνα ῥᾳδίως πνεύσῃ τὸ περίπλωμα.

XXV. Phlebotomiâ aliiſque evacuationibus peractis (ſi neceſſariæ fuerint) natura ſegniter movens adjuvanda eſt.

Maculæ, in conſpectum prodeuntes, ne amplius retrocedant, ſed ut perſeverent perveniantque ad juſtam magnitudinem, ſedulò proſpiciendum. Idcirco aër frigidus, qui cutem denſat atque adeò exanthematum eruptionem prohibet, devitandus eſt.

Verſentur potius in eo, qui mediocriter calidus eſt. Corpus veſtibus convenienter cooperiendum; ita tamen, ne, (quod vulgus facere ſolet) ſupra modum calidis hypocauſtis, aut nimis integumentis Syncope accerſatur atque æger in ſuffocationis periculum incurrat. Talia tegmina ex pannis rubris aut puniceis plerumque concinnari ſolent, ut crebrò rerum rubore tinctarum aſpectu ad exteriora ſummamque cutem ferantur humores. Quod ſi natura probè excreverit

exanthemata, nullum sanè ipsi facessere negotium oportet; τὰ δὲ κρινόμενα. ὃ τὰ κεκραμένα ἀρτίως, μὴ κινέειν μηδὲ νεωστὶ προσπεφυκότα φαρμακείῃσι μηὶ ἀλλοισιν ἐρεθιστοῖσιν, ἄλλ' ἔων. Interdum autem non omnia naturæ permittenda. Nam si naturæ motus pigrior esse videatur, quod innotescit febris vehementiâ, inquietudine, virium infirmitate, vigiliis, delirio, ciborum inappetentiâ, siti, dyspnœâ, aperientium juvandus usu. Ἀλλὰ δεῖ ἄγειν, ὅκα αὐ μᾶλλον ῥέπῃ, ταύτῃ ἄγειν, ἀλλὰ τῶν ξυμφερόντων χωρέων. Hic medicus naturæ minister, si illa sese non recte gerat, non spectator, sed actor fiet, suppetiasque illi ferat. Cui scopo inserviunt Decoctum hordei mund ficuum. passular. Sem. & Rad. Fœnic. petrosel. anis. ap. petasitid. glycyrrh. torment. aquileg. cic. rubr. Fl. calend. Fol. pimpin. acetos. Capil. Ven. Crocus, Gelat. c. c. in aquis cordialibus seu potu ordinario exhibita.

Lentium usus cum Lacca & Tragacantho toti Arabum familiæ tanquam selecti remedii frequens usus fuit. Hodie ob minus conspicuam virtutem lenti medicamenti obtinuere titulum: quin usus earum propter crassi succi generationem & pavorum in somno augmentum exosus est atque abolitus.

XXVI. Ne in turbulento Microcosmi statu partes tam internæ, quàm externæ, quarum usus summe necessarius est, & quas frequenter occupare mos est, succumbant, certis firmandæ præsidiis, easque immunes atque liberas, quo ad ejus fieri potis est, reddere, Medico incumbit.

Queis vero remediis, ac formulis, cum illis pleni sint Practicorum libri, lubens sicco præteribo pede. Gravioribus symptomatis, quorum quædam post eruptionem affligere solent obviam eundum: cùm sæpenumero majus vitæ periculum, quàm ipse morbus minentur. Morbi in decursu vires Cardiacis reficiendæ. Malignitas, maximè si urgeat, uti in Epidemiis Variolis contingit, Bezoarticis & Alexipharmacis castiganda, lenibusque Diaphoresis continuanda.

Pu-

Putredini & malignitati adverſantur Confect. de hyacinth. Pulv. ex Corallis, Margar. Raſur. c. c. Fol. Scord. Card. B. Cortic citr. Theriac. Mithridat. Diaſcord. Lapis Bezoart. aliaque ὑδρωτικα.

XXVII. Hiſce prælibatis, proximum eſſet inſtituere ſermonem, num arte Variolæ forent maturandæ. Aſt brevitati ſtudens, verbo innuam, naturâ ipſâ materiam Variolis contentam plerumque ſuppurari : Topicis itaque nihil opus eſt. Si verò ſint duræ, contumaces, dolorificæ, inſomnes, penitus muturatio acceleranda, cruſtularumque caſus promovendus. Illinantur axungiâ, ſeu ſevô porcinô ad ignem liquefacto; oleô amygdal. dulc. recentium ſine igne expreſſo.

Variolæ parvæ, paucæ, ſalubres, jam maturatæ, ſpontè digeruntur & exſiccantur, in quibus nullâ prorſus arte indigemus. In aliis autem magnis peneque maturis, in facie prælertim acus apertione utimur, ne pus diutius inibi retineatur & acrimoniam acquirat, ſubſtratamque rodat cutem. An acus illa ex auro, argento aliove metallo ſit concinnata nihil planè refert. Delectum auri ac ſi cognatio ipſi cum carne humanâ intercedat, ſuperſtitioſum judico.

XXVIII. Remotis ſquamis ulcera ſi quæ derelicta ſunt, unguentis exſiccantibus & moderatè detergentibus ſanabis, uti unguent. Alb. camphorat. roſat. de lithargyr. de Ceruſſa.

Vitioſus color deleatur. Tardæ cicatrices auferantur., & foveæ atque veſtigia obliterentur. Horum enim cauſa virgines maximè & fœminæ, quæ ſtatus ſunt eminentioris, Medicorum opem anxiè & ſollicité implorare ſolent. Circumferuntur plurima.

In uſu habent pingued. hum. Urſin. Capi; ol. ex vitel. ovor. ol. amygd. dulc. rec. extr. ac aq. ſt. fabar. milleflor. Sevum vervecinum recens liquatum. Licèt ſciamus Variolarum σήματα aut ægerrimè aut integrè nequaquam tolli, & eſſe ἐκ τῶν ἀδυνάτων, ut laborantium petitioni annuamus, tentandum quid.

XXIX.

XXIX. Pro varia hujus morbi conſtitutione, uti varia adhibentur remedia, ſic victus ratio varia inſtituenda. Aër ſit temperatè calidus, purus, ac lucidus, ne frigidior repellat aut calidior lipothymiam inferat. Victus ſit tenuis, cibi facilis concoctionis, εὐχυμοι καὶ εὔπεπτοι in menſam veniant. Omnes craſſi, amari, ſalſi, pingues & potiſſimum dulces vitandi ſunt. Ad potum præclare facit cereviſia levis, clara, dudumque cocta; non alituoſa, nec lupuloſa. Ex uſu ſunt ſuccus hordei, Brodia quibus herbæ Cardiacæ ſint incoctæ, Panatella cereviſiaria cum croco; aut ptiſanæ cremor cum juſculo vervecino, vitellino, aut gallinaceo. Satiſfaciendum hic virtuti & indicationi, quam ætas ſuggerit & ſimul morbo. Ὕπνος, ἀχρυπνία ἀμφότερα τῶν μετρίων μᾶλλον γενόμενα κακόν. Circa initia tamen vigilare præſtat & quieſcere, ne per ſomnum virus ad interiora repat. Alvus ex lege naturæ ſi non procedit, enemate emollienti ſollicitetur. Vehementes animi perturbationes procul fugandæ ſunt. Hæc pro inſtituti noſtri ratione ſufficiant.

FINIS.

CAROLI DRELINCURTII
DE
DIVINIS APUD HIPPOCRATEM DOGMATIS
SERMO,

Quem Græcè habuit,

Septimo Idus Martias, 1689.

Quùm Academico Magiſtratu
ſeſe abdicaret;

Nunc verò Latinitate donatus à

CAROLO DRELINCURTIO

Caroli Filio, & Caroli Nepote.

Splendidos honores apud Coos non modò conſecutus eſt; ſed & apud Theſſalos, & Argivos atque Athenienſes; hi quippè *Hippocratem* ab Hercule ſecundum ſacris Eleuſiniis publicitùs initiarunt, civitate donarunt, victùmque ei publicum, ejùſque nepotibus, in Prytaneo, præbuerunt.

Soranus in Hipp: Vita,
p. 1. *v.* 31.

LECTORI

BENEVOLO.

Honorandi Patris mei ſermonem huncce Græcum efflagitarunt Viri Reverendi, quò illum idiomate Romano, Gallicòque donarent. Sed quia Parens meus indignum ſe æſtimat qui tanto beneficio à Viris tantis excolatur, is ipſe Gallicam verſionem in ſe ſuſcepit; mihi verò injunxit ut eadem Græca ſua Latinè redderem.

Hanc ego Spartam, quam pro modulo meo exornare ſtudui, æqui bonìque conſulas rogo, Amice Lector; *nec ægrè feras, ſi mihi temperare nequiverim ab inſerendis quibuſdam voculis, quæ ad verbum non extant in pagina Græca. Illiberalis enim ingenii eſſe mecum verſo, ſeſe unius Linguæ Genio mancipare, dùm ab ipſo Venuſtas alterius abludit.*

CAROLI DRELINCURTII

DE

DIVINIS HIPPOCRATEIS SERMO.

Viri Fulgentißimi, Eruditißimi, Atque Piißimi, Vos denique ſinguli Dilectißimi.

Illuſtris hujus Athenæi, omnium ſplendidiſſimi, prærogativa tanta eſt ut uno conſpectu Romam inſimul & Athenas præ ſe ferat. Vos enim genuinos Romanos eſſe, & quidem purioris ævi quotidiani veſtri Sermones, necnon Orationes locuplétes atque luculentæ largiter evincunt. Nunc autem ego ridivivus velutì Meurſius *Batavas Athenas* [a] eloquar, & Athenienſium vernaculâ Hippocratis potiora dogmata, Scripturis analoga, ſive Medica ſint, vel Phyſica; ſive Moralia, vel Religiosa, *cor meum* in Vos *effundet* [b].

Primum itaque quàm mirabiliter in Hippocratis noſtri [c] Medicinalibus, primæva embryonis concretio atque compactio ſacrum hocce [d] *Jobi* coagulum exprimit, *Nònne ſicutì lac fudiſti me? & tanquam caſeum coagulaſti me?*

Medici rurſus ejuſdem membrorum confluxus unus, conſpiratio una, conſenſus unus [e], ſanctum illud ſapiunt compagis

a Is quidem Græcè de ſuggeſtu non dixit, ſed *Athenas Batavas* evulgavit.
b Pſ. 45. 1.
c *Edit. Frobenianae*, *Lib.* de Vet. Med. p. 10. 40. Nat. Puer. p. 31. 14. & 33. 18. & 20. Aer. Loc. & Aqu. P. 78. 48. & 80. 14. Nec non lib. 4. de Morb. p. 166. 10.
d Cap. 10. 10.
e Lib. de Alim. p. 110. 47.

de

gis universæ mutuum auxilium, quò prorsus *idem membra curant, alia pro aliis*, nusquam enim *patitur membrum unum, quin reliqua condoleſcant* [f].

Non ſe minor eſt ingens Hippocrates in his quæ Phyſicam ſpectant. Seritur ipſi granum & uvelcit, atque deſtruitur; quando nempè cœleſti madore primùm perfunditur, & inflatur, ac in tantam molem turgeſcit, ut folliculus ejus crepet medius, donec germen erumpit è cujus fibrillis folia & fructus funduntur ubertim [g]. Id ipſum verò Chriſtus enuntiavit, *Amen, Amen. dico vobis. niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum remanet; ſi vero mortuum fuerit, multum fructum adfert* [h]. Id etiam nobis Divus Paulus inculcat, *O demens! quod tu ſeminas non viveſcit niſi prius moriatur* [i].

Quàm notabilis noſter Cous, quàm ſuſpiciendus ſuper fermenti natura. Videre eſt inquit particulas ejus, acore ſuo, velut igne movente, gravem ſubſtæ farinæ molem exagitare & attollere [k]. Id ipſum rurſus Divi Pauli placitum redolet, *Neſcitiſne paululo fermenti fermentari maſſam univerſam* [l].

Verum enim verò Gentilis noſtri mores quod attinet gravis ille atque venerandus adeò fuit, vix ut ei quempiam comparaveris. Vixit ſorte contentus, vixit fortunæ acquieſcens, nullo fatigans ſidera voto, totus teres atque rotundus [m].

Nam utì verba exemplo probem, nonne mirabili quadam animi magnitudine gazas Artaxerxis recuſavit, quum deſæviente peſte per exercitus Perſarum nihil non polliceretur Sceptriger ille infelix, dummodò Medicas manus adhibere non de-

de Loc. in Hom. p. 63. 30. & 46.
& 66. 15.
f 1 Cor. 12. 25. 26.
g Lib. de Nat. Puer: p. 34. 48. 4. de Morb: p. 166. 37.
h Joh. 12. 24.
i 1 Cor. 15. 36.
k Lib. 2. de Diæt. p. 92. 35.
l 1 Cor. 5. 6.
m Hip. ipſe ad Helleſp. Præf p. 523. l. 37.

dedignaretur Aſclepiadarum Coryphæus [n].

Quid deinceps dùm Abderitæ, Democriti ſanandi gratiâ, ſubſidium Hippocratis invocant? An non apertè, & nullis ambagibus, ipſis renuntiat, ſe, in curatione tanti Philoſophi, honori ſuo unicè velificari, nec ab hocce propoſito poſſe dimoveri, vel oblatis ſibi decem magnis talentis [o].

Tanta certè Hippocratea magnanimitas, maculam inurit uncialem Chriſtianis omnibus qui deflectunt à præcepto vel Jeſu Chriſti, *Videte & cavete vobis ab avaritia* [p]; vel Divi Pauli, *Sint mores* veſtri *ſine avaritia*; *eſtote præſentibus contenti* [q].

Optimè igitur Hippocrati meo convenit, tàm excelſi animi viro, avaros inſectari, atque in avaritiam vehementer invehi; nam æſtu vehementiſſimo adverſus gliſcens iſtud vitium effertur.

Id enim comparat modò boreæ [r], cujus penetrabile frigus præcordia hominum adurit; modò febri extabeſcenti, & ad intimam medullam oſſa ſiccanti [s]; modò gangraenæ jugiter peredenti, atque ſic in dies longe lateque ſerpenti [t]; denique furori animum conturbanti, & quidem deteriori modo quàm ipſa mania [v]. Tanti itaque virus cauſam diligenter indagat, illamque demum in avari hominis anima deprehendit, quæ, utpote radicib s amaris [w] gravida pullulat velociſſimè, ni bipenni ſevera fibrillas cunctas amputet Virtus, & feliciores inſerat taleas. Quid autem iſtuc? quàm Divi Pauli dictum, *Divitiarum cupiditatem malorum omnium eſſe radicem* [x]. Deum igitur obteſtemur *ne corda noſtra ad avaritiam inflectat*

n Epiſt. ad Hyſtan. p 523. 38.
o Epiſt. ad Abder. p 525. 29. Et Epiſt. ad Cratev. p. 528. 6.
p Luc. 12. 15.
q Heb 13. 5.
r Epiſt. ad Pop. Abd. p. 525. 24.
s Hip. ad Damaget. p. 531. 46.
t Ibid. 1.
v Ep. ad Senat. Abd p. 525. 25.
w Ep. ad Cratevam p. 528. 6.
x 1 Timoth. 6. 10.

Eat [y]: *Nullus enim avarus hereditatem habet in regno Christi & Dei* [z].

Sed ut hæc omnia majoribus adſtruam argumentis, nec ulla horum veſtris animis ſubrepat diffidentia, addere libet Hippocratem liberalitatis præcepta ad uſum ſemper revocaſſe, nam peregrinis & inopibus ipſum alacriter & benigne ſubvenientem videre licuit [a]. Mirabile dictu! qui Moſem neſcit, ſequitur tamen dictamina Moſis, & Legis ad normam ſeſe gerit; illâ quippe jubemur *advenas diligere* [b], *& e facultatibus noſtris egeno largiri* [c]. Sic rurſùs dùm eodem collineat Moſes, nobis interdicit *ſpicilegium* atque *racemationem* [d], quò *reſidua meſſis atque vindemia noſtræ exoticos & pauperes refi.iant atque ſuſtentent* [e].

Verùm, tot iſthæc benè multa licèt, ſpecimina ſolùm exiſtunt Veritatum Evangelicarum queîs media in nocte gentiliſmi hicce noſter *Diviniloquus* occurſavit.

Nam ſi velim alias ejus animi dotes expromere, veſtrum omnium oculos Sole hoc nimiùm micante perſtringerem, nec ullum etiam Oratio mea reperiret exitum. Satius igitur eſt intentis oculis aliquot duntaxat animi tanti ſplendidiores imagines intueri, reliquas autem obtegere velo.

Primùm itaque meus ille Medicorum Antiſtes, quo mihi nemo præſtantior alter, toti terrarum Orbi altum inclamat cunctas hominum Artes atque Scientias, totidem eſſe beneficia Deorum quibus genus humanum exornant [f].

Nonne meritò dicerent Hippocratem talia proclamantem præconis ſacri vocem præoccupaſſe. Divus enim *Jacobus* [g], publico ſolennique praeconio promulgat, *Omnem donationem bo-*

y Pſ. 119. 36.
z Eph. 5. 5.
a In Præf. p. 17. l. 48. & in Ep. ad Abd p. 525. 36.
b Deut 10. 19.
c Deut. 15. 7. 8. &c.
d Lev. 19. 9. 10.
e Lev 23. 22.
f Lib. 1. de Diæt. p. 84. 33. & Ep. ad S. P. Q. Abderit. p. 525. 14.
g Cap. 1. 17.

bonam & omne donum perfectum esse superne, atque descendere a Patre luminum.

Ad Medicinam quod pertinet, dùm Hippocrates eam pigmentis suis perfectè exprimit, & præ scientiis aliis elegantiùs venustat, illam ipsam præstantissimum Dei munus esse diviné profitetur [h]. Ipsa *Sirachi Sapientia* nihil divinius dicit [i]; sed spiritus Sanctus majora certè sonantioraque nobis identidem ingeminat, *Deum nempe esse qui percutit, & qui fasciat* [k]; *Qui vulnerat, & cujus manus medicantur* [l]; *Qui morte afficit, quique restituit in vitam* [m]; *Qui occidit, quique vivificat*; *Qui demittit in orcum & ab orco reducit* [n]; *Jehova* quippe *Dominus noster nobis est Averruncus* [o]; Verbum *suum immittit* & *persanat eos* [p]; *Dic verbo & puer meus sanabitur* [q].

Profectò grandia sunt istháec atque magnifica. Verùm os istud gentile, *dignum æterno tinctum quod fulgeat auro*, mirabiliora longè nobis effatur: dùm enim miro Divinitatis studio tenetur, ad ravim usque clamat homines cunctos, quotquot in hoc amplissimo mundi theatro versantur, flagitiis & sordibus inquinatos esse; Deum vero nihil nisi puritatem & sanctitatem esse [r]. Videtur itaque Spiritus, *Dei Vivi* altè defixisse *in tabulis carnei cordis* [s], hujusce Pagani nostri, *neminem mundum ex immundo productarum* [t]. *Nequit* enim *quis dicere se eluisse cordis labes, & ab omni peccato vacuum esse* [v]; nam *unusquisque peccat* [w]; & *omnis homo mendax est* [x], *omnes* quippe *labiis sumus contaminati* [y]; *ficto pectore & dolis instructi* [z]; nec cui-

h Lib. de Vet. Med. pag. 8. 28. & Lib. de Hab. Dec. p. 15. 39.
i Cap. 38. 2.
k Os. 6. 1.
l Job 5. 18.
m Deut. 32. 39.
n 1 Sam. 2. 6.
o Exod. 15. 26.
p Pf. 107. 20.
q Luc. 7. 7.
r Lib. de Morb. Sacr. p. 123. 32.
s 2 Cor. 3. 3.
t Iob 14. 5.
v Prov. 20. 9.
w Rom. 5. 12
x Rom. 3. 4.
y Es. 6. 5.
z Pf. 10. 7.

cuiquam eſt ſtudium recta capeſſere, omnium enim animos nequitia & ſcelus infecerant. Sed *Deus* noſter ille *ſolus Sanctus eſt* [a], & ipſa ſanctitas [b]; ſolus inſuper *juſtus* [c] atque *verus* eſt [d], & ipſa *juſtitia* [e] atque *veritas* [f].

Tantis porrò dictis, quædam adhuc fervidus ille noſter Deorum cultor ſubnectit, quæ ſilentio præteriſſe injurioſum foret in pietatem viri; nam, quid v. g. prædicatione dignius eſt Hippocrateo hoc effato, Peccata noſtra vel ſacerrima, & iniquitates vel flagitioſiſſimas, à Deo Purgari atque deleri [g]; id enim veriſſimum eſſe liquet è Davidis Deo, qui *ſcelerum obliviſcitur* [h], & *lenit fœderis violati iram* [i], *atque condonat populi ſui iniquitatem, teguntque omne peccatum eorum* [k].

O utinam Ethnice Chriſtianiſans, cæce interim! vel palpando ſaltem, & ſummi rerum Arbitri nutu, ad ſcaturiginem unicam *pretioſi ſanguinis Jeſu* [l], *qui purificat nos ab omni peccato, & nos eluit ab omni labe* [m], tandem aliquando acceſſiſſes!

Extat & locus apud divinum Senem, undè fragrantiſſimus halat odor pietatis, Deum enim agnoſcit tutamen nobis eſſe, atque propugnaculum [n]. Quid amabo, appoſitius eſſe queat ad Regis Prophetæ mentem, gloriabundi paſſim, *Jehovam* eſſe ſibi *robur* [o], atque *ſcipionem* [p]; *rupem* [q], atque *aheneam arcem* [r], *perfugium*, atque *liberationem* [s]; *præſidium* [t] at-

a Apoc. 15. 4.
b Exod. 15. 11.
c Deut. 32. 4.
d Pſ. 31. 6.
e Eſ. 59. 17.
f Jer. 4. 2.
g Lib. de M. Sacr. 123. 34.
h Pſ. 132. 1.
Heb. 8. 12.
i Pſ. 85. 4.
k Ibid. 85. 3.
103. 3.
l 1 Petr. 1. 19.
m 1 Joh. 1. 7-9.
n Lib. de Morb. Sacr. 123. 35.
o Pſ. 28. 7.
p Pſ. 18. 19.
q Pſ. 19. 15.
r Pſ. 62. 3.
s Pſ. 70. 6.
t Pſ. 33. 20.

atque *clypeum* [v]; *cornu salutis* [w], & *vitæ suæ stabilimen* [x].

Ex istis manifestum feci, Medicorum ducem ipsa pietate duci, illam quippè cordi insitam & innatam secum gessit. Imò pietatis veluti pararius, totis nervis contendit cæteros mortalium ad eam impellere. Verùm ne superstitiosus traducatur, liquidò dicit superstitionem idiotarum esse patrimonium; & prudentissimos Medicorum, æquè ac Philosophorum solertissimos eam ubique gentium, susque deque habuisse, nec illâ unquam implicatos aut irretitos extitisse [y].

Nemo siquidem Medicus fuit, aut Philosophus in universo terrarum Orbe, pietatis thyrso ità percussus, & cæco velutì fervore ità abreptus, ut Athenienſium superstitiosorum ad exemplar *Deo Ignoto Aram* [z] extruxerit. Jam verò ubì talia confessus est demissus ille ac ingenuus Deorum venerator, nusquam admittit ut homines ipsum infament, quasi vel latum unguem à ritu solenni secederet: suis enim factis patefacit sese in animo informatas & quasi insculptas Deorum notiones habere. Is enim pro natione sua, sub Athenienſium imperio gemente, adgeniculatur aris Minervæ, cum tota sua familia, servitiis redimitus, & Jovi suo supplex suas ipsius atque suorum popularium cervices jugo eripit turpi atque servili [a].

Sic grassante per Græciam Illyrica peste, apud Delphos se stitit, coram Appolline, cum vittata lauro, & oliva supplice, ad flagellum istud sacrificio comprimendum [b]

Quis ex illa pientissima praxi non autumaret Gentilem illum aliquid vel intellexisse Mosaïcæ precationis pro Israële, sub sæva crudaque Pharaonis tyrannide gemitus edente [c]; vel subodoratum esse Davidici sacrificii diræ luis ergo, quâ regio-

v Ps. 3. 4.
w Ps. 18. 3.
x Ps. 27. 1.
y Lib. de Ornat. decent. p. 15. 34.
z Act. 17. 23.
a Hipp. ad aram p. 536. 47.
b Thessal. in Orat. p. 539. 47.
c Exod. 5. 22.

giones ejus vastabantur [d]; & quarum salus unica in unum Deum inclinata recumbebat, *liberatio* quippè *ab uno Jehova procedit* [e].

Quod si religentem nostrum scrutemur intimiùs, ubique se prodent pietatis argumenta. Discipulis v. g. severè præcipit honorare præceptores, æquè ac parentes; & urgente necessitatis telo eis subvenire [f].

Isthæc autem mirâ quâdam collatione cohærent cum Scripturis, quæ filiorum locô discipulos habent [g]; & parentum nomine magistros condecorant [h]. Quin imo conceptis verbis injungunt ut *catechumeni suis informatoribus temporalia sua largiantur.* [i].

Præterea Ethnici nostri singulare vitæ institutum ad examen si revocemus, integrum illud scelerisque purum nobis radiabit undique. Nam cæteris omissis conjiciamus oculos in hancce clausulam ejus, quâ Dis suis atque Deabus fidem suam obstringit, se, cane pejus & angue, iniquitatem omnem fugiturum; præprimis vero abortiva medicamenta longe declinaturum; & ab omni Venere illicita religiosè semper atque caste sibi temperaturum [k]. Quis autem nescit *iniquos* [l], nominatim autem *veneficos* [m] atque *scortatores* [n], exosos esse Jehovæ & execrandos?

Heic porrò inculcare est virtutes Hippocratis non uno ejus pectore clusas fuisse, sed pro virili, ab ipso in discipulorum corda veluti transfusas; illos enim adjurat [o] ut vitam castam atque sanctam ubique colant. Istuc autem ipsum est quod jubet Deus, *Estote sancti*, *nam ego sanctus sum* [p]; *sanctificate corda*

d 2. Sam. 24. 15. 25.
e Ps. 3. 9.
f In Jurejur. p. 2. 12.
g 1 Reg. 20. 35.
h Judic. 17. 10.
i Gal. 6. 6.
k Jurisjur. p. 2. 9.
l Ps. 5. 6.
m Apoc. 21. 8.
n 1 Cor. 6 10.
o Ibid. p. 2. 10.
p 1 Petr. 1. 16.

corda vestra duplices animo q; *purificate animas* r, quò *Deum colatis in sanctimonia & æquitate* s, nam *ex omni gente quicunque Deum colit & justitiam operatur acceptus est ipsi* t.

Postquam verò pium istud jusjurandum à Discipulis exegit Hippocrates, felicitatem ipsis atque gloriam vovet, illud si modo servent, sin verò scientes fefellerint atque pejeraverint infortunia ipsis imprecatur & infamiam v. Quid autem, amabo Legislator spondet mandata Dei complenti? *Efficiam te sublimem laude, & nomine & gloria* w: *memoria* quippè *justorum est benedicta* x; ac ipsa *Dei benedictio ipsorum capitibus incumbit* y. *Pax* enim *alta diligentibus legem tuam incubat, ô Jehova* z! Sic ediverso *singulis tuis præceptis non audientes tota legis maledictio circumvenit* a: *iniquos* enim *Deus* ipse *putrefacit atque conterit* b, *ipsorumque vias abolet* c; *& familias exscindit* d; illorum præterea vultus *probro suffundit* e, & *lucernam exsufflat* f, *nomenque expungit æternùm* g, & *è rerum natura funditus exterminat* h.

Istis profecto meditationibus Divinæ gloriæ studium nostrum excitari & incendi necessum est. Ne igitur, in *magna illa Domini die* i, *gentes in nos insurgant in judicio* k, solicitè curemus ut *justitia nostra plùs abundet quam* l Hippocratea.

Dùm ergo cæcus ille Numinum adorator è media sua ignorantiæ & erroris abysso, *Deos istos fictoreos* m veneratur intimè n, consequens est omnino ut quisque nostrum, quibus *Gen-*

q Jac. 4. 8.
r 1 Petr. 1. 22.
s Luc. 1. 74. 75.
t Act. 10. 35.
v Ibid. p. 2. 26.
w Deut. 26. 19.
x Prov. 10. 7.
y Prov. 10. 6.
z Ps. 119. 165.
a Deut. 28. 15.
b Job 40. 7.
c Job 8. 13.
d Prov. 15. 25.
e Job 8. 22.
f Job 11. 20.
g Ps. 9. 6.
h Ps. 34. 17.
i Jud. 6.
k Mat. 12. 41.
l Mat. 5. 20.
m Lev. 26 30.
n Ab ipsis enim *ducit initium* in

Gentilium lumen affulſit o, & *Gratia veritaſque per Jeſum Chriſtum contigere* p, zelum noſtrum & animi fervorem intendamus in ſacroſanctam *Triadem* q *anima tota* r colendam. Revera ſiquidem *ſapientiæ fundamentum* s, ipſaque *ſcaturigo vitæ* t, *timor eſt Domini*: nam is ipſiſſimus eſt à quo tùm *ſapientia* defluit in *ſupplices illi* v; tum *longævitas ipſa in honorantes eum* w.

Ter, quaterque igitur *beatus eſt Dei timens* x; *illo* namque *delectatur Jehova* y, & ipſum in deliciis habet, ac *in oculis providè geſtat* z, *ne rerum ulla prematur egeſtate, nec dira tangatur unquam ſævitie famis* a.

Deſino tandem rerum momenta duo ſedulus perpendens. Jurat ingens ille Divinuſque b Medicinæ genius per ſua falſa Numi-

Jurejur p. 2. 28. Et Lib. de Nat. Muliebr. p. 213. 44 Illorum *providentiam & regimen; potentiam & opificium* effert, Lib. 1. de Diæt. p. 83. 9. & p. 84. 38. Lib. de Morb. Sacr. p. 123. 10. & Lib. de corde p. 55. 36. *Bonorum fontes* illos indicat, Lib. de Vet. Med. p. 8. 28. Lib. de Hab. Dec p. 15. 40. Lib. 1. de Diæt. p. 84. 33. Et in Epiſt. ad Abder. p. 525. 14. *Ipſis vovet* atque *ſacrificat in adverſis*, Lib. de inſomniis p. 107. 4. *Lib. de Aër. loc.* & Aq. p. 79. 50. Lib de Morb. Sacr. p. 123. 28. in Orat. ad aram. p. 536. 48. Et in Orat. Theſſal p. 539. 47. Ipſos *Morborum immiſſores ob peccata*; & *propulſatores* ob *pœnitentiam* agnoſcit, Lib. de Aër. Loc. & Aq. p. 79. 39. & p. 80. 1. Lib. de inſomn. p. 108. 34. Et Lib. de M. Sacr. p. 123. 29. *Gratias* demum *ipſis agit pro beneficiis acceptis*, Lib. de Inſomniis p. 110. 7.

o Eſ 9: 1.
p Joh. 1. 17.
q Eſ. 6 3.
r Matt. 22. 37.
s Prov. 9: 10.
t Prov. 10: 11.
v 1 Jac. 5.
w Prov. 3: 2.
x Pſ 112. 1.
y Pſ. 147. 11.
z Pſ. 34. 16.
a Pſ 34: 10. 11.
b Θείαν φύσιν, *Divinum ingenium* Hippocrati *Pœtus* tribuit, in Epiſt. ad Artaxerx. Longim. p. 523. 6. Et *Divina Vir ſcientia*

Numina, quæ cuncta vitæ ſuæ candidæ teſtes adhibet [c]. Quidni igitur, quotquot adſumus, Chriſtum docti [d], verum Deum noſtrum conteſtaremur, nos ſincero *corde toto* [e] *interdiu noctúque ipſi colendo & adorando vacaturos* [f]? Quidni deinceps juraremus per Altiſſimum illud Numen, quod *Deorum Deus eſt*, [g], & *Veritatis ipſe Deus* [h], quandoquidem *qui per Æternum juraverit gloriæ ſibi ducet* [i].

Denique *Auditores ſplendidiſſimi*, ſi pietas magni mei præſtantiſſimique Magiſtri, impulit eum ad inania Numina colenda, quo *ſupplex* [k] ipſis, atque *ſacrificus* [l], ipſorum iras vel averteret, vel placaret, quid ego non faciam ó mî Deus! qui *ſceleris omnis verus unicúſque vindex es* [m], ſacrificabo tibi ſupra mei cordis altare, *ſacrificia juſtitiae* [n], hoc eſt, ſacrificiis te munerabor, non modò *laudum tuarum* [o], ſed & *animi mei confracti atque contriti* [p]: deinceps verò te Deum miſericordem *invocaturus ſum tempore angustiæ meæ*; *& eripies me*, *quò meritis te laudibus efferam* [q], in beata quondam ſecula ſeculorum.

Amen. Amen.

eſt Agell. 19. 2. atque *Macrobio*, Sat: 2. cap. 8. Nec non Divinus paſſim audit apud *Gal.* & alios; utpote Τῆς θεοπρεπῶς ἐπιστήμης ἡγεμών. *Divinæ ſcientiæ Princeps.* In ead. Ep. præti p. 523. 22.

c Jurisjur. p. 2. 12.
d Epheſ. 4. 20.
e Matt. 22. 37.
f Pſ. 1. 2.
g Deut. 10. 17.
h Eſ. 65. 16.
i *Pſ.* 63. 12.
k Ἐπῳδαὶ pag. 536. 48.
l Theſſalo teſte p. 539. 47.
m Deut. 32. 35.
n Deut. 33. 19.
o Pſ. 50. 14.
p Pſ. 51. 19.
q Pſ. 50. 15.

FINIS.

VIRI CLARISSIMI

D. CAROLI DRELINCURTII

EXPERIMENTA ANATOMICA,

EX

Vivorum Sectionibus petita,

Edita per

ERNESTUM GOTTFRIED HEYSEUM,
Dantiſcanum.

NOBILISSIMO EXCELLENTISSIMO

ATQUE

EXPERIENTISSIMO

D. CAROLO DRELINCURTIO,

Regis Chriſtianiſſii Med. Ord. nec-non in Almâ Lugd. Batav. Prof. Pract. Primario, atque Anatomico dexterrimo,

Præceptori de Studiis ſuis longè meritiſſimo, debita cum obſervantia hæc conſecrat.

ERNESTUS GOTTFRIED HEYSEUS,

TUA *ſunt*, Vir Celeberrime, *quæ oblata vides. Ad* TE *ergò, undè manarunt, placidum expetentia Patrocinium, ultra redeunt. Non vertes mihi vitio*, Præceptor Honoratiſſime, *quod mecum hactenus privatim communicata juris nunc facere publici fuerim auſus. Conſenſum quippe* Tuum *magis faventem mihi polliceor, ubi flagrans juvandi Studium, quo diſcere cupientes in Rationis & Αὐτοψίας reducere orbitam ardes, apud animum penſito. Labor quidem hactenus quamplurimis incubuit, Obſervata vel in privatis excipere calamo confeſtim Collegis, vel annotata ibidem rudiora diſponere poſtmodum diſtinctius; ſed cùm Curioſos potiſſimum animos ea vix reddere contentos viderentur, ipſo frui Autographo multis in votis erat; idque eò afflagitabant intentiùs quò* Experimenta, *potißimum hæc* Anatomica, *controverſiis quamplurimis, quæ moveri circa Lactearum Viarum Origines, Luſus, Decurſus & Oſtia, ut & circa Lumbaris Receptaculi ſitum, Ductuſque, ab Inventore Pecquetiani vocati, divortia, motumque Chyli & Lymphæ in Vaſis his conſpicuæ, ſolent, faciliùs decidendis, apta nata judicabantur. Hanc ſcilicet Lactearum Anatomen cùm nemo ſit, qui ex hominum repetere Viſceribus,*

more Herophili & Erasistrati, quos nocentes à Regibus è custodiâ acceptos, cultro subjecisse Anatomico constat, quod & de celeberrimo Vesalio nonnulli persuasum sibi habent, audeat, hæc Experimenta, *ex multis animalium hecatombis, quæ Medicis immolare oculis* Tibi *placuit, deprompta, id nos unicè, quod nesciri aliunde potest, docebunt. Dolendum verò summopere venit, superesse tot Observata, tam Anatomica, quàm Practica, quibus per tot annorum decursum sedulus insudâsti, quæque in Artis redigere systema, magni laboris erat, nondum cum Eruditis communicata; quæ, ut prodirent in publicum, multorum jam votis exoptatum sæpiùs fuit. Macte igitur,* Vir Amplissime, *desiderio tot sollicitantium, & petitionibus toties iteratis audientem* TE *facilemque præsta, quò gratulari Nostræ Artı de noviter affusâ luce Magnâ cum voluptate integrum sit atque concessum. Cæterùm accipe,* Præceptor Honoratissime, *favente animo, quod* Tuum *est, meque, Clientem* Tuum *Observantissimum, propediem, visis Angliæ Luminibus, in Patriam Tuam abiturum, Benevolent â pristinâ, quam propensam in me hactenus sensi, comitari in posterum perge. Dabam Lugd. Batav. A. MDCLXXXI. Kal. Julii.*

ANA-

ANATOMICA EXPERIMENTA.

Canicidium I.

1. Molossi ligatis cruralibus arteriis, axillarique alterâ atque alterâ, inciſâque ſcalpello carotide ſiniſtrâ ſanguis ſalivit ad uncias triginta, quadrantis ſpatiô.

2. Fluxu ceſſante, dextra carotis eſt ſauciata, & ſanguis leniùs parciùſque profluxit.

3. Cruralibus apertis fluxit citra ſaltum.

4. Expirante cane ſubſultim eructatus eſt.

5. Sanguis, univerſè collectus, uncias quadraginta octo pependit. Amiſſam reputo libram unam: ſunt ergò Medicæ libræ quinque, intra horam dimidiam, arteriis molossi propulſæ.

6. Ex unciis quadraginta octo refrigeratis, ſanguinis erant coagulati libræ tres, ſeri verò libra una.

7. Sanguinis coagulum ſerô gravius eſt, ſeri enim libra una altiùs aſſurgit coagulô inter eandem ſcutellam.

8. Sanguis ille totus purpureus eſt.

9. Axillares arteriæ ſanguine diſtentæ, digiti auricularis craſſitudinem præ ſe ferebant, exhauſtæ verò, longè minores erant.

10. Arteriis caroticis conſtrictis, necdum recluſis, penduloque molossi capite extra menſam, veternus illum oppreſſit; at erecto capite, ſiniſtrâque apertâ carotide, molossus ſeſe concuſſit & exagitavit.

11. Arteriarum alterâ vulneratâ, alterius pulſus elanguescit.

12. Inter arteriam ligatam & extrema, ceſſat pulſus; arteria nihilòſeciùs depletur, ſed ſenſim.

13. Cera injecta in dextram carotidem per ſiniſtram ſalivit apertam.

14. Extinctô Moloſſô, carnes flaccidæ, exangues, depreſſæ, candicantes; viſcera itidem mole minora, albicantia, mollia, tactui cedentia.

15. Aſcendens deſcendénſque cavæ truncus, *unà cum Azygo*, totus atro atque grumoſo & ſeri exorte ſanguine plenus erat.

16. Ubera congeries ſunt glandularum, milii mole atque duritie, ſed quæ ſerum fundunt fulvum.

Canicidium II.

1. Revulſis quatuor coſtis ſiniſtris ultimis veris, acus eſt in cordis conum adacta, profundè in ventriculum uſque ſiniſtrum, & ſanguis non profiliit.

2. Cordis conô, ad levem ventriculi ſiniſtri altitudinem, reſecto, ſanguis ſalivit primùm quidem multus, mox verò, *& unaquaque duntaxat ſyſtolè*, ad drachmam unam vel alteram.

3. Syſtole eſt, ubi conus aſſurgit ad baſin; diaſtole verò eſt reſtitutio cordis in priorem ſtatum.

4. Quò anguſtius eſt ventriculi ſiniſtri detecti foramen, eò vividiùs ſyſtolê quâvis ſalit ſanguis, modò coni ſpirales circularéſque fibræ ſint exectæ, non verò ſimpliciter compunctæ.

5. Ventriculi ſiniſtri ſaltu deſinente, illum compreſſi, & ſanguis profilivit in altum.

6. Dexter interea ventriculus ſanguine turgidulus erat inſtar utriculi. Illo confoſſo ſanguis effluxit, ater quidem, ſed grumoſus nuſquam.

7. Nonnum autem confoſſus, non veræ amplius ſyſtoles atque

atque diaſtoles, ſed formicationis aut trepidationis motum jucundè nobis exhibuit.

8. Corde ſic utrinque depleto, ceram injeci in conum, illaque diſtentum ſiniſtrum ventriculum compreſſi, & cera, *ceu ſanguis foret*, rivuloſè profluxit.

9. Cerâ rurſum injecta in cordis conum, totus ſiniſter ventriculus extentus firmus & prædurus comparuit; ſed ne hilum quidem ceræ dextrum ventriculum permeavit.

10. Auricularum motus cordis motui oppoſitus eſt: illarum enim ſyſtolè fit, dum cor expanditur, & è diverſo.

11. Coſtæ ſuam duntaxat verſus arthrodiam cum vertebrarum dorſi corporibus atque tranſverſis apophyſibus ſynarthrodialem fragiles erant; ſuas enim cartilagines verſus, flexiles erant.

12. Cani, *jejuno licèt ab horis viginti quatuor*, chyliferus ductus Pecquetianus lymphâ ſubfulvâ & concretâ, *ceu gelatina*, diſtendebatur.

13. Chyli receptaculum commune conſimili gelatinâ oppletabatur, lacteæ nihiloſeciùs omnes evanuerant.

14. Membrô ligatô, veſica & urethra lotiô turgebant.

15. Aciculis pertuſa veſica urinæ nihil emiſit.

16. Acu craſſiori in illam adactâ & eductâ, urina pauca ſtillavit.

17. Veſica verò forficibus leviter ſauciata, undique ſeſe contraxit & omnem urinam excluſit. Imo veſica iſthæc uſque adeò ſeſe conglobavit in arctum ut proſtatarum, *ad quas ſe receperat*, vix æquaverit molem.

18. Urethra interim diſtenta remanſit, à ſphinctere ad ligamen.

Canicidium III.

1. Acu in cerebelli ventriculum compulſa inter primam

vertebram & os occipitis, canis, *ceu epilepticus*, ter quaterque concussus est universè, sed mox expiravit.

2. Acu reducta sanguis effluxit ad uncias circiter duas.

3. Cane immoto, nec vitam prodente, venæ crurales sectæ sunt & sanguinis atri guttulæ manarunt.

4. Arteriis cruralibus sectis sanguis ad pedes duos salivit; sed unico saltu, mox enim subsedit. Nihilosecius ter quaterve arteriarum diastole stillavit.

5. Sanguine sic fluente pectus, *prius immotum*, sese movit, apertum tamen confestim, immobile fuit.

6. Decussis cervicalibus vertebris, meninges intra spinam elongatæ sanguine grumoso atratæ, distentæque *ad vertebram cervicalem usque sextam*, in conspectum venerunt.

7. Medullaris autem fibrosusque cervicalis caudex nivei candoris erat, haud secus ac ipsi plaga nulla fuisset illata.

8. Diffracta calva sanguinei grumi intra meningas & juxta vertebralis arteriæ surculos erant & cerebellum atque cerebrum interjacebant, ad origines usque sinuum duræ matris lateralium, prope torcular.

9. Ventriculi quaterni incruentati fuerunt; tota itidem cerebelli atque cerebri interiora incruenta visa sunt.

10. Ren dexter rubeos vermes, unum quidem pollicibus octo & semisse longum, & unius drachmæ pondo; alterum autem breviorem levioremque paulò, conclusit.

11. Anguineo flexu implicabantur, & illorum alter, *hirudinis more*, gemelli sui caudam versus tam altè defixerat rostrum, ut illacerô gemellô nequiverit evelli.

12. Ren totus interior consumptus erat, ad anastomoses usque pedis anserini, qui mirè nitebat.

13. Pelvis in ureterem impervia, coaluerat enim ureteris caput.

14. Sanguinis vasa contractiora solito.

15. Ren oppositus salubris quidem, sed major quàm vulgò.

16. Haud ita pridem caninus ren, *etiam dexter*, lumbricum mihi cessit rubicundum, unciæ unius pondo, atque su-

per

per pedes duos ſeſquipollice longum, conſimili penitus, *atque nunc*, partium enarratarum ſtatu.

Canicidium. IV.

1. Nervis Recurrentibus juxta glandulas thyroeidas utrinque ſectis, canis flagellatus quidem latravit; ſed flagris non exceptus triduum integrum conticuit, præputium interim funiculo revinctum habuit, & hypogaſtrium urina turgidiſſimum.

2. Tridiô exactò, venæ ſex ligantur, crurales ambæ, axillaris una & altera, atque jugulares externæ; & intra pauca momenta canis ſuffocatus nobis videbatur.

3. Sed laxatis ligationibus & ſanguine miſſo è vena crurali ſiniſtra, pectus motum eſt.

4. Sternò autem à xiphoide ad primam coſtam, *cum annexis cartilaginibus*, revulſô cor detectum eſt formicans.

5. Venis quinque reliquis jam exſolutis, nunc verò recluſis, ſanguis aterrimus effluxit.

6. Arteriis apertis, purpureus & præparcus ſtillavit.

7. Præputii ambitus acu filum ducente trajectus atque nodatus in ſuppuratum abiit. Puris autem edacitas filum, *circa præputium ſæpius litò contortum atque retortum*, arroſit. Die idcircò exeunte tertiâ effluxit urina, *totum triduum priùs coërcita*, magnâ cum hypogaſtrii atque colis tenſione inflammatoriâ.

8. Recurrentes utrinque fruticoſiores ſolitò; at ſurculi duntaxat illorum ad laryngem ſummi fuerant per medium inciſi; ſurculi autem demiſſiores per laryngis muſculos longè lateque fruticabantur.

Canicidium. V.

1. Morosi canis os funiculo supra cervicem reductó compescui. Ne autem in suis excretis sese volutaret illum horâ decima matutinâ ex altô suspendi, sed sesquidecimâ anus ipsi procidit, & in tertiam pomeridianam procidentia crevit pedem longa.

2. Horâ tertiâ inversum devolutumque intestinum rectum restitui.

3. Anus patula remansit unà cum recto in procidentiam proclivi, uti liquebat inter respirandum; quavis enim inspiratione trudebatur deorsum, extrorsumque.

4. Musculis cervicis utrinque diductis, & apophysibus vertebræ secundæ decussis, sanguis alte salivit, & canis sese contorsit.

6. Cruore suppresso deterspque cervicalis medulla comparuit illæsa. Meningas pupugi, sed canis vehementiùs sese non movit; at ubi primùm medullæ spinalis *filamenta* punxi, pedes posticos protinus ille concussit.

6. Cùm canis ille sive pronus sive supinus esset nequaquam moveretur, cor ipsi patefactum est, & trepidavit quadrantem.

7. Trepidatio ad extremum spiritum in auriculâ & ventriculo dextris major diuturniorque fuit, quam in sinistris.

8. Cor, ex intervallis immotum, sæpe compunctum est, rursumque trepidavit.

9. Cordis vasa, generis ejusdem coronaria, anastomoses habent inter se.

10. Præputium exesum erat ulcusculis sparsim, & turgebat insuper universe.

11. Intestinorum motus peristalticus, *etiam amoto corde*, luculentus fuit,

12. Cor, *de pectore revulsum & fodicatum* immobile perstitit.

13. Re-

13. Rectum in suas sedes retrusum tumebat livebatque pede longum.

14. Arteriæ renales sinistræ ab aortâ gemellæ. Unius origo ab alterius ortu tribus distabat lineis Mathematicis.

Canicidium VI.

1 E crurali sinistrâ sanguinis aliquot uncias misi, inque cruralem alteram, *heræ dimidiæ spatio*, sebum injeci ad uncias octo.

2. Periisse visus est canis, sed attentioribus Nobis pectus subsiluit, cordisque motus ad brevia adhuc momenta sensilis fuit.

3. Plagas obligavi & cadaver pedibus posticis suspendi.

4. Postridie, ligati pedes toti œdematosi erant, multa quippe gelatina subflava, *ad ligaturas usque*, concreverat intercus.

5. Vasa aliquot lymphatica media crepuerant, reliqua porrò subfulvâ lymphâ, *gelatinam referente*, inter cutem opplebantur.

6. Sevum adscendentem cavam oppleverat, ad jecoris usque simas; & ad lævam dextràmque deflexerat, renésque totaliter circumdabat, mirâ mole. Venam illam universam, sebô concretam, *ceu tædam crassiorem*, de cadavere revulsi.

7. Sebum porrò nec in cruralem nec in iliacam sinistras influxerat.

8. Venæ portarum surculi, *suo cum trunco*, depleti, flaccidi, exangues.

9. Cava, *super diaphragma*, usque adeò turgebat ut propemodum media creparet.

10. Ἄζυγος truncus, *sibi cum insertis stolonibus dextris sinistrisque*, mirabiliter tumebat.

11. Tota insuper cava descendens, *à capite ad cor*, extremè

tremè diſtendebatur jugulares præſertim internæ, vertebraléſque.

12. Cordis ventriculus dexter, ſuâ cum auriculâ, ſummè turgebat.

13. Pulmones univerſè flaccidi, contracti, exſucci, atque pericardio leviter agglutinati.

14. Pericardium verò ſeri exors, cordìque arctiùs appreſſum.

15. Inciſo cavæ trunco, *ad cordis uſque receſſus intimiores*, aliud nihil quàm ſanguis ater grumoſúſque comparuit.

16. Illis porrò grumis inſuit concretio, *gelatinæ ſimilis*, quæ præexiſtentem polypum atteſtabatur.

17. Ventriculus ſiniſter ſanguinem paucum, grumoſum quidem, ſed minùs atrum coërcuit.

18. Aorta exanguis univerſé

19. Thymus nervos Nobis atque ſanguinea vaſa numeroſa & perampla ceſſit. Lymphatica demùm flaventia habuit, quæ ſubclavias in ſiniſtras (*nomini ſit venia in cane claviculis orbô,*) confluebant.

Canicidium VII.

1. Ligata ſplenis vena turget impendiò à liene ligationem verſus; conflaccéſcit autem à ligamine ad portarum truncum.

2. Aliquot meſenterii venæ laqueô ſtrictæ, ab inteſtinis ad ligamentum quàm maximè turgeſcunt; ſed â deligatione ad truncum detumeſcunt.

3. Meſentericæ verò ligationis expertes, *quotquot erant reliquæ*, nec impenſiùs attollebantur, nec ſubmiſſiùs ſeſe contrahebant, verùm priſtinam molem conſervabant.

4. Quæ porrò fuerunt aſtrictæ uſque adeò intumuerunt ut arcuatim ſeſe in altum reflexerint, nimiàque ſanguinis ſatietate crepandis proximæ viſæ ſint.

5. Ipſo autem portarum illigato trunco, *ad meſenterici ſpleni-*

ſplenicìque rami concurſum, omnes ad unum meſenterii lieniſque ſurculi turſerunt.

6. Laxis omnibus laxatis nodis, ſuam in jecur ſaturitatem venæ ſingulæ confèſtim eructarunt, detumuerùntque.

7. Pectus interea ab horæ quadrante ſupra tertiam in quadrantem ſupra quintam, alternis attollebatur deprimebatúrque.

8. Elatô diductòque pectore diaphragma in abdomen ſeſe contrudit, & annexa ſibi & jecur, *cum folliculo fellis*, & lienem & ventriculum diverberat, deprimìtque.

9. Pectore autem depreſſô conſtrictòque diaphragma in thoracem ſeſe recipit, illoque ſuô receptu quæ depreſſerat viſcera ſecum abrìpit revellitque.

10. Viſcera de diaphragmatis fornice ſic pendula ſicque concuſſa partes ſibi ſubjectas pari reciprocatione concutiunt, pertundùntque, epiploon puta, meſenterium, pancreas & inteſtina, cum renibus ſubſtratis, ſubjectàque veſicâ atque utero.

11. Una & altera dum effluit hora vinculis canem exſolvo; excruciat ſeſe, artus protendit atque contorquet, os aperit, vocem bis edit, latratui affinem: caput duodecies effert, totiéſque cervicem erigit atque protendit, *ceu in pedes ſeſe daturus*, ſed mox ruit in menſam, tragœdiæ theatrum.

12. Cæterùm, maxillam & artus ita movit ut cereum accenſum & ejus ori inſertum contriverit, nec non extento anteriori pede ſiniſtro; *ceu de induſtria*, bis extinxerit.

13. Poſt auditam ſeſquiquintam canis expiraſſe videbatur, ſed cereo in diaphragmatis fornicem intruſo, nervoſus circulus ejus luculenter ſeſe contraxit cereìque flammulam, *ceu fornax reverberans*, agitavit.

14. Cane tandem penitùs immoto, *& inſtante ſexta*, cordis apex pedetentim, *ad baſin uſque*, per taleolas reſectus eſt. Quoties autem cordis lamellæ deſecabantur, toties ejus fibræ, (*ceu inteſtina periſtalticum motum edentia*,) orbiculatim ſeſe contraxerunt.

Canicidium. VIII.

1. Vaſa, *brevia dicta*, filô intercepta à ventriculo ad filum, id eſt, inter ventriculum & lienis caput, tumuerunt; à ligatione autem ad ſplenicam venam detumuerunt.

2. Gaſtricas pariter conſtrinxi reliquas venas & tumuerunt etiam inter ventriculum & vincula, detumuerunt verò à ligamentis ad lienalem uſque truncum & ad ipſum portarum caudicem.

3. Pancreaticæ ſimiliter ſeu duodenali venæ compedes impegi. Quicquid ultra compedes erat tumuit, conflacceſcente venâ hepar verſus.

4. Venam cæcalem pariter in compedibus tenui, ſed ab inteſtino cæco ad ligationem uſque, in tumorem protinus ſeſe ſuſtulit, communem verò meſentericum verſus alveum ſeſe depreſſit.

5. Hæmorrhoidalem denique venam levi compede vinxi, ſed, *dicto citiùs*, ſuo ultra vinculum tumore, ſuàque verſus meſenterium inanitate, idem, *ac reliquæ conſortes*, eſt confeſſa.

6. Canis à pridianâ veſperâ in tertiam pomeridianam jejunus in vinculis erat, & lactei nihiloſecius per meſenterium decurſus opponendas ſuo fluento valvas à nobis efflagitabant.

7. Valvis igitur, *ceu cataractis*, ad lactearum confluens objectis nivei candoris chylus lacteis venis intercluſus eſt, receptaculum verò Pecqueti ſubflavâ turſit lymphâ.

8. Conſimili lymphâ, *gelatinæ æmula*, turſit & lacteus thoracis ductus, iſque geminus nuſquam, ſed mirè ſinuoſus.

9. Preſſurâ levi univerſum, chyli conceptaculum, *& annexus ipſi thoracicus ductus*, lympham ſuam omnem in jugularem ſiniſtram effuderunt.

10. Recluſis lactearum valvis tota nivei chyli, *coërcita priùs*, congeries in ciſternam chylo & lymphæ communem at-

atque in thoracis alveum affatim confluxit, & lacteo tumore, lacteâque viâ, sese dedit in conspectum.

Canicidium IX.

1. Hæc canis mammariæ venæ utriusque cum utraque vena epigastricâ tam lucrulentas habet anastomoses, *unà cum venis intercurrentibus medianis*, ut à supernis ad infernas & ab infernis ad supernas, nec non à dextris ad lævam & è diverso à læva ad dextras sanguis quoquoversum digitis adigatur.

2. Arterias cœliacas nodis laxis illigavi, primùm paulo infra lienem, secundùm juxta revoluti ventriculi lunare spatium: tertiùm jecoris concava versus, quartùm inter pancreatis ostia.

3. Arteriæ primùm ab aorta ad ligamina distentæ sunt: secundò lentiùs & obscuriùs tum infra, tum supra ligationes pulsarunt; tertiò lienem, ventriculum, jecur & pancreas versus sese pedetentim effuderunt, atque ita conflaccescentes suâ sensim pulsatione sunt orbatæ.

4. Cœliacis arteriis respondentes venæ utì nec prorsus inanes, nec prorsus plenæ, ita nec prorsus flaccidæ, nec prorsus extuberantes erant.

5. Venas illas, gastricas nimirum, gastro-epiploicas atque lienales cum pancreatica constrinxi, & arteriarum nodos instanter solvi, en, *temporis puncto*, venæ priùs demissæ, nec extantes, protuberarunt, idque inter viscera atque ligamina.

6. Splenica, *singulatim*, sanguine in tantum exsatiata est ut satietatem suam illam, *vinculo licet soluta*, nequiverit eructare, compressu tamen leni sanguinem illum suos in fontes regessi.

7. Venarum autem quicquid obvertebatur jecori, id universim ita sese contraxit, ut tot *fila*, non verò tot *venas* esse dixisses.

8. Arteriâ itidem meſentericâ tum ſuperiori tum inferiori ligatâ inteſtinorum venas nec ſaturas, nec jejunas cernere fuit; ſed ligatis venis illis, arteriâque vinculis confeſtim liberatâ, *dictum factum*, meſenterici ſuperiores demiſſioréſque venarum rami in rotundam renitentémque duritiem ſublati ſunt, idque inter ligamen & inteſtina.

9. Solutis autem ſuo vinculo venis illis ſanguis univerſè meſentericum in truncum, *blanda contrectatione*, repulſus eſt, *utì hîc Th. 6.*

10. Aliàs porrò attendere erit an ſingulis arteriis tum cœliacis tum meſentericis ſic illigatis inteſtina ſeſe moveant & viſcera ſeſe contrahant atque conflacceſcant: Nunc ſiquidem tot deligationibus tótque vaſis obſervandis intentus animus iſtud unum & alterum minùs attendit.

Canicidium X.

1. Nervorum in viſcera vagantis ſextæ conjugationis ergò arriſit exangue cadaver; ſanguinem igitur, *ad lethiferos uſque motus convulſivos*, univerſum profudi.

2. Phialam habui, cujus collum ſtrictius *rubrica notatum*, pluviatilis aquæ libram unam ſignavit. Sanguis, *venoſus quidem*, ad libræ illius altitudinem exceptus pependit unciam unam ſuper libram unam.

3. Arterioſus etiam eâdem altitudine ponderis fuit unciæ unius ſupra libram unam.

4. Serum inſuper ſanguinis promiſcui, *venoſi nimirum & arterioſi*, ponderavit unciam unam & libram unam: ſanguinis verò grumi, *ſerô orbi*, libram unam & unciam unam cum ſemiſſe.

5. Incruentum cadaver illud nervos ſexti paris nobis exhibuit elegantes & primùm quidem numeroſos, non verò ſimplices, nobis ceſſit recurrentes:

6. Co-

6. Coſtalem ſubinde nervum cum cervicalibus atque dorſalibus nervis, nec-non cum ſtomachicis implicitum, nobis patefecit.

7. Stomachicos autem ſeorſùm dedit, ſibi nuſquam decuſſatim incubantes, nam dexter dextram, lævam verò ſiniſter apprimè tenebat.

8. Rete tandem nervinum, *ſtomachicis atque coſtalibus conflatum*, nobis obtulit, è meſenterii radice, renùmque medio, in omnia regionis alvinæ viſcera vagum.

9. Imo, utì coſtalis, *cervicalibus atque dorſalibus*, *ex* Th. 6. *connexus*, in anteriores pedes evagabatur, ita profectò plexus ille retiformis alvinus, *cruralibus unitus*, in pedes poſticos faceſſebat.

Canicidium XI.

1. Moloſſus, matutinâ nonâ, *citra potum*, ſecundario pane butyrato ad ſatietatem paſtus eſt. Illo aperto, pomeridianâ ſecundâ, panis fruſta plurima uſque adeò ſicca erant, ut nihil adhuc intra ventriculum maduerint.

2. Lacteum autem alborem nec in ventriculo, nec in inteſtinis chylus præ ſe tulit, ſed univerſus chylus ille defæcatus, qui lacteis venis atque lactearum ciſternâ, ductùque dorſali concludebatur, lacte candidior erat.

3. Lactearum quidem myriades à pyloro ad extremum Ileum decurrunt, ſed numeroſiores à duodeno & jejuno, pauciores autem ab inteſtino tenui, *quod Ileon eſt*, ſcaturiunt.

4. Illæ porrò lacteæ meſenterium non ſimplici ſed multifido ductu perreptant; ubi primùm enim aliæ aliis occurrunt, & è duabus tribuſve fit una, mox illa eadem una plures in ſurculos divaricatur. Illi rurſum ſurculi communem in rivulum coëunt, donec è rivulis tot illis rivus unus exur-

gat,

gat, qui rivum in alium atque alium confluat.

5. Tot demùm illi rivi fluvios tandem componunt, qui sese effundunt in Oceanum lacteis atque lymphaticis vasis communem, hoc est, in *Pecqueti* receptaculum commune.

6. Vinculô strictiores lacteæ intestina versus attolluntur; à ligaturis autem ad receptaculum illud sibi commune evanescunt.

7. Sparsim autem illæ, sua *præsertim versus ostia*, geniculatas sese produnt, lineārum trium mathematicarum ab invicem distantiâ.

8. Isthæc porrò genicula utì aversas intestinis valvulas attestantur, ita easdem receptaculo lumbari obversas esse comprobant, nullo enim pressu suos in fontes intestinos chylus refluit; at sua sponte in receptaculum properat, *utì Th.* 6.

9. Lacteis ventriculus, crassàque intestina carent omninò, absit enim ut vel nervorum fila, vel exangues arteriolæ, *quæ prima fronte lacteas mentiuntur*, oculatos ullos deludant.

10. Lymphatica numerosa passim quidem cernere est, sed circa venæ portarum caudicem, *cui transversa incubant*, luculentissima sese dant in conspectum.

11. Ligata isthæc tument à visceribus ad ligaturam, sed à ligaturâ ad cisternam lumbarem visum fugiunt.

12. Lacteis autem illis atque lymphaticis vasis receptaculum commune totum oblongum est, atque sic inter diaphragmatis tendines medios exporrigitur, partim namque intra abdomen, partim verò intra pectus, chylô vel lymphâ turgidulum eminet.

13. Universè sumptum minorem cyprini veficam æmulatur, tenuitate pellucet, contentàque prodit. Fundum ejus *quod aliàs ad ossis sacri primordia expansum vidi*, tertiam hîc lumbarem vertebram attingit, suô autem conô, pectori obvertitur.

14. Immò, conus ille totus in *thoracem* assurgit, atque sic in canalem illum facessit, *quem thoracicum vocitant*, qui intra ramulos intercostales Aortæ descendentis sese sinistrorsum evehit

evehit in venam usque sinistram axillarem, in quam non modò chylum recentem importat, sed & lympham veterem, & ab internis partibus regestam, plenissimè refundit.

15. Uti porrò ductus ille thoracicus furculis substernitur intercostalis arteriæ sinistræ, ita sinistris etiam imparis venæ stolonibus incubat, idque præcitè juxta corporis vertebrarum dorsi cum costis arthrodiam synarthrodialem,

16. Exinde est ut dextras quidem costas, *illæso ductu*, omnes ad unam exarticulaverim, sinistras verò, *inferiores præ ipsè*, nusquam disjunxerim, nisi incumbente saucíato ductu.

17. Paulò ultra cor ductus ille vertebras deserit, atque inter œsophagum & trachearn arteriam sese effert & luculentiùs adhuc deflectit ad lævam, ut in sinistram, *modò dictam*, axillarem, sese subducat.

18. Ligatus supra cor chylum, *qui turgebat totus*, in cisternam regeri haud passus est, at illo ligamine soluto, lenitérque compresso ductu, totus affatim chylus sinistram in axillarem confluxit.

19. Ductum religavi ostia sua versus, chylúmque suis fontibus leni compressu repetivi, sicque ductus rursum chylô turgit.

20. Turgidulum illigavi denuò juxta suos fontes atque sic sursum & deorsum illigatum, chylòque tumentem, de pectore revulsi.

21. Ejus ostia, *seu partem supernam*, de filò stringente suspendi. Origines, *seu partem infernam*, secui per medium, sed chyli ne hilum effluxit.

22. Imò, sæpiùs quàm vigesies à supernis ad infernas appressi digitos, sed chyli ne guttulam expressi.

23. Illum itaque canalem, chylo tumentem sursum deorsum converti & tunc ad ejus ostia sic prona demissáque fortículam adegi, & ecce (*oculi juvêre*) chylus universè, *ceu liquor ex aperto inversóque vase*, præceps devolutus est.

24. Supernam insuper ductûs illius partem, *chylô nuper re-*

hauſtam, buccis ſufflavi, ſed meus ſpiritus ſuper longitudinem uncialem nuſquam pertigit. Canaliculum ergo variè contrectavi, flatum ulteriùs ut impellerem, ſed opera mea caſſa fuit omnis.

25 Flatum autem in canaliculi principium ſimul ac immiſi, totus ilico ductus turgidulus & perlucens ſurrexit.

26. Illum itaque ſic tumentem revinxi illius exſiccandi gratiâ.

27. Siccatus, obverſuſque luci, membranaceas, mitraléſque ſuggrundas, *ſeu membraneos ſemilunaréſque limbos*, interiùs exſtantes noſtris oculis ſubjecit.

28. Scalpelli tenuiſſimi acies ab imô ad ſummum canaliculi deducta valvulas in ſeriem quadruplicem digeſtas prodidit octo: quævis enim, *ut ita dicam*, valvularum contignatio duplex fuit.

29. Ille porrò ductus ſuas verſus origines craſſior eſt; gracileſcit autem dum in oſtia ſua contendit.

30. Hinc notare eſt valvularum contignationem primam eſſe ſecundâ craſſiorem, & ſic deinceps.

31. Hemicyclum ab uno ad ſummum obliquè protenſum æmulantur valvulæ: cùm autem ſimplex nulla ſit, ſed ſuam quælibet habeat ſociam è directo, conſequens eſt, ut, *integro exiſtente ductu*, tranſverſus, extremuſque hemicycli cujuſque limbus contiguum ſibi alterum exoſculetur: undè rurſum ſequitur concurrentes limbis ſuis tranſverſis hemicyclos, obliquè ſurſum exporrectos, complere cyclum, iliúmque infernis quidem averſum, ſupernis autem obverſum.

32. Valvulas ejus ſupra cor falſò negant, hîc ſiquidem uti ſunt infra cor valvularum conjugationes una & altera; ſic illarum profectò inter axillas & cor conjugationes totidem extant, *octo* nimirum ſunt uiverſè, *uti Th*: 28 hîc annotatum eſt.

33. Una porrò valvularum contignatio Mathematicò ſeſquipollice ſuperior eſt aliâ atque aliâ. Quaternæ igitur contignationes Mathematicum pedem dimidium altæ ſunt.

34. Quòd

34. Quòd si ductûs de cadavere revulsi longitudo pede Mathematico dimidio major sit, id velim feratur acceptum luculentæ portioni, quæ supra quartam valvularum seriem, valvularum est exors, quæque & axillaris sinistræ contermina fuit, & flatum, *de quo Thes:* 24. hîc ad unius unciæ longitudinem excepit.

35. Renem dextrum bursulam hîc veriùs dixeritis, quàm renem: pependit unciam semissem.

36. Illo recluso vivax prodiit rubicundus vermis, pollicibus octo longus, ponderisque drachmæ unius, *uti Canicidio* III. *Th:* 16. reliquæ igitur drachmæ tres vieto marcidóque reni seorsum competebant.

37. Ren ex adverso tum grandior fuit tum gravior octies, uncias siquidem pependit quatuor cum semisse, mirabilitérque floridus, vegetus & compactus erat.

Canicidium XII.

1. Canis noctem insomnis & iracundus transigit in vinculis. Manè quævis oblata respuit, tremit universè, riget maxillâ; instante tertiâ butyrum & lagana vorat.

2. Paulò post tertiam lacteas exhibet aliquot à duodeno atque jejuno, quæ chylum suum in cisternam nondum effuderant.

3. Illa porrò cisterna, chylo atque lymphæ communis, non chylosa sed lymphatica erat, hoc est, chylò non turgebat, sed lymphâ sub-rubicundâ.

5. Ductus itidem thoracicus, non chyliferus, sed roriferus exstitit.

5. Strinxi primò chyliferum, seu roriferum ductum illum ad ejus ostia; lacteas secundò ad mesenterii radicem; tertiò ad mesenterium medium; quartò quàm proximè intestina.

6. Chylus quartò interceptus ligamine lacteas mirabiliter distendit, illarumque ab intestinorum ambitu prognatas radiculas exhibet, non simplices, sed multijugos.

7. Tot enim radiculæ ab ipsis intestinis egerminantes, intestina nusquam deserunt, nec per mesenterium serpunt, quin prius illarum aliæ alias & subeant, & relinquant, uti de lacteis mesentericis *Can xj. Th.* 1v. dictum est.

8. Nusquam autem ab unâ duntaxat intestinorum parte soboliscunt; sed utrimque germinant sursum & deorsum atque ita mesenterii faciem supernam infernâmque perreptant.

9. Ligaturâ tertiâ luculentissimus fit lactearum progressus, divisio, congressus; rursumque sejunctio, ac iterata coitio: Illarum insuper valvulæ inibi proditur, ubi nimirum geniculatim assurgunt.

10. Ligatura secunda chylum ad ostia mesenterii coëgit atque adeò lacteas exremas, illarumque rivos confluentes detexit; chylumque suam in cisternam interdixit confluxu.

11. Ligamine primo ductûs thoracici res omnis intercepta est, sed laxato vinculo tenuior illa lympha, *frigore nondum concreta*, axillarem in cisternam, citra digitos appressos, *uti Canic: xj. Th.* 18. sponte corrivata est.

12. Exoluto ligamine secundo chylus in cisternam, *sua lympha non penitus exhaustam*, influxit; atque adeo, quæ cisterna prius lymphatica fuit, mox chylosa evasit, *uti Canic. VIII. Thes. xj.*

13. Cisternâ digiti compressâ roriferus ductus confestim albore chyli totus repletus est; sed chylo in ostia compulso canaliculus ille, ceu filum tenuissimum comparuit, universaque cisterna nihil nisi meras membranas mutuo appressas cessit.

14. Solutâ deligatione tertiâ chylo rursum intumuit cisterna.

15. Resoluto ligamine quarto chylus paulo ulteriùs lenitèr pulsu terendit, vixque digitis prementibus, *cisterna versus*, compulsus est, sed lactearum angustus coërcitus hæsit.

Ca-

Canicidium XIII.

1. Catulus supra mensam extentus, *citra plagam ullam ipsi inflictam*, ex tempore perit.

2. Revulso cruentum ferro, ne guttula cruoris fundatur, nihilominùs nec pulmones, nec cor, nec diaphragma moventur.

3. Ligavi chyliferum ductum supra cor, qua parte vertebras deserit, *uti Canic. xj. Th.* 17. *&* 18.

4. Eundem & alligavi proximè diaphragma, atque sic chylum illius omnem ligaturæ uno & altero inter cepi.

5. Mesenterii radicem, una cum illius nervis, vasisque sanguineis, nec non lacteis atque lymphaticis colligavi.

6. Præcrassa ala lymphatica quatuor per descendentem Aortam transversa decurrebant. Valvulis autem geniculata, *trium quatuorve linearum Mathematicarum distantia*, sese prodebant, demùmque in commune sibi cum chylo receptaculum quaternis sese diffundebant ostiis.

7. Retexi primùm tendines diaphragmatis, pleuram secundò, nervos deinde costales, arterias demum inter costas: sicque chyli cisternam lumbarem atque canalem ejus thoracicum plenè detexi.

8. Chylosa fuit illa cisterna non verò lymphatica, *uti Canic. xij. Th.* 111. canalis vero thoracicus, *paulò supra diaphragma*, *duarum scilicet unciarum altitudine*, ad basin usque cordis duplex assurgebat. Sed bifidus ille ductus sese sub cordis basi reuniebat, exindéque rursum simplex in ostia sua ferebatur.

9. Qua parte canalis ille, *cor flecteus aliquis esset*, diu s in alveo sese diffundit, intulam veluti formal intermedium, Mathematicis longam lineis quatuordecim, tribus verò latam. Talem intulam rivuli aliquot, ab uno alveo quandoque

in alterum confluentes, trajiciunt, & medianos transversosque rivulos formant.

10. Paulò ultra suum confluvium, canalis thoracicus ille œsophagearum glandularum lymphatica vasa recipit, quæ plenis ostiis suam eò lympham eructant.

11. Communem illum canalem, *unius scilicet & alterius canaliculi concursu conflatum*, in axillares venas deduxi, & ecce, unicô quidem ille, sed patenti hiatu, in axillaris sinistræ valvulam adaperiebatur.

12. Crescentem lunam æmulabatur valvula & à sinistris ad dextras ita obvertebatur, ut allabentem, aut compulsum ad sese chylum, aditu interdixerit sinistrò, & dextras versus direxerit. In talem enim valvulam protrusus chylus impingens suum cursum a sinistris in dextras inflectit.

Canicidium XIV.

1. Oblongâ & angustâ supernis quinque costarum cartilaginibus sinistris infictâ plagâ pectus diductum est, viscerâque sublata, nec non chyliferus ductus seorsum ligatus, quàm proximè costarum primam.

2. Lacteas deinde ad mesenterii radicem colligavi.

3. Venam portarum deinceps, omnémque cavæ venæ truncum in longitudinem diffidi, exhausi, perpurgavi.

4. Imò, epiploon, lienem, jecur, *suo cum folliculo*, ventriculum, intestina crassa, renes, diaphragma, pulmonésque, cadavere deduxi, omnémque cruorem sedulus absersi.

5. Lacteæ nihilominùs æquè turserunt, ac si nulla fuissent vel exhausta vasa, vel viscera subducta.

6. Canaliculus thoracis, *paulò super diaphragma*, in crassiorem sinistrum, inque graciliorem dextrum dividebatur.

7. Gracilior dextérque rursum subdividebatur, sed mox sese uniebat alter alteri. Suis autem illis & disjunctione & con-

conjunctione insulam formavit rhomboidea, quam mediam intercostalis arteria trajecit.

8. Graciliori insuper ille ductus idem, *ubi suam illam insulam in rhombi formam ita delineavit*, mox in crassiorem alterum, sinistrùmque ductum sese insinuat, & ab illo rursus secedit ut in eundem rursus relabatur, atque sic multas ille, *tot mæandris illis*, insulas describat. *Videsis Canicidium* XIII. *Th.* 9.

9. Ductûs porrò ligamen solvi, ductùmque compressi, & chylus, *venâ cavâ dississâ*, effusus est cruentatus.

10. Colligatas demque laxavi lacteas, ductùque chyliferus iteratò tursit, chylùmque rursus incisâ cavâ profûdit.

Canicidium XV.

1. Infernis sterni cartilaginibus sinistris inflicto vulnere chyliferum canalem, *cum œsophagi parte*, colligavi.

2. Viscera removi, venas incidi, evacuavi, repurgavi, *ut in Canicidio* XIV. *Th.* 3. *&* 4.

3 Ductum thoracicum deinceps aperui paulò ultra diaphragma, & quia chyli receptaculum ligaminis exors erat, leni idcirco compressu dimidiatum nobis cessit cochlear chyli, seu potiùs lymphæ leviter coneretæ & subrubræ, quæ, judicibus φιλιάτροις, subacida fuit.

4. Tubulô deinde in canalem apertum intrusô, lac in illum impuli, & assurrexit ductus prætumidus ad ligamen œsophageum usque.

5. Lympham is concluſit receptaculi lymphæ penitùs consortem, *de qua Th. hîc* 3.

6. Jucundô prorsùm spectaculô lympham illam omnem subrubram lac meum illud impulsum ita sursùm adegit ut summa esset thoracici canaliculi distentio: lac autem sedes hucusque tenuit infernas; eundem igitur alveum, inferiùs quidem

dem lacteum, superius verò lymphaticum subrubrumque nobis exhibuit.

7. Reclusis valvis illius biformis alvei, hoc est, ductûs relaxato ligamine liquidorum dissona congeries cataractis prorupit iisdem & novo compellendo lacti locum planè dedit.

8. Lac igitur novum impuli, & protinus illud in subclaviæ venæ valvulam impegit, atque sic, *illò obiter repulsum*, deflexit illico in v. cavæ truncum, & exinde dextram cordis cisternam confestim implevit.

9. Dextrum itaque cordis ventriculum confodi & lac vehementiùs compuli, & ecce, cordis illâ specu lac salivit istud.

10. Ductum universè, *suis cum flexibus atque mæandris*, ab originibus ad ostia delecui & inter κειμήλια reposui.

11. Origines voco, Scatebras illas lumbares, quibus in lumborum cisternam, inque huncce thoracis alveum chylus & lympha ubertim confluunt.

12. Ostia autem nuncupo ejusdem illius alvei thoracici fines summos, hoc est, ejus insertionem sinistrorsum in venas, aliàs quidem in axillarem, aliàs verò in subclaviam, aliàs demum in jugularem externam, in quas ore vel multiplici, sed angusto; vel unico quidem, sed patenti, chylum & lympham eructant.

13. Flexus demùm atque mæandros vocito sinuosos illius alvei decursus, quibus tot insulæ formantur, *uti Canicidio* XIII. *Th.* IX. & *Canicidio* XIV. *Th.* VII.

Canicidium XVI.

1. Lactearum radiculæ ab intestinorum universo circuitu densæ & multijuges pullulant, *uti Canicidio* XII. *Th.* VI.

2. Lactearum mediastinæ quidem plures, sed multijugæ nu-

me-

meroſiores, quæ denſo confluxu rivulos atque rivos conſtituunt, *uti Canicidio xj. Th.* IV.

3. Lacteæ valvulis geniculatim interciſæ *uti Canicidio xij. Th.* IX.

4. Lacteæ pancreati quidem & incubant & ſuccumbunt, ſed in illud ſeſe nuſquam exonerant; quotquot enim id viſceris perreptant, tot profectò ſerpunt ulteriùs, inque ſpecum longè remotam, ſibique ſingulis atque lymphaticis vaſis communem ſeſe illatebrant.

5. Lacteæ præterea multijuges in Aſellianum etiam pancreas illabuntur, at illud nequaquam irrigant. Ubi etenim lacteæ plures ſeſe invicem excipiunt & plurium concurſu atque confluxu alveos formant, tunc equidem in glandulas Meſenterii poſticas influunt, ſed præterfluunt omninò & chylum ſuum omnem atque lympham in *Pecqueti* receptaculum uſque tranſvehunt.

6. Glandulis enim Aſelliani pancreatis ungue deglubitis, hoc eſt, tunicâ ſpoliatis atque inſuper, *ut ità dicam*, per laminulas aut per ſtrata deglutinatis, lacteos rivos atque etiam lymphaticos cernere eſt glandulas præterlabi & in conceptaculum *Pecqueti* confluere.

7. Lacteæ deinceps tot illæ in iſtud Aſellii pancreas antequam ſeſe condant, cruentarum quidem meſenterii venarum trunco decuſſatim incumbunt; at truncum illum meſentericum nequaquam ingrediuntur, ſed in *Pecqueti* ciſternam pergunt omnes.

8. Lacteas inſuper videre eſt non uni duntaxat venæ portarum trunco ac utrique pancreati, ſed & ventriculo, inteſtinis craſſis, omento, lieni, jecori, renibus, venæ demùm cavæ penitùs denegatas eſſe. *Uti Can. xj. Th. 9.*

9. Veritatis tantæ fidem facturus luculentam viſcera tot iſthæc ſemovi, *uti Canicidio*, XIV. *Th.* IV. ſed lacteæ nequaquam detumuerunt.

10. Pecquetiani ſacculi fundum uſque adeò protenditur ut limites ſacros contingat, ad os quippe ſacrum exporri-

gitur, *uti Canicidio xj. Th.* 13. prænotatum eſt.

11. Lacteus thoracis ductus ad iter breve bifidus, mox unitur, unitus autem ſuperiorque gracilior eſt ſeipſo nondum diviſo & inferiori, haud ſecus ac *Canicidio xj. Th.* 29.

Canicidium. XVII.

1. Moloſſus lacteis caruit in ventriculo, in jecore, in liene, in inteſtinis craſſis, ſed numeroſas habuit in inteſtinis gracilibus. Illæ autem non ſolùm apparent ſuperficietenus, ſed, *unguibus divulſâ inteſtinali communi tunica*, ab interiori inteſtinorum velamento bombycino, *ceu à matrice*, *vel à ſolo*, pullulare cernuntur.

2. Radiculæ porrò tot ab ipſo ortu aliàs orbiculatim, aliàs verò aliter contorquentur. Exindè eſt ut flexibus ſuis illis veluti tot inſulas deſignent, *uti de lacteis meſentericis annotatum eſt Canicidio xj. Th.* 14.

3. Inibi quippe, uti etiam nunc meſenterium univerſè lacteis conſitum eſt ſinuoſis, quarum aliæ in alias confluunt, atque ſic flexibus variis tot rurſus inſulas nobis delineant.

4. Imò lactearum confluvium ſuos etiam inſulares anfractus habet, hîc quippe carpionis veſiculam haud æmulatur *uti Canicidio xj. Th.* 13. ſed quinque veluti ſinubus exporrigitur.

5. Unus quidem ſuperior eſt, atque lactearum maximam partem excipit, & deſcendentem aortam totus interſecat, ſubindeque reliquos in ſinus ſeſe diffundit.

6. Prioris illius poſtica deductio *ſecundus* eſt: hic autem non decuſſatim, ſed rectà ſuperſternitur aortæ, &, poſt iter perbreve, mox inflectitur deorſum, atque recurvitate tali *tertium* in ſinum ſeſe penitus immittit atque ſic *triquetram* efficit *inſulam*, quam lumbaris trajicit arteria.

7. *Tertius* verò *ſinus* & longiſſimus & craſſiſſimus omnium eſt.

eſt. Aortæ latera ſectatur, mediuſque inter dextrum pſoam atque diaphragmatis tendines in os uſque ſacrum excurrit.

8. *Quartus* maximi illius appendix eſt, & in thoracis uſque ductum protenditur.

9. *Quintus* demùm maximi rurſùs continuatio eſt altera, ſed paulò contractior anguſtiorque, deſinit enim in genuinum thoracis alveum, haud ſecus ac ſtrictior veſica in urethram elongatur.

10. Lactei autem illius alvei fluentum filis, *ceu valvis objectis*, ſtiti.

11. Omentum ſubinde, ventriculum, inteſtina craſſa, renes tum veros, cùm ſuccenturiatos, lienem & jecur ex alvinis limitibus exterminavi.

12. Diaphragma inſuper atque pulmones ſuis è ſedibus ejeci.

13. Illæſo præterea corde, mediaſtinum atque pericardium excluſi pectore.

14. Sanguinem deinde venoſum & arterioſum omnem ſpongiis abſorpſi.

15. Venæ deinceps cavæ truncum, *quà diaphragma permeat*, illigavi.

16. Reverſus ad chyloſum alveum, quas ipſi valvas injeceram patefeci, hoc eſt, ligamen ſupèrum inferumque laxavi.

17. Parte infernâ lac immiſi, & axillaris ſiniſtra vena deſcendenſque; cava lacte meo ſublatæ ſunt; Imò, cordis etiam ventriculus dexter aſſurrexit, ſed, *luniter preſſus*, ſatietatem ſuam omnem in pulmonales arterias eructavit.

18. Iteratis è lacte clyſmis cor rurſus extuberavit, & quotquot pulmonis ſupererant partes conſectæ, tot profectò lac iſtud oſtiolis totidem ſpontaneæ evomuerunt; pulmonis enim vaſa, *pulmone licet maximam partem reſectò ex Th. hic* 12. funditùs non dirueram.

19. Dextrum cordis ventriculum, *qui tumebat unicè*, diffidi, & lactea protinus congeries illius eſt diruta, conflaccſcente corde.

20. Illam porrò diffiſſionem deduxi & in univerſum deſcendentis venæ cavæ truncum & in dexteras atque ſiniſtras axillares, ſicque valvulam illam, *quæ lacteis præponitur oſtiis*, denudavi.

21. Illa porrò, *ſic nudata*, magnitudinem præ ſe tulit unguîs in annulari digito, ſed falcata ſive lunata fuit & cornua habuit dextrorſùm obverſa, & ſiniſtrorſùm averſa, *uti Canicidio xiij. Th.* 12.

22. Illis itaque cornibus, *ſic utrinque ab axillari ſiniſtra ad dextram reflexis*, uti liberum ſanguini refluxum cedit, ita profectò chylum ad ſe compulſum dirigit in dextras. Chylus enim eò uſque diaphragmatis arteriarumque motu ſubvectus in illam valvulam impingit & reflui ſanguinis fluentô dextrorſum abripitur.

23. Valvula inſuper iſthæc axillaris quidem ſiniſtræ venæ interiora tenet, at mediam venam præciſè non occupat, ſed illam inferiùs lævorſumque trajicit, ſicque ſanguis univerſus, *qui & à ſiniſtris & à ſupernis refluit*, valvulam illam omnem conſcendit, deprimit, ſupervadit.

24. Valvula igitur ſanguini, *non quidem ſubterfluo, ſed ſuperjecto*, pontis ſublicii vicem exhibet. Illa vero eadem lacteis oſtiis ita præficitur ut ipſis operculi ſtrictioris vices præſtet, ne ſcilicet ſanguis ullus in chyliferum alveum irrumpat unquam, præprimis dum inanis eſt ille, nec chyli vel lymphæ aſcenſû & ingreſſû ſanguinem arcet.

25. Sic noſtris oculis valvulâ ſubjectâ, alveum thoracicum lacte turgidulum ſæpiùs compreſſi; & quoties compreſſi, toties profectò falcatum illud valvulæ ſpatium inferius complevi. Verùm, lac omne reliquum dextras petivit, & ne hilum quidem ejus ſiniſtrorſum profluxit.

26. Lac igitur in thoracis ductum rurſus impuli, & ecce, ejus impetus ad valvulam allidens, totam illam tuſtulit: ſed lac iterum iſtud dextrorſum deflexit, utpote cò verſus valvulâ regeſtum.

27. Animô injectionibus iſtis exſatiatô, valvulam relecui, ipſi-

ipſique ſubjecta ductûs oſtia lynceis oculis examinavi.

28. Quà reſciſſæ valvulæ baſis erat, ſcrobiculi viſi ſunt unus & alter, obliquitatem præ ſe ferentes: ita enim obvertebantur, ut ore minimè recto ſub valvâ paterent, ſed obliquè, à ſiniſtris ad dextras ſubducerentur.

29. Viſorum fidem facturus pleniorem, lactea repetivi clyſmata, & amœnum utrinque vidi lacteum laticem à ſiniſtris in dextras, demiſſè quidem, ſed impetu ſalientem, utpote qui dextrorſum adſtantes obliquo ſaltu verterit in fugam, illorum enim pectora petivit.

30. Amœnius meis Φιλιάτροις ſpectaculum præbiturus, iſti thoracici ductus orificiorum obliquitati nativæ medelam feci; totam quippe ſiniſtram axillarem firmis digitis lævorſum adduxi, donec oſtia lactea ex obliquo ſitu rectum eſſent nacta.

31. Lacte nunc vehementiùs injecto eventus voto reſpondit. Unius enim cubiti altitudine rectâ & oſtiolis altero atque altero lacteos radios ductus ille jaculatus eſt. Aquilegum mihi videbantur ſyphunculi, ex inferiori cryptâ ſalientes aquis.

32. Canina cum humanis ſi compono, ideam mihi refricant, *ſuis & vicinia & rotunditate*, virilium ejaculantium, *ultra ſeminales veſiculas ſtrictè ſic dictorum*, quæ liquorem impulſum utrinque varium, utrinque itidem varium illum in urethram ejaculantur.

AD LECTOREM.

Hæc paucula ſuſcipe, Amice Lector, *quæ & Tibi comparare & mihi licuit. Utinam vel aliqualem conſequerer copiam aliorum Clariſſimi PRÆCEPTORIS mei Experimentorum, quæ annotata poſſidet de Chylo, de Sanguine & ejus Transfuſione, de Bile, de Sero, de Urina, de motu Cerebri, Pulmonum, Cordis, Pectoris, Diaphragmatis, Abdominis, Inteſtinorum, Ventriculi, Uteri & Veſicæ utriuſque; de Symptomatis plagarum Cerebri, Spinæ, Pectoris, Abdominis & Artuum atque ſigillatim de oculis vel cæſim vel punctim pertuſis citra cæcitatem; de liquoribus injectis in venas Alterantibus, Emeticis, Purgantibus, Venenatis; de injectis præterea in arterias, in fiſtulam Pulmonis, in Cerebrum, in Os, in Veſicam, in Podicem; de Arteriis præterea vel inciſis, vel ademptis, vel ligatis, ſive Caroticis, ſive Pulmonalibus, Epaticis, Spleneticis, Meſentericis, &c. de Nervis punctis, inciſis ac etiam commorſis acri aliquo ſeu Topico, ſeu Interno; de Recurrentibus & Stomachicis interceptis; de Ductu Chyli Thoracico inciſo, vel ligato; de Ureteribus ligatis; de Utero, Liene, Pancreate & Veſicula felis exemptis; de Fœtus Corde mobili; de Ductibus ejus venoſo & arterioſo; de Vaſis ipſius Umbilicalibus; de Placenta, vel una pro ſe uno, vel una aut etiam multiplici pro ſe & pro ſuis gemellis; déque tandem* Pecorum *Allantoide & Cotyledonibus &c. Hæc uti magna luce hiſtoriam perfunderent univerſam & Phyſiologicam & Pathologicam, ita & TIBI Curioſo, & mihi in plurimis hactenus hæſitanti ſatisfactura eſſent abundanter. Interea, vale, LECTOR, & his mecum fruere gratus.*

FINIS.

C. DRELINCURTIUS

DE

SEMINE VIRILI.

1. An interiorem uteri cervicem penetret & illius fundum attingat?

2. An ab uteri fundo vel universè, vel partim effluat?

3. An verò vel totum, vel ex parte remanens uteri mucagine mergatur, atque adeò iners inibi reddatur?

4. An illâ potiùs mucagine tenuatâ discussâque uterum irradiet & imbuat, illumque, *solis adinstar*, ceu feracissimum Naturæ humanæ campum fermentet atque fœcundet?

5. An semen illud Virile tubarum angustias dilatet & sese in illas intrudat?

6. An mucosis tubarum anfractibus refractum retusumque vel otiosum, vel noxium inibi stagnet?

7. An per tubas illas, ceu per uteri spiracula atque caminos totum exhalet?

8. An tubis istis vel in alterutrum vel in utrumque testiculum deportetur?

9. An in testiculos, *seu in Ovaria*, convectum Ova inibi vel unam, vel multa genitali spiritu suo respergat insimul atque vivificet?

10. An ovulorum tuniculas crassamento suo, *inibi etiam*, vel condenset, vel novis induat?

11. An Ovorum albumen inibi colliquet? An verò colliquamenti materia fiat, vel ex parte, vel ex toto?

12. An

12. An Ovula demùm iſthæc, *inibi rurſus*, geniali ſpiritu ſuo uſque adeò fermentet & exagitet ut ipſa ſollicitet atque compellat ab anguſtiis Ovarii ſecedere & per uteri campum expatiari?

FINIS.

De Semine Muliebri intus & extra ſuum ſeminarium, ſive de fœmineis Ovis vel in Ovario vel extra.

1. An Ova fœminarum arteriis ſpermaticis penetrentur maſculorum teſtium adinſtar?

2. An nervulis vaſiſque lymphaticis irrigentur virilium teſticulorum more?

3. An pelliculis duabus, ſibique propriis ſuccingantur?

4. An geminum alborem atque Chalazas præ ſe ferant? An autem, lympham quidem uniformem, Chalazas verò nullas habeant?

5. An Ova in Ovario vel numerum neſciant, vel numero definiantur? Et quanto?

6. An Ovarii quodlibet Ovum ovo ſimile ſit? An verò ſingula utì ætate & maturitate ità moleculâ varient?

7. An Ova in Ovario racemoſa ſint ſibique contigua? An verò nidulis quæque diſcreta atque ſejuncta?

8. An Ova ab Ovario, *ceu matrice*, ſuccreſcant? An verò alibi formata in Ovarium, *ceu in conceptaculum*, comportentur?

9. An Ova vel in Ovario formata, vel in illud comporta-

ta

ta inibi laxa ſint atque volubilia? An verò cellulis conſtricta atque pedunculis firmata & in plenam uſque maturitatem inibi quieta & enutrita?

10. An ovorum nidis vel ſiccioribus atque ſtrictis, vel humentioribus atque laxis Ova matureſcere queant? An verò vel ariditate & anguſtia marceſcant, vel madore laxiora diffluant?

11. An Ova ex Ovario integra prorumpant? An verò liquor ſolus ex ovis vel effluat, vel exudet, crepantibus ſcilicet vel rarefactis illorum tunicis?

12. An integris Ovis ab Ovario ſejunctis, *atque adeò pedunculis ipſorum ab Ovario vel revulſis vel abruptis*, nec ſanguinis nec lymphæ guttula ſtillet, pure deinceps ſaniéque corroſura?

13. An integri tales ovorum globuli nutu quodam ſuo & jure veluti ſpeciali ſtrictiores illos craſſæ compactæque communis ſibi tunicæ porulos vel diducant vel perrumpant, ut ſeſe è teſticulorum cuſtodia in libertatem aſſerant! An verò aliena virtute vinculis leventur & carcere laxentur?

14. An ova è carcere ſic emiſſa quoquoverſum evagentur? An verò aliquorſum determinatè pellantur? Et à quo? Et quà? Et quò? Et quando?

15. An omnia perindè vel unius duntaxat, vel utriuſque ſimul, Ovarii Ova hoc vel illo Venereæ voluptatis momento tumultuariè determinentur ad exitum? An verò matura ſolùm & ordine quodam ſuo Ovarium deſerant, reſiduis interim immaturis aliis ſeriatim deinceps erupturis?

16. An Ovorum maturitas, & determinatio ad egreſſum ex Ovario, repetenda veniat vel ab Ovorum ætate & mole? Vel ab ariditate pedunculorum quibus nutriuntur? Vel à varia atque varia conditione cùm involucri ſibi communis, tum præſertim Ovorum fibroſi carnoſique niduli? An verò vel ab illis ultimis utriſque, vel ab omnibus inſimul concauſis iſtis?

17. An Ovis nutriatur Embryo? An verò Conceptus ex

Ovis exurgat? Et, an ex ipſorum albumine toto? An autem ex illius albuminis aliquali duntaxat parte, ſed genitali ſpiritu maſculo perfuſa colliquataque? An albuminis tandem illius colliquati particulâ nullâ corporetur unquam? Sed de ſemine paterno ſemper intra ovulum ſuſcitetur?

18. An itaque, Omne animal *ex Ovo* procreetur? An veriſſimè autem *ex Ovo* quidem nuſquam generetur? Sed nihiloſeciùs *in Ovo* perpetuâ & irrevocabili Lege conformetur?

19. An Ova diuturniori ſua in Ovario mora teterrimè non putreſcant & mille tædiis miſellas fœminas non implicent?

20. An ibidem vel periodicè, vel erraticè non turgeſcant, ſuoque commoto fermento Venerem non ſtimulent?

21. An iſthæc ovula inteſtino ſuo particularum tumultu ſopitarum mentes Venereis ludibriis quandoque non demulceant, mulcibrique Pollutione non excludantur, citra viri congreſſum?

22. An Ova in teſticulis matura, *ſpirituque prolifico Viri turgidula, benignoque viſcerum tepore fota*, Embryonem in teſticulis, *non autem in utero*, formatura ſint?

23. An Ova vel prolifera, vel ſubventanea ab Ovario pulſa, trudantur ſæpiùs vel integra vel crepantia in obvium ſibi abdominis alveum, quem ærumnis ſexcentis afficiant?

24. An ovorum vel globulus integer, vel liquor ex ipſis eliſus, ſtrictas collapſaſque tubarum extremas oras quandoque ſubire queat, citra quàm aliò deflectat?

25. An Ova in tubas compulſa inibi non morentur atque putrefiant? Præprimis intra tubarum arctiſſimas ad uterum anguſtias, tenaci inſuper glutine viſcatas?

26. An Ova verò ſtrictiſſimas illas tubarum anguſtias quandoque valeant ſufficienter expandere, quò ſeſe in uteri fundum integra devolvant?

27. An Ova in Uteri fundum vel ſpontè caſura, vel periſtal-

riſtaltico tubarum motu eò propellenda, ſatiùs ſit à ſemine Virili inibi occupari atque præveniri, quàm ut virile ſemen ibidem præoccupent atque præveniant?

28. An Ova in uterum uſque demittantur vel ut ipſum titillante ſua per tubarum flexus devolutione mulceant? Vel ut vaginam ejus madore ſuo ſalivoſo perfundant atque lubricent, ne mutone concuſſa dolitet aridior?

29. An Ova in Ovario Embryonata inque uterum devoluta, ſuiſque inibi nutritiis ab Ovario pedunculis orba, *atque adeò nutrimine caſſa*, ſuo intra uterum cum Embryone nec putrefiant, nec marceſcant?

30. An iſthæc Ovula, uteri fundo nuſquam vel glutinata vel radicata, in pudoris ſinum neceſſario non provolvantur, ſicque prolis futuræ ſpem præmaturè non reſcindant? Præſertim in utero vel mucoribus lubrico, vel Veneris Oeſtro ſalaciori, petulantiùſque ſubacto; vel quovis demùm corporis aut animæ incondito motu, irrequietiori?

31. Ovula demùm iſthæc tenellula teſtarumque neſcia etſi ex utero nuſquam præcipitentur, an-non, *amabo*, quovis abdominis preſſu collidentur conquaſſabunturque? Præcipuè in agili ſaltatriceque matercula, cujus uterus ſingulatim & ſtrictior eſt & partionis inexpertus, atque adeò dilatationis impatiens & contractionis ad Ovorum expulſionem amans.

FINIS.

Parerga ſuper iiſdem Ovis.

1. An noſtrorum Ovulorum congeries, *quam alii teſticulos fœmineos vocitant*, nullo loco nulloque numero habenda

benda ſit, Uti *Magni Harvei* nævi ferunt; Vel, *quod pejus eſt*, an illi teſticuli nequaquam vegeti atque vivaces exiſtant, ſed effœti atque cadaveroſi, immò, *ceu ipſa forent cadavera teſtium*, infamandi veniant, uti *Clariſſ*: *Hofmanni* perhibet Contextus?

2. An Viraginis ſanguineæ v. g. ſalaciſſimæque *teſticuli* intùs idcircò condantur, quòd frigidiores illi ſint, *uti ferunt*, effœtis v. g. atque fluxis pituitoſi puelli penſilibus, qui ſub ipſa vitæ primordia, *atque adeò ſub ipſa corporaturæ ſuæ ſtamina nectenda*, cachectici parentis utriuſque vitia contraxit?

3. An Ovula fœminea ſub unicâ duntaxat *aquoſarum veſicularum* ſpecie atque nomenclaturâ? An verò, ſub ipſa etiam *Ovorum idea atque denominatione* Majoribus noſtris innotuerint?

4. An ille Veſicularum liquor, *qui ſecantis in faciem proſilire ſolet*, nullo queat vel Chymicorum Alkaheſt, vel Orphei atque Mileſii Thaletis Elemento coagulari?

5. An mirificus liquor idem, genuinum noſtrum decantatiſſimùmque *Primigenium Humidum* meritò non conſtituat?

6. An maſculus in eodem Ovulo ſpiritus ille genitalis, *qui puncto ſaliente ſeſe prodit*, noſtrum pariter non conſtituat celebratiſſimum illud *Calidum innatum?*

7. An iſthæc Ovula ex Ovario dextro propulſa mares? E ſiniſtro verò divulſa fœminas pariant?

8 An eadem itaque iſthæc Ovula jure meritoque inter animal & non animal ambigant?

9. An Ovulorum nullum vel in Ovario vel extra *teſtaceum* unquam evaſerit?

10. An unicum Ovum ſit ſemper μονοτόκον *uniparum* & nuſquam πολύτοκον *multiparum?*

11. An *Clariſſ. Diemerbroekii* tela ſex, quibus Ovula noſtra confodere nititur, piſtillo retuſiora ſint?

12. An Ovum iſtud, *gallinaceo ſimile*, partu fœmineo exclu-

cluſum, quodque in Auguſtiſſ. Frid : III Baſilica conſervatur, *Magicum ſit?* Hoc eſt, *Dæmonis ubi ſuppoſitum*, uti Magnus ille quondam voluit *Olaus Wormius*, aliique noſtrorum Ovulorum oſores?

FINIS.

De Utero.

1. An Uterus intra præduras hypogaſtrii anguſtias aptiùs quàm intra faciles & laxas reliqui abdominis viſcerum culcitras collocetur?

2. An ad quatuor ille catenas, *ceu furibundum animal in animali*, alligetur? Hoc eſt, an quatuor ille ligamentis, *ceu funiculis atque loris*, infrænetur, effræni libidinis œſtro ne laſciviat?

3. An ejus ligamenta duo inferiora dicta ipſum ſuperiorem ſuſpendant ne procidat, *uti Neotericorum Codices ferunt?* Nam illi profectò fœminas in ſpeculo viderunt globoſo ambulantes inverſas. Ipſis etenim incedentibus vertice nequit uterus, *ligamentis inferioribus*, *ceu habenis contentus atque revulſus*, in diaphragma devolvi atque procidere.

4. An ejus alia ligamenta ſuperiora duo uterum intra ſuas ſedes firmiùs ſtabiliant, quàm pinnulæ verſatiles ædificiorum fundamenta ſtatuminent?

5. An uterus nervoſus ſit unicè, idque ad majores Venereæ voluptatis illecebras? An verò carneo-nervoſus exiſtat, quò fœtum & arctiùs amplexetur & validiùs enitatur?

6. An uterus pulpoſus deprehendatur ne in duriorem ipſum abortivo dolore fœtus impingat? An autem, ut pulpamentô ſuô tum alimoniâ pleniore turgeſcat, tum increſcentis fœtûs extenſioni tutiùs commodiuſque cedat?

7. An uterus unico foramine ſit pervius, *uti Varolius docet?* An autem quaternis ejaculatoriis pertuſus, *ut alii volunt?* An verò, præter internæ cervicis oſtium, geminis ille conniveat oſtiolis, ovulorum ab ovario trajectioni aptis natis?

8. An uterus cucurbitulæ Medicæ formâ extructus eſſe verè dicatur? Et an idcircò taliter conformetur ut virile ſemen eò potentiùs attrahat? *Utì putant?*

9. An, rurſus, ſemen illud proliciat utì cervus è profundis cuniculis narium inſpiratu ſerpentes allicit? *Utì paſſim docemur?*

10. An illud denique ſemen non unicè maſculum, ſed & fœmineum potenter & utrinque rapiat? *Utì Mœbius cenſet?*

11. An exterius uteri fundum, *lagenæ vitreæ more*, depreſſum ſit atque concavum? *Utì perhibent?* An verò prominulum atque rotundum?

12. An, inſuper, fundum illud contractius, *inque cervicem externam ſeu vaginam elongatum*, aptè vel ineptè cum lagenularum fundo atque collo comparetur? An verò, cervix intercedat altera & interior, quæ conformatione ab exteriori tota diſcrepet?

13. An uterini fundi amplitudo, ad interiorem ejus cervicem uſque ſenſim gracileſcens, commoda quidem tutaque ſit ad geſtationem fœtus, ſed incommoda & infida ad ejuſdem fœtus excluſionem?

14. An interior iſthæc uteri cervix idcirco ſtrictiſſima atque firmiſſima ſit, ne longiore mutone & enormiter petulco fundum uteri pulpoſum & ſenſile Venere dolitet? An verò, ne concredita ſibi cuſtodia fœtûs perfida ſit?

15. An prima incunabula noſtra ſint in uteri fundo? Hoc eſt,

eſt, an fundum illud noſtræ conceptionis noſtræque geſtationis genuinus locus exiſtat? An verò concipiamur atque geſtemur, *more bruto*, in laxis illis atque *cornutis* uteri diverticulis? Fœminæ ſiquidem, *reclamante licèt Clariſſ: Laurentio*, cornigenæ atque cornigeræ ſunt. cornutæ interim nuſquam audiunt; Nomen quippe ſibi debitum, *furtiva ſua & diaboli condimento dulciori Venere*, maritis indunt?

16. An ſaltem, ubi gemelliferus uterus eſt, ſuos ille gemellos commodiùs longè non perferat atque pariat geminis expaſſis cornibus illis, quam ſtrictô ſui corporis unicô fundô?

17. An utero competat *Architectonice*? Hoc eſt, an mirificæ membrorum compagis technicus ille ſit Auctor & induſtrius artifex atque fabricator? An verò, *uti modò prænotatum eſt*, Embryonis formandi, formatique conceptaculum duntaxat atque proplaſma & ovorum incubatorum veluti nidus?

18. An nôn uterus, ad ſuos illos conceptus formandos, eâdem cum cerebro quatuor arteriarum prærogativâ gaudet?

19. An non uterus, *rurſum*, ſuorum conceptuum ergò, *& unius cerebri concipientis more*, Arteriarum quaternarum ſynanaſtomoſes habet?

20. An iſthæc ſanguinis uterina vaſa in virgine, *perindè ac in puerpera*, criſpentur? Et an iſthæc criſpitudo aliquam, *ſuis ambagibus*, ſymbolam conferat vel ad perfectius ſemen elaborandum, vel ad durabiliorem Veneris titillatum commovendum atque ſuſtinendum? An verò tot iſthæc vaſorum poſt puerperium gyri atque calamiſtra, exindè duntaxat uteri latera cingant atque circumplicent, quòd uterus, *fœtû priùs onuſtus & unà cum vaſis extentus*, ſeſe poſt partum ad volumen contractius omninò reſtringat, atque adeò, vaſa priùs expanſa & extenta reducat & contrahat, ac proindè complicet & in cincinnos cogat elegantes?

21. An uterus, poſt partum, *Lochiis* undique diffluat ut ſordes ab hoſpite ſibi relictas totus eluat atque repurget?

An

An verò *Lochiis* istis fœtûs quidem recrementà nulla proturbet uterus, sed purpureum ediversò florem de se fundat? Floribus siquidem arteriarum delibatis atque purpuratis suum alumnum priùs respersit atque pavit: Nunc verò, florum omnium pedunculis partû divulsis, hoc est, *diruptâ uteri vasorum cum acinulis placentæ copulâ*, sanguineis vasculis uterus undique hiat, atque adeò, sanguine totus tamdiu manat, donec nimirum tot isthæc hiulca vasculorum oscilla, *utero pedententim contractiori atque contractiori*, strictiùs atque strictiùs concludantur ac omninò solidescant.

22. An uterus unico partû medius quandoque crepet? Gemellorum verò, ac etiam tergeminorum, extensioni atque gestationi nonimestri sæpiùs reluctetur indemnis?

23. An uterus onere depositò totus voluptate gestiat, novæque proli suscipiendæ totus inhiet? An verò tormina pariat, prolem ubi peperit, & prole parta Venerem reformidet atque refugiat?

24. An uterus, primogenitô fœtu nonimestri vel semel expansus atque spissatus, ad pristinas angustias atque tenuitatem sese unquam revocet?

25. An uterus, *distenti ventriculi more*, quo fœtu distentior, eo tenuior? An vero, quo fœturâ turgidior, eo etiam spissior evadat?

26. An uterus in gravida *cotyledonibus* certiùs protuberet, quàm in vacuâ geminis scrobiculis sinuetur?

27. An illorum sinuum dextrô mares foveat? Sinistrô autem fœminis incubet?

28. An uterus interior rugosus sit? Et an rugis ille suis semen firmiùs atque tutiùs implicet atque retineat ad conceptionem, quàm fœtum ipsum irretiat atque contineat ad partum?

29. An uterus Divina sit insimul & luxuriantis Naturæ faviſſa & corporis universi horrida Cloaca?

30. An uterini fundi foramina duo emissaria sint illius impuritatum? An vero ductus reverà sint frugiferi quippiam in uterum invehentes?

31. An

31. An uteri fundum utrinque arteriarum corollam in clitorida demittat? Et, an ſertum illud arterioſum, *more tæniarum quibus infantum capita ad humeros firmantur*, uterum confirmet? An verò, clitoride titillata & in laſciviam reſoluta, tot illæ arteriolæ, *quæ fundum uteri lambunt*, Venereæ voluptatis blandimenta ſint & illices?

32. An onuſta uteri navicula Vectorem jucundiùs, an injucundiùs admittat?

33. An ſenilis uterus, *in plethoricâ*, *v. g.* ſanguinis defectu & areſcat & ſterileſcat?

34. An matrix puellæ, *v. g. decennis*, Mater eſſe queat & ad Lunæ recurſus perindè florêre ac in adultiori?

35. An uterus aliquando frugifer antequam florifer? Hoc eſt, an fructus ſuos, *partu vivaci*, quandoque tulerit, menſtruis licet floruerit nuſquam?

36. An uterus in menſtruata perindè fermentetur atque turgeſcat, ac in recèns gravidata?

37. An uterus, *qui ferax eſt generis humani campus*, molas, monſtra atque tophos quandoque gerat?

38. An uterus prægnans, *ſalvô quandoque fœtu*, vel periodicè vel erraticè ſanguinem ubertim fundere queat?

39. An iſthæc ſanguinis eruptio vel à vagina vel ab utero ſcaturiat? Si à vagina, an ſemper ſalutaris, an verò lethalis etiam exiſtat? Si ab utero, an propter aliquot acinulos placentulæ ab uteri copula diremptos? An verò, propter ipſius uteri ſanguinem impetu & copia Chorion ſibi reſpondens ab utero diſnectentem & porulis fugientem alienis à placentâ?

40. An placentâ uterini fundi latera penitùs opplente, *atque ità omnes omninò laterales atque ſupernos in uterum aditus intercludente*, ſuperfœtatio contingere queat? An veriſſimè autem, tunc temporis illam obtingere poſſe contradictionem omnem involvat?

41. An omnis etiam ſuperfœtatio veniat explodenda dum prægnantis uteri cervix interior tam arctè clauditur ut omne

prorſus virile ſemen excludat? Sed illud ſinat vel confeſtim effluere virtute caſſum, vel in vaginæ ſuæ navicularem foſſulam vapidum dilabi?

FINIS.

De Tubis Uteri.

1. An uterinæ Tubæ in brutis duntaxat animantibus conſpicuæ ſint, *utì Laurentius docet*? An ratione verò & experientia in fœminis etiam deprehendantur?

2. An illæ totaliter ſolidæ & impervіæ, *utì ajunt*? An verò univerſè cavæ & perviæ ſint?

3. An rurſus illæ ſint partim quidem concavæ atque meabiles? Partim verò compactæ & inviæ, *utì Nobis illudere ſtudent*?

4. An uniformes & æqualiter excavatæ? An autem, hinc indè protuberantes atque cellulis extructæ?

5. An ſuis illæ cellulis Ova non unicè tranſmittant? Sed & illa quandoque concludant atque conſervent? Atque adeò, non ſolùm genuini ſint illæ *Ovi-ductus*, ſed & veriſſimi *Ovorum nidi*, ſive conceptacula atque promptuaria?

6. An illæ itaque vel ſemper vel nunquam inanes deprehendantur? An verò rejectaneis uterinis aliquando ſcateant? An potiùs autem vel ſemine effuſo, inibique varie alterato atque corrupto; vel integris Ovis quandoque turgeſcant?

7. An à teſticulis illæ quidem oriantur anguſtæ? Sed uterum verſus pedetentim lateſcant? An verò, ab uterini fundi lateribus utrinque ſtrictiores exiſtant, ſed ſenſim amplientur, dum teſticulis proximant?

8. An alicubi valvulis interciſæ? An verò liberæ paſſim atque patentes?

9. An

9. An ipſarum valvulæ ab utero ſint averſæ? An autem ad uterum obverſæ? An porrò Chimæricæ prorſus?

10. An illæ tubæ immobiles ſemper atque ſtatariæ? An autem aliquando locò mobiles ac etiam errabundæ?

11. An itaque, vel nervoſæ totæ? Vel muſculoſæ totæ? An autem, partim nervales, partim verò lacertulis inſtructæ?

12. An illæ rurſus vel ſemper flaccidæ totæ atque collapſæ? Vel interdum etiam, omninò contentæ & expaſſæ?

13. An iterum ergo vel rigidi tubuli more, vel tenſarum fidium adinſtar, eâdem ſemper rotunditate conſiſtant? An autem aliquando lacertoſis ſuis illæ fibrillis dilatentur atque contrahantur?

14. An illarum oræ ab utero diſtantiſſimæ atque teſticulis proximæ, totæ ſint laciniofæ atque lacertoſæ? Hoc eſt, an muſculoſis illæ fimbriis orbiculatim & univerſè muniantur? Et an illæ fimbriæ vel ad tubarum fotum? Vel ad ipſarum robur? Vel, *quòd rei cardo eſt*, ad majorem inibi, *quàm in reliquis tubis*, diaſtolen atque ſyſtolen extructæ ſint?

15. An illi ſupremi tubarum lacertuli utì connexione, ità communione cum teſtibus ſemper careant? An verò cum ipſis aliquando copulentur & ſemen ab ipſis elidant atque corripiant?

16. An integræ tubæ ſemen illud in gravidis, *perindè ac in vacuis*, in uteri fundum transfundant? An verò, ſemen illud vel noxiè, vel innoxiè tamdiu conſervent atque cumulent, donec, *utero partu recluſo*, univerſum illud una cum Lochiis propellant atque repurgent?

17. An Hiſtoriæ de Fœtibus in Tubis ceu Apocrypha traducendæ veniant inſomnia? An autem Tubæ certò & indubitanter conceptionis locus aliquoties deprehenſæ ſint?

18. An illæ Tubæ fœtum intra ſe conceptum atque fotum & adultum neceſſariò vel detineant & unà cum matre ſuffocent? Vel in abdomen compellant atque fœtum inibi pariter & fœtam extinguant?

FINIS.

Parerga de Tubis Uteri.

1. An aliformes tubarum latitudines ab *Aretæo* cum *vespertilionum alis* comparentur? *Uti narrant*? An verò cum *navigiorum velis*? Imò, cum *malorum apluſtris*? Quid enim aliud ſonant τὼ τὸν νηὸς λαῖφεα, quàm *navium tænias* ad malorum cacumina volubiles? Nam uti profectò navîs illæ tæniolæ è malorum fatigiis aurâ quâvis flabellantur & exagitantur; ita prorſus, ad tubarum apices, mirificas vidimus modò lacinias, quæ, *pinnulæ verſatilis more*, ad omnem Veneris auram impelluntur & quaſi volitant.

2. An non interim iſthæc ſimilitudo cum alis, *etſi nuſquam ſit Aretæi*, lepidiſſima eſt? Nam præterquam expanſæ tubarum illæ tæniæ expaſſas veſpertilionum alas æmulantur, id inſuper præ ſe ferunt, *in Venere præſertim furtiva*, *quæ tota tenebrarum opus eſt*, ut noctu longè gratiùs quam interdiu explicentur atque pro ſuo modulo volitent.

3. An fœminei ſeminis à teſticulis per tubas in uterum via Veteribus fuerit incomperta? *Uti ſcriptitant*? An autem ab *Aëtio* atque *Galeno* & *Hippocrate* non modò calcata, ſed & ſæpè ſæpiùs monſtrata? Erectô quippe digitô vias illas Nepotibus ſuis ſæpiſſimè commonſtrant. Verùm, averſi Nepotum à ſuis Majoribus oculi *Aëtianas* illas atque *Galenicas* & *Hippocrateas apophyſes uteri*, *utrinque ſinuoſas*, *quibus fœmina ſuum ſemen in uteri fundum ejaculatur*, *ut ad virile perveniat*, nuſquam attendunt. Nunc verò defixis in Græcos oculis reſipiſcant omnes & uno confiteantur ore viam iſtam Græcorum primitùs eſſe, nec unquam ab ipſâ viſâ, *Magno licet ſibi Duce*, devient. *Fernelius* quippe, *Veri Reſtique tenaciſſimus aliàs*, viam quidem illam *Galenicam* eſſe mente conſpexit, ſed reapſe ab illa deſcivit & in errorem deflexit.

4 An veridicus ſit *Clariſſ. Laurentius* cum ſuis fœminei ſeminis

minis ejaculatoriis ſurculo quadruplici fruticantibus? Latiore, ſed breviore uno, in Tubas exporrecto? Strictiore, ſed longiore altero, in vaginam excurrente?

5. An fœminæ, vacuæ quidem, ſurculis iſtis amplioribus, ſed brevioribus, ſuum ſemen in uteri fundum ejaculentur? Prægnantes verò, anguſtioribus, ſed longioribus aliis in uterinam utique cervicem externam illud idem effundant?

6. An gravidæ dulcioribus omninò atque diuturnioribus Venerei titillatûs deliciis & incantamentis idcircò permulceantur, quòd in iſtis ſentilibus viarum ambagibus, *in vaginam uſque reflexis*, fœmineum ſemen vividius atque diutiùs catulliat, atque adeò vividiùs etiam atque diutiùs titillet atque delinat? In vacuis autem fœminis, quibus iter ſeminale nec ità anguſtum, nec ità devium atque flexuoſum eſt, ſed patens atque breve, minores longè brevioreſque Venereæ titillationis illecebræ atque dulcedines excitantur?

7. An vaſorum fœmineum ſemen diverſimodè jaculantium quadrifidus ille diremptus *Laurentio* glorianti ſit aſcribendus? An autem *Varolio?* An verò *Fernelio?* An verè tandem Anatomicorum illi Coryphæo, vetuſtiſſimo nimirum *Herophilo?*

8. Sed amabo! An non illius inventi litigium omne de Junonis eſt umbra? Illius etenim quadrifidi vaſis idea umbratilis eſt omninò atque Chimærica. Quid ergo tot oculatiſſimis alias in Anatome Viris tantam cæcitatem intulit, ut Chimæram non modo viderint atque palparint, ſed & vitam atque palpatam inſculpſerint æri? Meæ ſunt profectò Spermaticæ atque Hypogaſtricæ fundi collique matricis in Cadaveribus arteriæ ſanguine caſſæ atque contractæ, quas uti candicantes atque criſpatas viderunt atque palparunt, ità certè, quaternas illas ſub idea quadrifidi vaſis ſemen ejaculantis delineatas evulgarunt, ſed hallucinatione penitùs ſupinâ ac omnino cæcâ atque fallaci. *Videſis quæſt. meam* 20. *quæ de Uteri criſpatis Arteriis eſt.*

9. An itaque, *fictitiis illis Nodi rivorum Uterumque vaſculis rejectis*, tubarum munus nullum erit, nec amplius *Portitoris*

partes ſuſtinebunt, quò fœmineum ſemen, *à teſticulis in uterum*, fœcundè tranſvehant? *Utì hic de Tubis uteri quæſt.* 15. & 16. *prænotatum eſt?* An verò eædem illæ Uterinæ Tubæ teſticulorum utrinque firmamenta duntaxat atque columina ſtatuenda ſint? An autem ipſius etiam uteri fulcra atque retinacula cenſenda veniant, illumque, *anſarum adinſtar*, in utramque partem ſuffulciant ne vacillet, atque adeò, ne alterutrum ile præ altero quandoque prægravet?

10. An illæ demùm Tubæ libramenta ſint non unius ſolùm uteri, ſed & fœtûs inſimul intra Uterum ex umbilico librandi? Vel aliter, an Uterini navigii, fœtu onuſti atque depreſſi antennæ ſint atque ſuſpenſoria?

FINIS.

COROLLARIA
DE
HUMANO FOETU.

1. Fœtus intra uterum nec ſugit, nec reſpirat, nec vagit.

2 Eju interea ſanguis circulari motu cietur.

3. Circulantis ejus foramina tum *ovale*, tum *rotundum*, qui vel ignorat, vel Neotericis aſcribit, is profectò, & in Phyſicis, & in Veterum Placitis hoſpes eſt.

4 Sanguinis illius circumactû Meconium, *quod triplicis recrementi amalgama profitemur eſſe*, in fiſtulam inteſtinalem deponitur.

5. Id Meconii in Partionis tempus, Decumanâ obſerari Portâ contendimus.

6. Inteſtinorum nihiloſecius motum complexus atque compreſſus, ſeu periſtalticum, nequaquam ſufflaminamus.

7. Fœtus uterinâ cuſtodia detentus non magis in *Allantoeidea* quàm in Patrios cineres meït.

8. Fœtui quippe *Farciminalem* tunicam qui tribuit, Botulario quàm Profectori propior eſt.

9. Qui inſuper Urachum aſtruit ipſi, brutam ſtatuminat Anatomen.

10 Fœtus igitur, Umbilicali fiſtulâ naturaliter ſi meïat.

— *in me veniant mictum atque cacatum.*

11. Fœtûs *Chorion* immediatè ad Uterum atque Placentam annecti ſentiuum mentiſque ἀξιπιςίᾳ deprehenditur.

12. Venam Umbilicalem, genuinam Fœtûs nutriculam eſſe profitemur.

13.

13. Apophyſin coli, qui vel Majoribus noſtris indictam, vel in fœtibus ſolidam aſſerunt, nec Manibus Antiquis, nec Veritati litarunt.

14. Capillos, adipem, cuticulam & clauſulas digitorum ſummas fœtui qui detrahit, ſuum illi *Benè Eſſe* detrahit.

15. Fœtum omnem dentibus inſtructum ſub dias venire luminis auras, qui neſcit, veriſſimum neſcit.

16. Fœtibus *Cotyledonas* tribuere annoſioris eſt Bubulci, erroneos Vitulâ ſuâ ſulcos infindentis.

17. Fœtûs partes ſingulas inſimul perfici, qui Nobis obtrudunt, ſua Nobis figmenta, non verò Myſticæ Naturæ ſecreta revelant.

18. Aſtrîs male propitiis Octimeſtrem naſci qui reputant, infelici natos ſidere ſeſe produnt.

FINIS.

CAROLI DRELINCURTII

C. F. & C. N.

DISSERTATIO
ANATOMICO-PRACTICA
DE

LIENOSIS.

Viris Pietate & Eruditione Conſpicuis,

D. D. CAROLO DRELINCURTIO,

PATRI REVERENDO, ATQUE PROMOTORI SUSPICIENDO;

D. D. ANTONIO DRELINCURTIO,

MEDICIS GENEVENSIBUS AGGREGATO, ET EXCELLENTISS. REIP BERNENSIS MEDICO EXTRAORD. PATRUO MEO HONORANDO,

D. D. PETRO DRELINCURTIO,

LEGUM DOCTORI, ECCLESIÆ SANCTI PATRICII IN ARMAGH DECANO; ET ECCLESIÆ SANCTÆ TRINITATIS DUBLINENSIS PRÆCENTORI, PATRUO MEO ALTERI VENERANDO;

NEC-NON

D. D. DANIELI DE MALNOE,

NUPER IN CURIA PARISIENSI CAUSARUM PATRONO, NUNC AUTEM, CHRISTI CAUSA, AD BELGAS PROFUGO, AVUNCULO MEO COLENDISSIMO,

D. D. D.

CAROLUS DRELINCURTIUS,

Theſium Delineator & Defenſor.

PROOEMIUM.

LIENOSOS ſcrutari nequeo quin *lienem* ipſum in puris naturalibus explorem. *Rectum* [a] enim eſt *index ſui & obliqui.*

Potiora igitur *de liene ſalubri* delibanda veniunt, antequam *viſcus ægrum* plenè ruminer. Medico quippè futuro corpus humanum [b] *Lynceis oculis* contemplandum eſt, immo [c] *manibus oculatis* attrectandum, ut intimos ipſius rimetur receſſus, & partium ſingularum *ſitum*, *numerum*, *magnitudinem*, *figuram*, *colorem*, *connexionem*, *communionem*, *actionem*, *& uſum*, à capite ad calcem, [d] *cogno ſcat.* Nequaquam igitur ſimplex interiorum imago, expreſſiſſima licet *vel peniculo*, *vel ære*, attendenda eſt, ni velimus eſſe *ex libro* [e] *Naucleri*; ſed extiſpicio opus eſt, ut *ſcrutemur*, [f] *quæ naturæ latibulis abſcondita ſunt*, & veluti *ſecreta* [g] *corporis in arcano atque operto.* Quid enim nobis *certius ipſis*

Senſibus [h] *eſſe poteſt, quò vera ac falſa notemus?*

Manum idcirco operi admovi, ut pro [i] *modulo*, quo *me dimetior*, *mecum* [k] *habitans* quid de liene ſentiam enunciem.

DIS-

a Gal. *Edit. Baſil.* 1538. *T.* 1. *p.* 8. b Orph. *Argon verſu* 180. *p.* 15. Pindar. *Nem.* x. *p.* 228. Ariſtoph. *Plut. Act.* 1. *ſc.* 2. *p.* 23. Plat. *Epiſt.* 7. *p.* 344. *A.* Theocrit. *Idyll.* 22. *verſu* 193. Apollon. Rhod. *Argon.* 1. *verſu* 153. *p.* 17. Cic. IX. *Epiſt.* 2. Hor. 1. *Sat.* 2. *verſu* 90. 1. *Epiſt.* 1. *verſu* 28. Hygin. *de Argon. n.* 14. Valer. Flacc. *Argon.* 1. *v.* 464. *p.* 18. Plin. *lib.* 2. *cap.* 17. *p.* 11. Plut. *Tom.* 2. *p.* 1083. *D.* Gal. *T.* 1. *p.* 365. Pauſan. *Meſſen. p.* 219. Lucian. *Tim. p.* 41. *Char. p.* 171. *Hermo. p.* 287. *pro Imagin. p.* 607. *Icarom.* 731. Philoſtrat. 2. *Icon.* 2. *p.* 802. Boëth. *Conſ. Phil.* 3. *Proſ.* 8. *p.* 134. Suid. in Ἀνγκέως *p.* 64. *&* *Cent.* 9. *n.* 57. Tzetz. *Chil.* 2. *n°.* 48. *verſu* 692. Apoſtol. *Cent.* 12. *n.* 13. *&* Prov. Vaticanor. *Cent.* 2. *n.* 64. Phavorinus, *in* Ἀνγκεὺς *p.* 343. *&* Natal. Comes 8. 8. *p.* 858. c Hipp. *Edit. Frob.* 1538. *p.* 4. 82. *&* 89. Plaut. *Aſin. Act.* 1. *Sc.* 3. *verſu* 50. *&* Gal. *T.* 1. *p.* 381. *&* 544. d Hipp. *p.* 63. 48. 81. 98. *&* Gal. *T.* 1. *p.* 129. *&* 144. e Gal. *T.* 2. *p.* 68. 46. *&* 351. 10. f Div. Ambroſ. *Hexaemer.* 6. *T.* 1. *p.* 88. g Columell. *de Re Ruſt. lib.* 3. *cap.* 10. *p.* 102. h Lucret. 1. *v.* 699. *&* 700. Gal. 1. *p.* 7. 9. 16. *&* 17. i Hor. *Ep.* 1. 7. 98. k Perſius *Sat.* 4. *verſu ult.*

DISSERTATIO ANATOMICO-PRACTICA DE LIENOSIS.

CAPUT I.

I. LIEN positus est in [a] hypochondrio sinistro, è regione jecoris ὡς ἀντίζυγον, ὅπε νόθον ἧπαρ, *ceu* [b] *oppositum vel spurium hepar*, quod genuini sit hepatis æquipondium. Id enim viscoris à *Veteribus modò prolatis*, nec non ab *Aretæo*, *Gal Polluce*, & *Hesychio*, hepati l'σόῤῥοπον, l'σόβαρες, l'σοσθμον, ἢ l'σόζυγον passim enunciatur. Is autem lienis situs sub diaphragmate est inter costas adulterinas atque [c] ventriculum, quem parte sui simâ complectitur, dùm gibbâ suâ per fibrillas nervosas diaphragmati [d] cohæret. Tàm profundè porrò reconditus est ut palpari nequeat, nisi *natura* vel *morbò* declivior sit. Lienalem quippè situm sæpè mutari constat, non modò ratione sedis vel *humilioris*, vel *elatioris*, sed ratione sedium ejus universè. Is siquidem ab [e] *Aristotele* & [f] *Plinio* reci-

a Hipp. *p.* 54. & Arist. *Edit. Paris.* 1619 T. 1. *p.* 776. & 790. *nec-non* Græcus Anonymus *Edit.* 1616. *Cap.* 17. *p.* 20. b Arist. T. 1. *p.* 1005 1009. & 1010. *Vid.* Hofmann, *Apolog. Lib.* 2. *Cap.* 35. *p.* 92. c Hipp. *p.* 248. & Jul. Pollux, *p* 84. d Gal. T. 1. *p.* 415. e *Tom.* 1. *p.* 776. *quem oscitanter legerat* Averroës *Colliget.* 4. *Cap.* 4. *fol. verso* 62. *Tom.* 9. hominibus *enim tribuit, quæ Philosophus* brutis *hæc adscribit.* f Hist. Nat. xi. *Cap.* 37. *p.* 281. v. 31.

recitatur prodigialiter locum, in *quadrupedibus*, cum hepate permutasse, uti singulatim de *cuniculis* oculatus id ipsum testatur g *Ad. Spigelius*: Sed istud, seculis aliquot, ante *Plin.* in ipsis cadaveribus humanis h Herophilus viderat. Hoc i autem seculo medio tàm fortunatæ fuerunt Rev. Parentis Anatomes primitiæ ut *Parisiis* monstrificum illud viderit cadaver, cujus viscera, *sedibus permutatis*, *lienem* cesserunt à dextris, & *hepar* a sinistris. k

Tanti prodigii, à te visi, luculentum & alterum testem mihi produxit, *Riolanum* scilicet, qui monstri tanti rumore permotus, ut-ut senex & sinicernius ad cadaver convolavit, quò rem tantam ferox ad l Nepotes transmitteret. Nec defuerunt Musæ ejusdem æmuli, id enim certatim delinearunt m *Mentellus*, atque *Carrierus*. Sicut autem *Herophilus* id ante *Plinium*, ita o *Pancratius* id ipsum ante *Riolanum* detexit: Imo p *Fr. ab Aquapendente* prodigium parile n vissimo seculo sedulus annotavit, & ante ipsum rursùs *Cornel. Gemma* consimili phænomeno suas locupletavit q *Cyclognom.* atque r *Cosmocriticen.*

Huc refero *Par. Rev.* phænomenon & alterum, fœtum scilicet nonimestrem, cujus *lien* nullus erat in hypochondrio. Is enim veluti cuniculis actis sese per medias diaphragmatis fibras carneas in pectus sustulerat, & pulmonis lobum, sibi contiguum, compressu suo tabefecerat s.

II. Numerum quod attinet, *lien* unicus est è naturæ præscri-

g *Anat.* VIII. *Cap.* 5. *p.* 217. h *Testis Gal. T.* 1. *p.* 172. i *Ann. mirum* 1650. k *Phænomenon istud* Abr. Berkelius *ab omni prorsus oblivione vindicavit. Id enim, in* Rev. Par. honorem, *adamantino stylo publicis fixis*, æternisque *Steph. de Urbib.* monimentis *inscripsit*, *in Abdavia. p.* 129. l *Vid. p.* 118 *Op. eius Anat.* m *In Epist. ad Pequet. gratulator.* n *Obs.* 17. *apud* Borell. *p.* 49. o *Ann.* 1643. *uti liquet ex ejus Penteo.* 5. *Obs.* 7. p *Schenk.* 3. *Obs.* 9. q *Lib.* 1. *cap.* 6. *p.* 75. *Edit.* 1569. r *Lib.* 1 *cap.* 6. 106. *Edit.* 1575. s *Hist. videsis in Thesibus de* Liene *p. m Viri* Johan. van Flammerding. *Præ-*

ſcripto. Nihiloſecius duplex obſervatus eſt ab [t] *Ariſtotele*, à [v] *Cælio Rhodigino*, à [x] *G. Rhondeletio*, à [y] *C. Gemma*, à [z] *B. Cabrol.* à [a] *D. de Marchett.* ab [b] *A. Bourdon*, & *ab Excellent. D.* [c] *Hardero*, nec non *ab* [d] *Ephem. Germ. Obſervatoribus* ſeduliſſimis & acutiſſimis. [e] *Cæcilius verò Folius*, Venetiis, *duos*, *tres*, imò *quatuor* vidit. *Fallopius* [f] pariter *tres* lienes enumerat, unum juſtæ magnitudinis, alterum dimidio minorem, tertium denique ovi columbini mole. Quî verò id fiat legere eſt apud [g] *Levin. Lemn.* & [h] *G. Hofmann.* ſed è diverſo *liene* nullo [i] *Philoſophus* cadaver narrat, cui ſuffragatur [k] *Holler.* [l] *Bauhinus*, [m] *Laur. H. ab* [n] *Heer* & [o] *Kerkring.* Tales itaque homines comparandi veniunt vel cum [p] *volatilium quibuſdam*, vel cum *inſectis*, *quæ* [q] *liene carent*, etſi vulgò de ipſis jactetur ἔχει ὃ ηλὶ ἡ μῦα τὸν σπλῆνα. Imò nihil inter homines iſtos atque inter quadrupedem intereſt, *Democritus* enim, *Ariſt. Plin. Solin. Alb. Magn. Geſner.* & *Aldrovandus* unanimes atteſtantur *lienis exortem eſſe chamæleonta.* Id ipſum verò teſtatius apud me reliquit [r] *Panarolus* animalculi profector, nec non *Regia Pariſienſis Societas*, quæ diſſecti chamæleontis nitidiſſimam icona, lienis neſciam, *ad Rev. Par.* [s] tranſmiſit.

III. Illius porrò viſceris *magnitudinem* ſi dimetiar, illa certè nuſquam [t] *eadem* neque ſecundum, neque p, n. Longitudine

ſide Rev. Par. 1671. t *Tom.* 1. *p.* 1124. & 1127. v *Lib.* 24. *Cap.* 3. *p.* 1324. x Schenck. *lib.* 3. *Obſ.* 1. y Coſmocrit. 1. 6. *p.* 105. z *Obſ.* 15. *p.* 8. a Anat. *cap.* 4. *p.* 47. b Anat. *cap.* 17 *p.* 88. c Obſ. 45. *p.* 199. d *An.* 1672. *Obſ.* 172. *p.* 327. & 1686. *Obſ.* 61. *p.* 113. *Huc refero Obſ.* 8, Dan. Horſtii *p.* 19. e *Barth. Epiſt.* 62. *Cent.* 1. f *Obſ. ad P. Mannam. fol. verſo* 108. g *De Occult. Nat. mirac.* 4. *cap.* 7. *p.* 519. h *Lib.* 4. *de Gener. hom. cap.* 10. *p.* 98. & 99. i *Tom.* 1. *p.* 1124. k *Lib.* 1. *cap.* 66. *ad calcem.* l *In append. ad Roſſet. p.* 384. m Anat. *quæſt.* 25. *p.* 323. n *Obſ. p.* 221. o *Obſ.* XI. *p.* 31. p Ariſt. *T.* 1. 789. *B.* & 1011. A. Conring. *de Sang. cap.* 13. *p.* 98. R. Moræus *de Conſ. Val, p.* 693. Entius *Apolog. n.* 23. *p.* 60. q *Vid.* Anonym. Græc. *cap.* 7. *p.* 20. & Camerar. *Cent.* 6. *Obſ.* 37. *p.* 372. r *Obſ. pag.* 98. s *An.* 1669. t *Ariſt.* 1. *p.* 776. 789. & 1010.

dine vulgari ſex digitorum eſt, latitudine trium, craſſitie autem unius alteriuſve pollicis.

IV. *Figuram* pariter variare [v] *Fern.* docet. Vulgò tamen oblonga eſt, & plana atque lata, hoc eſt *plantæ pedis æmula*, juxta [x] *Hipp.* [y] *Ruff. Eph.* & [z] *Germ. Ephem.* Exinde eſt ut à *Dioſcoride*, *Plinio*, *Martiali*, *Polluce*, & *Heſychio*, lintea oblonga, & ipſa emplaſtra fronti vel ubivis admovenda [a] *Splenia* vocitentur. Rei autem ipſius, ut & nominis excogitator, teſte [b] *Galeno*, celebrandus eſt [c] *Hippocrates.* Aliàs verò *lien* vel *rotundus* vel [d] *trigonalis* vel *tetragonus* eſt. Uno verbo, id viſceris [e] *Proteo* & [f] *Thetide*, vel ipſâ [g] *Empuſa* mutabilius eſt, uti conſtat ex *Horſtio*, *Piccolhomino*, *Riolano*, *Rhodio*, &c.

Is autem naturæ luſus *in liene*, eò facilior eſt, quò *lien* tenerior, & mollioribus glandulis [h] *laxior.* Sic enim ipſi multiplex character, *veluti ceræ*, vel *univerſe* vel [i] *partim* imprimitur.

V. *Colorem* ſi luſtremus, is certè variatur ratione *animalium*, & *ætatum*, nam in calidis [k] *leone* & *cane* nigricat; albicat

Gal. *Tom.* 1. *p.* 173. Laur. 6. 21. *p.* 321. v *Phyſ. lib.* 1. *cap.* 7. x *Pag.* 54. 38. y *Edit. Pariſ.* 1544. *p.* 44. z *An.* 1682. *Obſ.* 2. *p.* 8. a *De quibus fuſè Andr. Lacuna in Epiſt. Gal. p.* 153. b *Tom.* 4. *p.* 103. c *Pag.* 460. 515 & 520. d *Ut in Samiis à* Rev. Par. *profectis*, *quos Animalibus ſuis* Blaſius *interſerunt*, *p.* 109. & 111. e *Odyſſ.* 4. *verſu* 417. & 457. Plat. 1. *p.* 5[illegible]. *Edit.* 1578. Diodor. 1. *p.* 56. Georgic. 4. vers 406. Faſtor. 1, verſ. 369. De Arte Am. 1. 763. Metam. 8. 734. Lucian. *p.* 505. & 1085. *Edit. Pariſ.* f Plat. T. 2 381. & Apollodor. 1. *p.* 8. g Ariſtoph. *in Ran. Act.* 1. *Sce.* 6. Demoſt. *de Cor. p.* 494. Lucian. *p.* 505. Harpocrat. *p.* 147. Philoſtrat. *Apoll.* 2. *cap.* 2. *p.* 58. Heſych. *p.* 320. Euſeb. *in Hieroclem. p* 460. Phot. *Biblioth. n.* 44. *p.* 30. Suid. *in* Ἔμπουσα, Euſtath. *ad calc. Odyſſ.* xi. Etymol. Magn *p* 335. Phavorin. *fol.* 183. Rhodigin. xi. xvi. *p.* 583 Eraſm. *in Adag. p.* 849. Lavater *de Spectris p.* 7 Wierus *de præſtig. Dæm. p.* 71. & Natalis Comes 8. 8. *p.* 853. h Malpig. 1. *p.* 102. i Hipp. *p.* 63. Pollux *p.* 84. k Gal. T. 1. *p* 173. 18. Tom. *autem* 3. *p.* 362. 7. *ſaporem recipit* acidum,

bicat autem in frigidis, *sue* & *vitulo*; Sic qui rutilus in fœtu, [l] *nigrescit ætate*. Rarius enim in adultis vel *purpurea splendet*, vel *fulgenti candore notatur*, ut apud *Horst. Spigel Rhod.* & *Vesalium*.

VI. Vagatur lien in *Zibettâ*, in *hystrice*, & in *simia* mare & fœmina dissectis à [m] *Par. Rev.* In nobis verò *fibrillis* adstringitur ad [n] *hypochondrium sinistrum*, quas [o] *Mundinus* & [p] *Massa* tenuissimas delineant. Ventriculo præterea sinistroque reni cohæret, per epiploon & vasa. Immò fissuris suis, veluti fibris atque digitis, ventriculum singulariter amplectitur, uti viderunt [q] *Riol.* [r] *Horst.* [s] *Higmor.* [t] *Lindan.* atque *Par. Rev.*

VII. Visceris autem universa compages *tunica* succingitur atque firmatur, *tenui* quidem vulgo, sed quæ morbose *corii bubali* crassitudinem & robur contrahat, uti viderunt *Andernac. Columb. Bauhin Hofmann. Spigel. Riolan. Bartholin. Tulpius*, & ipsemet ego, *anser inter olores*.

VIII. *Arteriam* lien excipit *jecoraria decuplo majorem*, ex dimensione paternâ; *sextuplò* licèt illam, vel *quintuplò* duntaxat, Clarisc. [v] *Mochii* atque [x] *Wedelii* dexterr. aliàs atque fidiss. circinus describat. Isthæc autem *adeò capax*, vel à [y] *cœliaca* prodit, vel ab ipso consurgit [z] *Aortæ trunco*. Atque ità

dum, & austerum *in* leone, lœna, pardali, leopardo, urso, & lupo. l *Sic merito* luridus *audit*. Steph. de Mellis, *Tom.* 4. *p.* 260. m Blasius *de Animal. p.* 76. 78. & 109. n Hipp. *p.* 64. & 69 Pollux *p.* 84. Gal *T.* 1. *p.* 415. Vesal. 5. 9. *p.* 393. Col. xi. 7. Laur. *c.* 21. *atque* Spigel. 8. 14. *Fallax ergo* C. Celsus *lib.* 4. *cap.* 1. *p.* 183. *ubi lienem profert* ingenuum, *nec* serviliter *adstrictum*. o Anatom.. *fol. c.* 3. p Anat. *cap.* 15. *fol. verso* 26. q *pag.* 131. r *pag.* 131. s *pag.* 60. t *pag.* 68. v Fundam. *Med. p.* 378. x Machin. *Vit. cap.* 2. *p.* 300. y Laur. 4. 11. *p.* 146. Lauremberg. *Exercit.* 7. Barthol. 1. 16. *p.* 100. Plemp. *lib.* 2. *p.* 150. Glisson. *c.* 45. *p.* 517. Highmor. *lib.* 1. *p.* 64. Horn. *Microcosm. p.* 87. & Deusing. *de Corde p.* 56. z Jac. Sylv. *p.* 121. Car. Steph. *p.* 185. Fernel. 1. 7. *p.* 47. Columb. 11. 7. *p.* 425. Arant. *Obs.* 35. *p.* 99. Septal.

ità jure meritoque mirificus ille *Naturæ Pictor* [a] *Hipp.* ampliſſimam illam delineat. Nec iſthæc *capaciſſima* tantùm eſt, ſed & *longiſſima*, atque adeò longum iter agens ſurculos impertitur *epiploo ſuo*, ac illi glandulæ [b] *Hippocrateæ* majori, quam [c] *Ariſtot.* [d] *R. Epheſ.* [e] *Gal.* [f] *Theoph.* & *Oribaſ.* [g] *pancreas* indigitant. Quod reliquum eſt trunci multiplici ſuo ramulorum diremptu lienem ſubit univerſum & in intimiores ejus [h] *cryptas* longè lateque ſeſe diffundit. Falſò igitur adverſus *Hippocratem* & *Naturam* [i] *ipſam* ſcriptitant *lienis arteriam* in ejus limine hærere, ut exindè ſanguinem ſuum *roris ad inſtar* in viſcus effundat, tanquam in [k] *ſpongiam*; Αὐτοψία quippe reclamat, quâ docemur *arteriarium* [l] *myriada* vel abſtruſiores *lienis cellulas* quoquoverſum pervadere, & affatim irrigare.

Lien ergo *ſincerum ſanguinem* accipit *à corde*, nec uti [m] *Fallop* putidè docet *excremento nutritur*, quaſi [n] *bos Cyprius* eſſet. Putidior adhuc [o] *Lælius à Fonte*, cui *lien corporis eſt cloaca*. Apage hinc *ſtercoreos* Doctores illos ad [p] *Ariſtophanis* σκατοφάγους *Merdivoros*.

IX.

in Ariſt. Probl. Tom. 2. *p.* 34. Jeſſenius *in Anat. Pragenſi fol.* 48. Riol. 11. 23. *p.* 131. & Rev. *denique Parens.* a *pag.* 166. & 169. *Sic* Avic. *lib.* 3. *Fen.* 15. *tract.* 1. *cap.* 2. *fol.* 782. & Aponenſ. *differ.* 31. *p.* 49. *D.* b *Pag.* 56. c *T.* 1. 800. *C.* d *Pag.* 29. e *Tom.* 1. 197. 34. f *Pag.* 31. *Edit. Pariſ.* 1555. g *Pag.* 46. *Edit. Pariſ.* 1556. h Amplitudines & helices *ſunt Hipp. p.* 169. 31. *ſed apud ſanguiorem Medicinæ ſcriptorem* Nic. Habicot poroſitates *duntaxat audiunt*, *Lect.* 2. *p.* 45. i *Is enim* è naturæ Libro *vera protulit p.* 23. 24. 63. 64. 166. & 169. *nec non* Gal. *T.* 1. *p.* 173. 414. & 415. *atque* Mundin. & G. de Zerbis, *Anat. fol.* 22. k *Veſal* 15. 9. *p.* 394. *una cum ſuis plagiariis cæcis, quibus me pudet* Riolanum *adnumerare Anthrop.* 223. *p.* 132. l *Ut elegantèr* Plantini *atque* Caſſerii *Tabulæ demonſtrant, p.* 87. & 167. m *Inſtit. Anat. p.* 435. *Vid.* Conring. *de Sang. à p.* 96. *ad* 117. n Proverb Vatican. *Cent.* 1. *n.* 11. & *Cent.* 2. *n* 44 Feſt. *lib.* 3. *p.* 110. Diogenian. *Cent.* 3. *n.* 49. & 5. *n.* 80. Heſych. *p.* 573. Suid. *Cent.* 4. *n.* 53. *Vid.* Plin. *l.* 28. *cap. ult. p.* 708. & Ariſtoph. *Schol. p.* 74. *C.* o *Conſ. Med.* 99. *p.* 545. p Plut. *Act.* 3. *Sc.* 2.

IX. Venas sortitur numerosas & amplas, quæ ab ejus concavis assurgentes ramum constituunt splenicum, in quem e ventriculi fundo venulæ tendunt [q] *ternæ*, vel [r] *quaternæ*, quas vasa brevia vocitant, quæque sanguinem unicè revehunt *è stomachi fundo* in lienis venam, & indè in portam, ut perappositè notant [s] *Jac de Back*, & [t] *Fr. Zypæus*. [v] *Averroes igitur*, [x] *B. Gordon.* [y] *Joh. de Vigo* [z] *Jac Guillem.* [a] *Fabr. Hild.* [b] *Rob. de Fluctib.* [c] *Th. Gelæus*, ac illustris ipse [d] *Gassendus* malè fidi sunt, è vasis tot illis retegentes unicum.

Infidus pariter [e] *Leonh. Botallus* dùm ex illis quaternis *duo* tantùm exhibet.

Fallax insuper, *& circuitui sanguineo penitùs adversa*, ingens illa Scriptorum turba, quæ tubis illis *chylum in lienem* deducunt. Sic rursum perindè fallaces, *apud nos audiunt*, qui vel hilum *succi proficui* à liene *in Ventriculum* corrivantur. [f] Atque ità ingens illud Philosophiæ lumen, *Renatus* [g] *Carteſius*, Medicis non illuxit. Is enim ipsis, *super hac lite* tenebroso [h] *Heraclito* tenebricosior est. Ambiguam vere mentem ejus quocunque flexeris, in totidem Anatomes tenebras densas inflexurus es. Devii sunt insuper à Naturæ Libro, [i] *nodum* qui *Gordianum* illum exsecant, mordicus negando vasa existere brevia: Confutantur enim cadaverum

ali-

q *I. R. Saltzmann. Obs. Anat. p.* 55. r *Ex Obs. Paternis.* s *Dissertat. de Corde p.* 95. t *Fundam. n.* 9. *p.* 68. v *Coll get.* 2. *cap.* 9. *p.* 22 *vol.* 9. x *Cap. de Urin.* 24 *fol.* 461. y *Anatom. fol.* 14. z *Lib.* 2. *p.* 79. a *Cent.* 2. *obs.* 45. b *Anat.* 4. 8. c *Lib.* 6. *cap.* 23. d *Tom.* 2. *p.* 222. *&* 298. e *Obs. Anat. p.* 63. f *Vid. hic Thes.* 3. *n.* 2. *&* 4. g *Lib. de Hom. part* 1. *n.* 11. *p.* 6 *Edit. Amstel.* 1680. h Cognomento *quippe* σκοτεινὸς perhibetur. *Cic. Fin.* 2. *n.* 5. 1. *de Natur. Deor. n.* 26 3. *n.* 14. *de Divinat.* 2. *n.* 64. Laert. *lib.* 9. *p.* 240. 241. i Curt. *lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 14. Plut. *Tom.* 1: *p.* 674. Justin. XI. 7 *p.* 223. Arrian. *lib.* 2. *de Exped. Alex. p.* 87. Auson. *ad Paul. p.* 338. *&* *Epist.* 24. *versu*

αὐτοφύκα, nec non [k] *Hippocrateis* atque [l] *Galenicis* ſtylis *ſtanneis*, *æneis*, *ferreis*, *argenteis*, atque *buxeis*, in iſthæc vaſa intruſis. Valeant igitur qui hoc ſeculo, & quidem hâc in mediâ ſcientiarum meridie, *noctuarum inſtar*, adhuc dùm caligant, nec vaſa tàm luculenta detegunt.

Deflectunt tandem & à tramite recti, *Bauhinus*, *Spigelius*, *Highmorus*, atque *Diemerbroek*, vaſa hæc fingendo *inoculari ſplenicis arteriis*, ſed amicâ manu peritiſſimi [m] *Bohnii* reducuntur in viam.

Nos verò, non ſolùm hinc, ſed ab omni viſcere, *arteriarum cum venis commiſſuras* longè ſummovemus. Hic enim [n] *Hippocratem* & [o] *Galen.* inſimul, nec non [p] *Carteſium* ruſſus, atque conjunctiſſimum olim *Rev. Par.* conditipulum [q] *Joh. Pecquetum* ejuramus. Illorum quippe ſinguli *extremas arteriolas venulis extremis* inſerunt, atque ità procedere putant μετάχυσιν illam, quâ ſanguis ab *arteria* elutriatur in *venas*. Sed aperto pectore profitemur, [*una cum oculatiſſimis G. Harveo, atque G. Charletono*] nullam omninò dari ullius *arteriolæ* cum *venulis* anaſtomoſin, millies licet ab ævo Priſco recitatam.

X. Lienales deindè nervi numeroſè fruticant à *pari* [r] *vago*, quod *laryngis*, *pectoris*; & *abdominis* eſt; Imo *brachiorum* & *crurum*, ex ἐγκεφάλου [s] paternâ, cujus ope protinùs è phænomenon labyrintho, *aliàs inextricabili*, ſeſe extricat. Illi autem nervuli comites indivulſi ſunt *arteriarum*: ad re-

con-

48 *p.* 682. k *Pag.* 223. 235. l *Tom.* 1. *p.* 109. 173. 194. & 238. m *In Circ. Anatom. Phyſ. Progymn.* 18. n *Pag.* 64. *verſ.* 39. o *Tom.* 1. 117. 143. 144. 148. & 201. p *Ibid. de Hom. part.* 1. *n.* x. *p.* 6. *quam mentem fovet* Jacob. Rohault. *Phyſ. l.* 4. *cap.* 5. & 12. *p.* 327. 338. & 341. *Cautior fuit* Lud. de la Forge, *vaſor. enim mutis ſilet ingreſſus*, *pag.* 131. q Differt. *Anat.* 5. *p.* 402. *Edit. Pariſ.* 1654. r Hipp. *p.* 61. & 317. Pareus 2. 20. *p.* 93. Piccolh. *Lect.* 21. *p.* 136. Jeſſen. *Anat. Prag. fol.* 47. Malpigh. *cap.* 3. *p.* 107. 110. 111. *Male itaque* Bouſſuet. *lib.* 8. *p.* 193. *atque* Spigel. 8. 14. *p.* 242. lien inſenſibilis *eſt*. s *Quam requiro in* Molinetto, Willis:

conditiores usque viscéris porulos, sicut industriè [t] *Glissonius* atque [v] *Warthonus* scrutati sunt. Cæcutiunt ergo [x] *Vesalius*, atque [y] *Vesslingius* cum suis lienalibus nervis unicè externis.

XI. Reliquias tandem Anatomes nostræ Vasa *lymphatica* excipient, è profundis usque lienalibus cavernulis. Sed cavere est, ne ruditate cœcâ [z] *J. de Muralto* istæc *à liene in pancreas* exportemus. Qui igitur peritior & oculatior avet haberi, consulat velim *Rubeckii* Tabulas, *Siboldi Hemsterhuys* Messem auream, *D. Lamy* & p. m. Rev. Præc. meum *D. Nuck*, qui *multis quidem flebilis occidit*, * *Nulli flebilior quàm mihi.*

CAP. II.

Splenis porrò *textum* illud mirificum *rarum* est, & *molle* [a] *Hippocrati*, [b] *Celso*, atque [c] *Galeno*, atque ita lien perperam enunciatur *coactus* atque *compressus* à [d] *Mercurio Trismegisto*. Nusquam est ergo *parenchyma* sicuti vult [e] *Erasistratus*, [f] *Aphrodiseus*, [g] *Lactant* [h] *Oribas.* [i] *Septalius*, & *Entius* [k]. Longè appositiùs, *& ad naturæ normam*, lien est [l] *Hipp* ἀραχνοειδὴς; *telam* enim *araneæ* refert, & veluti *reticulum* est: Et ab illo *reti* Gallis dicitur *la* [m] *Ratte*. *Totus* ergò lien *fibrosus* audiat, obluctante licet [n] *Nicolao Massa*, & ab illis *fibris*, universum

Willis: *& aliis nervorum indagatoribus.* t Anat. *hepat. p.* 519. v *Adenogr.* 5. *p.* 16. x *lib.* 5. *cap.* 9. *p.* 395. y *Syntagm.* 4. *p.* 66. z *Exper. Anat. p.* 368. * *Hor. Cam.* 1. 24. 9. a *Pag.* 11. 40. 248. b *Lipsi.* 4. *cap.* 1. c *Tom.* 4. 392. d *Tom.* 5. *cap.* 6. *p.* 223. e Gal. *Tom.* 1. *p.* 172. & 414. *Tom.* 2. *pag.* 141. f *Problem* 72. *lib.* 2. *Edit. Paris.* 1541. g *De opificio Dei*, *n.* 14. h *Pag.* 50 *Edit. Paris.* 1556. i *Probl.* 5. *Sect.* 9. *Tom.* 2. *pag.* 34. k *Apolog. p.* 279. *n.* 54. l *Pag.* 63. 10 Gal. *exeges in hippocratem*, *atque* Jul. Cæsar. *Scalig. Hist. Anim.* 9. *Text.* 342. *p.* 1118. m Matth. *Martinio in V.* Lien. n *Anat. cap.*

ſum ſyſtema lienis, ab [o] *Hippocrate*, velut ipſum afflante *Minerva*, ἐκ διὸς τῆς κεφαλῆς, ad ravim uſque proclamatur. *Lienales* ergo [p] *fibræ in helices contortæ* ſunt atque *revolutæ*, & ſuis ſpiris *Galeni* conſtituunt κοχλίσκους [q]. Aſſurgant igitur *Hipp.* noſtræ *primævi Viri*, qui priſcum illud ejus inventum, ſibi *tornatile* arrogant. Is enim Magiſter primævus eſt, qui hancce docuerit *fibrarum* καλλιπλοκίαν καὶ συμπλοκὴν, quam in uno nuſquam demiror [r] *R. Epheſio*, Profeſſione Medico, ſed in *Marco Anton. Cæſ.* qui *corporis univerſi tale textum* eſſe ſolerter obſervat, [s] κροκύφαντον δὴ καὶ πλεγμάτιον nobis ob oculos ponit.

CAP. III.

Iſtud porro [a] *viſcus uſus ſui gratia*, plane litigioſum eſt: Quot *capita*, *tot ſenſus*: Nemine idem ſentiente, ne videatur acceſſio alterius.

Tantas autem inter Viros tantos componere lites meæ tenuitatis non eſt. Potiores interim ſententias proferam, aperturus deinceps animi paterni ſenſa [b].

I. [c] *Democritus*, [d] *Eraſiſtrat.* & [e] *Ruffus*, lienem fruſtra eſſe fabulantur; & iſtud putre atque olidum [f] *Iſidorus* movet, dum *ſplene*

cap. 15. *fol.* 26. o *Pag.* 41. *v.* 26. & 169. *v.* 31. & à Veſal. Fuchſ. Piccolh. Courtin. Spigel. *Highmor.* Gliſſon *atque* Whartono.

p *Vid.* Joh Bertum, *Sect.* 5 *de ſang. p.* 291. & Biblioth. *Anat. ſagacitatis in hæ. & laboris improbi, eruditiſſ. Aſclepiadum D.* D. le Clercq & Mangeti *Tom.* 1. *p.* 348.

q *Tom.* 4 *p.* 392. 25. Cavitates *ſunt*, cavernulæ, poroſitates, & cellulæ Nicol. *Habicot. Lect.* 2. *p.* 45. Coſmopolitæ *p.* 409. 410. & *Clar.* Dolæo *Encycl. Chir.* 3. *p.* 732.

r *Pag.* 44. *Edit. Pariſ.* s *Lib.* 1. *de ſe ipſo ad ſeipſ. p.* 25. *n.* 16.

a Σπλὴν ὠφέλημα τοῦ σπλάγχνα *Euſt. in Il. A. p.* 202 2. b *Cap.* IV. c *In Epiſt. ad Hipp. p.* 535. d Gal. *Tom.* 1. *p.* 414. & *Tom.* 3. *p.* 361. e *Pag.* 44. f *Lib. Orig.* XI. *cap.* 1. *p.* 152.

ſplene ſupplet, ſive *replet inanitatem* hypochondrii *ne vacua exiſtat*, quà in re merito carpitur à [g] *Voſſio*. [h] Helmontio autem *ſedes* eſt *Archei*, & *Veneris* nidus, atque *hoſpitium animæ*, nedum *inutile viſcus*. Putidum vero *Democriti* [i] *dogma* Civitate Medica nuſquam donatum eſt. Norunt enim Medici *Naturam* [k] ἀπαίδευτον licèt, tamen ἀπαίδευτον, nihil *fruſtra* [l] *facere*, ſed ubique *boni operis* [m] *Magiſtram eſſe*.

Immo profitentur nil nobis ineſſe, quod *ſapientiam ſummam*, *poteſtatem immenſam*, & *bonitatem* [n] *ſupremam* non ſapiat, nam Opera Dei ubique *mirabilia* & *memoratu digniſſima* [o].

II. Animum autem *Hippocrat.* [p] atque [q] *Philoſophi* dùm hic perſcrutor, unanimes ipſos deprehendo lienem nobis cedere *ſpongiæ modò luxuriem humiditatis è ventriculo combibere*.

Iſtæc autem *idea ſpongiæ* Helmontii mentem ita permulſit, ut lienem [r *nuper ipſi ſolium animæ & Veneris delicias*] ad plantanimalia depreſſerit: Illum enim delirat, [s] *ſpongiæ* vitam vivere, & purum putum [t] *Zoophyton* eſſe.

Harvæum [v] autem & [x] *Entium*, quibus plus mentis eſt, *cor*

g *Etymolog. p.* 487. h *Pag.* 126. *n.* 31. 179. *n.* 27. 190. *n.* 45. 212. *n.* 15. & 228. *n.* 58. *Edit. Lugdun. in fol.* 1655. i *Vid.* Melch. Sebizii *Exercit. Med. p.* 263. 264. & 265. & Lindan. *Phyſiol. cap.* 5. *n.* 3. *p.* 73. k *Hip. p.* 111. & 347. Gal. T. 1. 340. 368. & 535. l Ariſt. T. 1. 336. C. Apollon. *Dyſcol. Hiſt. Comm. cap.* 21. *p.* 24. Gal. *T.* 1. *p.* 100. 224. 301. & 379. Macrob. *Sat.* 7. 15. 636. Averroës *colliget. cap.* 7. *Tom.* 9. *fol.* 16. & Joh. Picus de Mirand. *Heptapli cap.* 1. *p.* 11. m Phyſicè *uſurpo*, *quod* Moraliter D. Ambroſ. *lib. de fuga ſeculi* T. 4. *p.* 312. *Vorandus hic atque ruminandus* Rob. Boyle *de Natura Libell. Edit.* 1687. n Gal. T. 1 *p.* 402. & 403. *Nec non p.* 219. 220. & 221. o θαυμάσιά τε ἀξιαπηγητότατα. Hipp. *pag.* 55. & Gal. T. 1. *p.* 221. 239. & 340. p *Pag.* 11. *v.* 40. 168. *v.* 11. 248. *v.* 13. q *Tom.* 1. *p.* 1011. r *Hic n.* 1. s *Pag.* 190. *n.* 50. t Ariſt. T. 1. *p.* 845. Plin. 9. 45. *p.* 221. & *Rev. Viri* St. Chauvin *aureum illum Phil.* Theſaurum *ingentem*, *quem de pectore fœcundo publice recluſit.* v *Exercit. Anat.* 1. *de Motu cordis*, *cap.* 16. *p.* 147. & *apud* Entium, *Apolog. p.* 278. *n.* 54. x Entius *autem ipſe pe-*

cor ipſis acrius limante Minervæ, hîc mirari ſubit, ab *Hipp.* & à *Philoſopho* vix tranſverſum unguem diſceſſiſſe, *chylum* enim *aqueum* in lienem *via naturæ invia*, chimæricè deducunt.

III. *Plato* autem, *Plinius*, *Galenus*, *Aphrodiſeus*, *Falco*, *Cœlius*, *Boccaciolus*, *Montuus*, *Veſalius*, *Varolius*, *Duretus*, *Mercurialis*, *Perdulcis*, *Zacutus*, *Plempius* & innumeri alii, *quibus alias Jupiter magis favet*, lienem jecoris fæcibus expurgandis ſerviliter addixerunt, & illum exinde *riſus organum* eſſe ſymphoniaci cecinerunt,

Cor ſapit, pulmo loquitur, fel continet iras:
Splen ridere facit, cogit amare jecur [y],

Sic apud *Serenum* [z],

Splen tumidus nocet, & *riſum tamen addit ineptum.*

Defæcatus ſcilicet ſanguis nitet, at ab eo nitidiori *riſus*, imò *cachinnus*, unde *Perſius* [a],

Sum petulanti ſplene *cachinno.* [b]

Ita [c] *Scammonico* lien, de mente *Plinii* [d],

Dicitur exſectus *faciles auferre cachinnos*;
Perpetuoque ævo *frontem præſtare ſeveram.*

Quaſi hoc amoto * *viſcere Saturni*, hic & [e] Apulci Deus, (*riſus nimirùm*) amoveretur [f]. Mentem interim illam peramanter *Galliæ* fovent, quoties enim ſuam frontem erugant, toties perhibentur [g] *s'epanouir la ratte.* Sic Belgicum Milt, (*viſceris noſtri nomen*) à Gallis non abludit, *hilaritatis* enim in-

pectus ſuum expromens. veriſſimum *eſſe profiteri non erubeſcit*, lienem ad ſe chylum crudiorem divertere, *Apolog. n. 23. p. 58. Et iſtud abſonum*, iudicio cæco, *H. Fuxen admiſit p. 26. de hydrope.* y *Id ipſum ſert* Iſidori *Oratio ſoluta, p. 152. Origin. XI. cap. 1.* z *Cap. 22. p. 140.* a *Sat. 1. v. 12.* b *Promus ſolucet in Divinum illum ἀσβεστον γέλωτα Iliad. A v. 559. de quo Vid.* Euſtath. *T. I 121. v. 28. &* Rhodig. *lib. 3. cap. 12. p. 128.* c *Ibid. cap. 22. 140.* d *Lib. 2. c. 37. p. 282.* * *Helmont. p. 190. n. 42. & p. 212. n. 15.* e *Met. 11 p. 128. & 111. p. 134.* f *Vid. Schol. in Ariſtoph. Cereal. p. 764. b.* g *Vid. rurſum* Schol. *Ariſtoph. p. 764. b. &* Joh. B. Portam,

intellectum perindè habet ac [h] *munificentiæ*. Laus vero dogmatis tam lepidi in unum [i] *Platonis* ἐκμαγεῖον refundenda venit. Id enim ἐκμαγεῖον male audit jecoris *effigies*, *simulacrum*, *character*, *sigillum*, *impressa figura*, *imago expressa*, uti volunt; sed veluti *mantile* est, quod *sordes* jecoris ἐκμάσσει *absterget* & *exterget*, uti perappositè, *meum ad Mercurium*, Divus profitetur [k] *Ambrosius*. Sic iterùm *ad rem* [l] Aretæus & [m] *Avicenna*, dùm hepar ipsis est *nigri sanguinis emunctorium*. Sic tertiùm rem ipsam *Jul. Pollux* acutè tetigit, Platonicum *lienis ministerium* attingens. [n] Ità certè [o] *Galenicus lien* hepatis *expurgatorius* est. Indè fit ut [p] *Oribasio*, qui Galenicum fidelis exscripsit lien, *machina* sit *jecoris fæculenta repurgans*.

Ab iisdem itaque fontibus [q] *Meletius*, [r] *Magn. Etymolog.* atque *Phavorinus* [s] splenem deducunt ἀπὸ τοῦ εἰς ἑαυτὸν ἀποσπᾶσθαι τὰ φαυλισθέντα τῶν ὑγρῶν, quod *alliciat in se humorum inquinamenta*. In partes autem illas ruunt agminatim, & impetu veluti cæco, Viri aliàs oculati, atque moderati, *Vassæus*, *Argenter*. *Eustachius*, *Hucher*. *Gratiol*. *Liebaut*. *Marquard*. *Cornacchin*. *Varand*. *Li.et*. *Du Vallius*, *Merindol*. *Ranchin*. *Campanel* *Weickard*. *Hellwig*. *La Serna*, *de Campis*, *German*. *Chicot*. *Menjot*. *de* Blegni & *Jac*. tandem *Sponius*, cujus extrema fata, præmaturaque, non unus *Apollo*, sed *Musæ* lugent.

IV. [t] *Avicenna* & [v] *Averroës* succum putant subausterum à liene in ventriculum deferri, qui blandâ styptic itate Orificium ejus supernè vellicet appetitûs ergo. Sed profectò, si

tam, *Physionom cap.* 21. *p.* 251. h Beverwycks *Schat der Gesontheyt p.* 150. *Edit.* 1660. i *Tom.* 3 *p.* 72. k *Hexaemer.* 6. T. 1. *p.* 88. l *Diut.* 1. *c.* 15 *p.* 84. m *Canon.* 3. *Fen.* 15. *tract.* 1. *cap.* 2. *p.* 789. n *In* Ἐκμαγεῖον *Lib.* 2 *cap.* 4. *n.* 46. o *Tom.* 1. *p.* 107. 219. & 407. 3 *pag.* 361. 362. 408. 414. & 419. p *Pag.* 49. *Edit. Paris.* q *De Nat. homin. p.* 100. & 134. r *Pag.* 725. s *Fol. verso* 476. t *Lib.* 1. *Fen.* 1. *Doctr.* 4. *c.* 1. *p.* 23. v *Colliget.* 2. *cap.* 8. *fol. verso* 19.

si qua dictis veritas insit, celebrandus est eo nomine [x] *Galenus*, qui vel *plenis seculis octo ante Avicennam*, id ipsum conceptis verbis protulit. Id vero deinceps [y] *Theophil.* [z] *Nemesius*, atque [a] *Meletius* plenis buccis inculcarunt. Mirari subit itaque assectas Avicennæ *Albucasin*, *Actuarium*, *Mundinum*, *Aponensem*, *Gordonium*, *Guidonem*, *Savonarolam*, *Zerbin*, *Vigonem*, *Taliacot.* &c. paginam illam vel *Gal.* vel *Theophili*, vel *Nemesii*, vel *Meletii*, nusquam attendisse. Sed dùm isthæc opinio vana est, partes *Avicen.* vel *Gal.* tu ri, litigare est de [b] *asini umbra*. Illam vero mentem chimæricam esse, & jure meritoque à [c] *M. Curtio* impugnatam, vel fida docet Anatome, quæ viam omnem à liene [d] *salubri* in ventriculum præcludit. Immo ratio & experientia succum austerum pariter omnem à nobis sanis jugiter arcent.

V. [e] *Rondeletium* quod attinet, & ejus sequaces *Fr. Ulmum. Car. Pisonem*, & *Æmil. Parisanum* sanguinis florem à liene, tanquam pollen à cribro secerni finxerunt. Sed isthæc Chimæra, Lunæ ad incolas diffla ur à [f] *Laurentio*. Illam nihilosecius deperire videntur [g] *Corn. ab Hogelande*, [h] *Lambert. Velthus.* [i] *Th. Cornel. Consentinus*, [k] *Alb. Kyperus*, & ipse [l] *Fr. Sylvius* atque *Th. Burnetus* [m], sanguinem enim comminiscuntur à liene ita subigi, *spirituum animalium ope*, ut in *tincturam*, vel *fermentum* exaltetur. Sed citiùs illi viri super aqua ædificarent, quàm talia nobis cordatis adstruerent. Quoniam autem illa juveniliter me convellente ruitura non forent, genuinos omnes veritati Candidatos ad solidissimum able-

19. *tom.* 9. *Vid.* Rolfinc. *lib.* 5. *cap.* 9. *p.* 891. x *Tom.* 1. *p.* 42. & *tom.* 3. *p.* 362. y *Lib* 2. *de hom fabr. p.* 32. *Edit. Paris* 1555. z *Lib. de nat. hom. p.* 121. *Edit. Plant.* 1565. a *Lib. de Hom Nat. p.* 100. *Edit. Venet.* 1552. b Gal. *T.* 3. *p.* 31. c *Comment in Anatom. Mundin. p.* 121. d *Vid hic Cap.* 1. *n.* 9. e *Vid. Fr. Rossee. de partu Cæs. p.* 149. f *Controv.* 25. *lib.* 6. *p.* 322. g *Oeconom. Anim. p.* 77. h. *Pag.* 23. *de Liene.* i *Progymn. 6. p.* 86. k *Anthrop. lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 10. l *Disp. Med.* 31. m *Thesaur. Med.*

ablego [n] *Bohnium*, qui viriliter iſthæc evertit.

VI. Sed menti noſtræ obverſantur alii benè multi, qui pariter explodendi forent cum liene ſuo vel *ſeminifico*, vel *ſucci nervoſi ſtudioſo*, vel *ſpirituum fabricatore*. Verùm iſtæc opinionum monſtra dies delet, nec non maſcula virtus [o] *Highmori*, [p] *Malpighii*, atque [q] *Bohnii*. Nobis itaque & aliis, victoriæ palmam omnem præripuerunt. Me igitur conſtituo extra teli jactum omnem, quò me tradam informationi Paternæ.

CAP. IV.

Illis itaque ſententiis valere juſſis, in patriam mentem inquiſivi, ut ex eâ mihi tandem Veritas affulgeret, quâ fidem meam, *ſub ipſa initia hic obſtrictam* [a] lætus & tutus liberarem. Genuinum itaque lienis uſum, *ex ipſis ut ita loquar naturæ fontibus*, placidiſſimô & limpidiſſimô rivô deducturus ſum. Illum autem *Rev. Parens*, vel jam a *quinque fermè luſtris* hanc in Academiam invexit. Evicit enim 1. *rationibus* & [b] *experimentis* plurimis, arterias vel *decuplò* plùs continere lymphæ quàm venis, *ſanguinis* enim [c] *totius* continent ἅπαντα τὸν ὀγκόν. Et idcirco [d] *rivi* dicuntur *humanæ Naturæ*, cujus [e] *Aquileges* ſimii ſunt, tubis aquas diducendo. 2. Sanguinem illum vel *decuplâ portione* in *ſplenem* impelli, quàm in *hepar*, quoniam *arteria ſplenica decies* amplior eſt *hepa-*

Med. pag. 562. n Circ. *Anat. Phyſ. Progym.* 18. o *Lib.* 1. *Diſq. Anat. Part.* 3. *cap.* 3. p *Cap* 6. *de Liene* q *Progymn.* 18. *Vid. in ſuper Scholtzii Epiſt.* 216. *p.* 371. & Lauremberg. *Exercit.* 7. *O.* 3. a *In Proœm. atque Cap.* 3. b Quæ duo *firma ſunt veritatis indagandæ* crura. c Gal. *T.* 2. 284. *Atque adeò* Thaletis & Anaxagoræ *ſequaces*, illorum altero crure mutili, *claudicant. S.* Empir. *adv. M. p.* 153. *C.* c Gal *T.* 1. 421. d Hipp. *p.* 55. Plat. *Tom.* 3. *p.* 70. Gal. *T.* 1. *p.* 216. 265. 307. Lactant. *de Opif. Dei p.* 846. & Iſidor. *Orig.*

[e] *hepaticâ* : lymphæ igitur *plus decies* lienalis arteria convehit quàm jecoraria. 3. Ex eo quod *experientia* & *ratione* sanguis venosus crassior sit decies arterioso, necessitas exsurgit illius intra venas diluendi, quò refluat in cor. At providus Opifex illius dilutionis ergò *toti venæ cavæ* prospexit, dùm in illius truncum infernum supernumque *vasa lymphatica* largiter corrivatus est. Jam verò stabilitâ æquali necessitate diluendi sanguinem *venæ portarum* ac sanguinem *venæ cavæ*, Rev. Parens ad oculum demonstrat *vasa lymphatica nulla* venæ portarum inseri, atque adeo alluvione nulla *lymphæ puræ putæ* sanguinem illum *venæ portæ* dilutiorem esse. Aliundè igitur, *concludit*, dilutionis fontem esse arcessendum quàm à *lymphaticis vasis*. Jam verò viscus nullum exstat quod tantam lymphæ diluendæ ubertatem *V. Portarum* suggerere queat quàm *lien*, qui dùm sanguinem suum *arteriosum* uberrimè *lymphaticum*, spiritibusque turgidissimum, *atque ità mobilissimum*, in ipsam portarum venam affatim refundit, novis illam spiritibus imprægnat, & in faciliorem ocioremque refluxum sanguinem ipsius universum impellit. Is igitur *V. P.* sanguis universus longè *commodiùs* atque *citiùs* minimos permeat hepatis acinos, quibus dùm percolatur, influit pedetentim in *venæ cavæ* radiculas, quò regeratur in ipsum truncum, tanquàm *fluvius in suum Oceanum*. Istæc autem percolatio non procedit, quin jecoris acinuli bilem omnem ab illo sanguine portarum emungant, quam in *tubulos radiculasque bilarias* sensim, ac sine sensu propellant. *Lien* itaque non unum sanguinem *venæ portarum* in ejus ostia convehit, sed & *percolandæ bili* manus veluti præbet adjutrices, dùm aliundè, *ventriculo contiguus* chylosin ejus *blando* [g] *suo complexu*, atque [h] *fotu* promovet, uti meritò

Orig. XI. *c.* 1. 152. [e] Gal. T. 1. 538. [f] E *Cap.* 1. *n.* 8.
[g] *Molluudine lanuginosa* è *Cap.* 2. *n.* 1. & 17. *n* 1. [h] Arteriar. *scilicet*

tò ſenſerunt [i] *Ariſtoteles*, & [k] *Anonym. Græcus*, atque [l] *Galenus*, qui ſubjungit non modò *lienem*, ſed & *reliqua viſcera ſanguinea* ventriculum ambientia, *tot veluti ſocios eſſe ad lebetis fervorem.* Id verò perappoſitè prorſus ad [m] *Platonis* mentem, qui viſcerum calorem à ſanguine repetit, velut ab *ignis fonte* [n] *vivifico.* Plato autem *beneficum* [o] *ignem* illum *Hippocratea domo* [p] ſubduxit, ubi nihiloſeciùs vel adhùc dùm jugiter mobilis, luculentus lucet, & *omnia movens per omnia functionum omnium unicus* audit *Opifex*, haud ſecùs ac [q] *Chymicis Vulcanus* ipſe *omnium operationum effector* [r] *unus eſt.*

CAP. V.

Sed quò feror? Jam fermè meum ἔργον γέγονε πάρεργον. [s] Nunc itaque mea in lienoſos pietas ad illos me convertit, manus ut ipſis præbeam auxiliares. Singuli quippe ſub pondere gemunt, & Medicam opem implorant, quò leventur. Sunt ſiquidem, *omnes ad unum*, liene *gravi*, atque ità *morboſo*; partes enim ſanæ non gravant. Nolim intereà lienis *gravitatem* in unam illius regerere *molem adauctam.* Rev. quippè Parens *lienes* præ manibus habuit planè *contractos*, ſed *pon-*

ſcilicet multitudine, *ut appoſite notat* Fr. Bartoletus, *Encyclopæd. p.* 104. i *Tom* 1. *p.* 1010 k *Cap.* 17. *p.* 20. l. *Tom.* 1. *p.* 111. *&* 409. m *Tom.* 3 *p.* 79. n Ariſt. *Tom*, 1. 1010. *&* Joh. Picus de Mirandul. *Heptapli c.* 7. *p.* 61. o *Ipſi ἀνίατρεί τε ἀφιλόσοφοι* ignem *in nobis agnoverunt, uti* Nicephor. Calliſti, *Hiſt. Eccl. l.* 18· *cap.* 46. *pag* 871. p *Pag.* 55 26. *&* 84. 29. q Baſilio Valentino, *Triumphi Antimonial, p.* 89. 118. *&* 127. r *Hic* Baſilius *ſolem & ſimum, quibus aliquot digeſtiones fiunt*, ſciens volenſque *prætermiſit.* s Plat *Epiſt.* 7. *p.* 330 *C.* Polyb. *in fragm. p.* 1523. Gal. *T.* 1. *p.* 87. 34. Athen. *lib.* 5. *p.* 185. Clem. Alex. *Strom.* 5. *p.* 614. Nazianz.

ponderis interim [b] *saxei*. Nullo itaque Scriptoribus contradicendi percitus œstro, *lienicos* profiteor esse *visere* quidem *graviori* semper, sed non utique *turgidiori*. Tumor itaque mihi neutiquam *genus* est *supremum*, ad quod singulæ species referantur, nam *gravitas* primas hîc tenet, & *præ mole* ponderat. Lienes quippe dantur exigui, & plane coacti, prædurique; *coriacei* nimirùm *callosive*; *scirrhosi*, *saxeive*; atque ità longe profectò *graviores* turgentibus aliis sed *pulmoneis*, seu ichore spumoso dilatentis & expassis. Nullus itaque in genuinam & adæquatam *tumoris* definitionem inquiram; nec me tricis implicaturus sum, quibus lemmatis illius explanatores sese intricant. Dictis fidem qui detrahit ad *Galenum* adeat, ad *Gordonium*, ad *Guidonem*, ad *Vigonem*, ad *Tagautium*, ad *Gourmelin.* ad *Ingrass.* ad *Fallop.* ad *Arant.* ad *Forest.* ad *Paræum*, ad *Saportam*, ad *Aquapend.* ad *Rudium*, ad *Riolan. patrem.* ad *A. de Corbie*, ad *Sennert.* ad *Thevenin.* & ad *Munnickium*, illorum enim quisque eandem assiduus *de Tumorib. p. n.* tutudit incudem.

II. Quò autem dilucidior sit hæc narratio mea candidus eloquar quod res est, *Dissertationem* scil. *meam* primitùs fuisse de *Tumoribus lienis:* Sed rem ipsam enucleaturus, protinùs deprehendi me teneri per longas ambages. Illis itaque missis, *& suasu paterno*, ad splenicos me contuli, quorum scrutandorum ergò Rev. Parens *Codices* mihi recluserit *Hippocrateos*, luce perfusos *Galeni*, [c] *Philothei*, *Cornarii*, *Mundellæ*, *Fuchsii*, *Brassavolæ*, *Holerii*, *Vallesii*, *Cardani*, *Duretti*, *Argenterii*; *Mercurialis*, *Jacotii*, *Gorræi*, *Marinelli*, *Chr. à Vega*, *Swingeri*, *Cordæi*, *Foesii*, *Heurnii*, *Pini*, *Varandæi*, *Martini*, *Martiani*, *atque M. Curæi*, & inibi *lienosos* comperi *obstructos* esse *liene*. Dum autem *obstructos* imaginarer *tumidos* omnes esse, priorem mentem de *tumoribus lienis*

T. 1. Or. 20. p. 326. B. b *Vid. Cap. 16. n. 4* c *Non vult enim me fontibus omissis rivulos consectari, atquetà hic & ubique*, ad Dill. *oras uberes locos annotavit*, quos evulgo, *ut condiscipulorum animi fiant etiam ube-*

lienis recolebam, idque juxta *Philothei* ſententiam, qui *lienoſos* vocat *liene tumentes*. Sed *Rev. Parens* me certiorem fecit; ſe *viſcera* vidiſſe *ſexcenta* penitùs quidem *obſtructa*, verùm *coacta*, atque *compreſſa*, nedùm *diffuſa* atque *turgida*. Imò univerſè me docuit, *partem omnem coalitam*, *obſtructam infimul eſſe atque denſatam*. Quis enim v. g. dubitet, *inteſtinum concretum* ſtrictius plane atque compactius eſſe *inteſtino pervio*, *& extento*. Sic rurſus partis cujuſvis *maraſmum*, obſtructionem eſſe profitetur quidem, ſed inſimul *molis exilitatem* inibi detegit. Sic certe *Rev. Parens glandulas* vidit *oris*, *colli*, *pectoris*, *& abdominis*, plane vietas & marcidas, atque ità *mole nulla*. Imò pulmones ipſos, *utut priùs amplos & extentos*, ſæpius de pectore revulſit, & ob oculos poſuit, uſque adeò tabidos, & arctatos, ut charactere nullo agnoſci potuerint, vel ab ipſis *Medicis*, ſed *arte rudibus*. Sic denique calloſum mihi protulit pancreas, hepar, & lienem intime quidem *obſtructa*, atque *præcluſa*, ſed *volumine* nihiloſeciùs tàm *exili*, ut illorum imago nativa fuerit penitùs obliterata, licet *exilitas* iſtæc *tenuitatem* nondum attigiſſet Cap. XVI. Non ergò lien obſtructus tumidior omnis eſt, uti *Diocles* [d] inſinuare videtur, neque adeò tumor obſtructionis eſt character indelebilis.

CAP. VI.

Jam verò prout obſtructio vel *levior* atque *recentior*, vel *gravior* atque *diuturnior* eſt, ità Medicis *lienoſorum* injurias *gradatim* veluti demonſtrat: Prout enim morbus *aſcendit*, ita ſymptomatis variis atque variis *evectionis* ſuæ *gradum* luculenter prodit: Id autem vitii quandoque *congenitum* eſt,

Nam patrum in natos abeunt cum ſemine morbi.

Si-

ubereires. d *Epiſt. ad Antigon. Reg. p.* 187. *ad calcem* Polemon. Athen.

Sicut ergo mutili mutilos, [e] *claudi* [f] *claudos*, & *cæci cæcos*, ità *lienosi lienosos* [g] generant, qui idcircò perhibentur [h] *natura lienosi*, uti liquet è *Cranonia*, sive [i] *Thessala* Hipp. [k] ægra. Vel id ipsum vitii *postgenitum* est *diætæ vitio*, præsertim *gulæ*, quâ nulla hîc [l] *capitalior pestis*. In utrisque autem *Rev. Parens* lienis *tegmen* atque *subtegmen* omninò culpat. Prout enim illud vel *firmum* est, & insimul *strictum*, *rarumve*; vel *debile*, & insimul *arctum*, *laxumve*, ita pororum exsurgit [m] *Asclepiadis* vel ἀμετρία [n] *morbifica*, vel συμμετρία *salubris*. Sicut enim hominum alii *cute* & *carne* sunt vel *stipata*, atque *strictæ*, vel *rara* atque *laxa*, ità & visceribus ipsis vel *compacti* sunt, *rigidique*; vel *remissi*, *flexilesque*. Id autem in omni cadavere *Rev. Parens* unguibus, vel scalpris haud secus deprehendit ac matronæ carnes *elixandas*, *assandasve*, *præduras* nimirum vel *teneras*, levi fibrarum evulsione distingunt: E tali porrò viscerum discrimine *Rev. Parens* infert, homines illos obstructionibus longè obnoxiores esse, quibus *fibræ rigidæ* sunt & *astrictæ*; quàm ubi *firmæ* quidem, sed *flexiles*, nec ità *stipatæ atque coactæ* In his enim liberior fit fluxus, atque refluxus, in aliis verò levi de causâ humores sistuntur, quoniam in *præcordiis hostem intestinum gerunt*, qui ferocientis externi promovet impetum.

CAP.

then. *nec non apud* A. Mizald. *in Auxiliari. Horto p.* 267. e Hip. 30. 4. f Antigon *Hist. Mirab. cap.* 121. *p.* 91 g Hipp. 123. 45. *Hos omisit* Seidelius *suos inter morbos hereditarios*, *p.* 9. h Cronon em *Thessalæ esse Philosophus docet T.* 1. *p.* 1163. *D.* Antigon. *Hist. Mir.* 11 *p.* 55. Polyænus, *Stratag. lib.* 2. *cap.* 34 *in Dmia.* Stephan. *de Urbib. p.* 457 & Holstenius *p. m. Clariss.* Ryckii *p.* 173. i Hipp. p. 153. 35. 267. 18. 268 4. 345. 11. k Hipp. *pag.* 345. 29. l *Id universe de Voluptate corporea* Archytas *sensit* Tarentinus. Cic. *de Sen. n.* 12. m *Gal. Tom.* 4. 77. n Lucret. 4. 7. 665.

CAP. VII.

Discere est igitur quid in nos extrinseci vel *malis avibus* involet, vel *testitudineo gradu* impingat. Id omne porrò Diæteticum est, ac unicè repetendum è sex rebus *non naturalibus* dictis. Si quis v. g. [a] *Bœotum in crasso aëre natus*, *statariis utatur* [b] *aquis*, piscibus, azymis, leguminibus, caseo vetustiori, saccharo multo, acidis plurimis, & segnitie demùm veternosâ, atque μισανθρώπῳ [c] *Belleroph.* vel [d] *Heracliti*, vel [e] *Timonis* adinstar; Is certè, tali [f] *Acherusia vita* & tali *teredine* [g] *cordis* non modò sibi stipaturus est alvum, sed & sanguinem particulis infercturus ità crassis, ità viscidis, ità ramulosis, ut in *lienale reticulum* impingentes, *texti* præsertim *strictioris*, ab eo non ægriùs irretiantur, quàm *pisciculi maculis densioribus*. Sic igitur retibus implexæ, *captivæ* [h] fiunt, atque sic *hostiles*, commeatum enim intercludunt, cujus usurâ carere nequit viscerum [i] *Oeconomus*. Hinc pri-

a Horat. *Ep.* 2. 1. *v.* 244. b *Quas sparsim infamant, ipsi Medicinâ rudes*, Appianus *v. g. Punicor. p.* 99. & Veget. *de Re Milit.* 3. *cap.* 2. *p.* 40. c *Is passim celebratur ad* Hesiod. Pindar. Plaut. Horat. Prop. Ovid. Dionys. Periegete. Plin. Lucian. Servio, & Tzetze *utroque, atque* Mantuano: *sed* μισανθρωπίαν *illius Unis debeo* Hom. *Il* Z. *v*, 202. Tull. *Tusc.* 3. *n.* 26 & Eustach. *T.* 1. *p.* 494. 13. d Senec. 2. *de Ira*, *cap.* 10. *p.* 23, & *de Anim. tranq. cap.* 15. *p.* 165. Laërt. *lib.* 9. *p.* 237. Athenagor. *Legat pro Christ. pag.* 35. Lucian. *in vitar. Auct. pag.* 192. Stobæus, *de Ira serm.* 20. *p.* 172. e Lucian *hic primas tenet p.* 32. *præ* Poet. & *alus*, Aristoph, *v. g.* Callim Senec. Auson. Tzetze, *nec-non* Tull. Strab Plin. Plutarch. Laert. Pausan. *atque* Libanio. f Lucret. 3. *vers.* 1037.
g Esaiæ 66. *vers. ult.* Marc 9. *vers.* 44. & 46. *Quæ Tityii deteriore fato, Odyss.* XI. *vers.* 578. *spirantibus ipsis, non* jecoris, *sed* cordis ipsius *sine requie, fibras exedunt.* Pindar. Apollod. Lucret. Virgil Tibull. Horat. Ovid. Senec. Lucian Clem. Cointus & Nonnus.
h Joh. Rogers *Analector. p.* 31. i Hipp. 166. 21. k *Cui opponit*

prima mali labes. Hinc lacrymæ. Hìc prima belli ſedes. Hìc primus hoſtilis inſultus. Hîc denique primus morbi gradus, in quo conſtitutus æger ὑποσπλῶς [k] eſt, [l] *ſublienoſus*. Sed ubi novæ particulæ, *priorum vitiis ſcatentes*, in eaſdem plagas incidunt, confeſtim etiam illaqueantur, atque congeneres has implicant, & quidem non ſolâ particularum [m] *Anaxagoræ homœomeria*, ſed & craſſi ſui *corporis oppoſitu*. Sic enim vias obſident, atque ità particulas omnes intercipiunt, quò ipſas, *ceu totidem copias auxiliares*, ad ſuum bellum internecinum adjungant. Tunc ergò clade majori *lienem* afficiunt, & *lienoſos* priori gradu movent, illiſque aditum veluti quendam ad pejora jaciunt; nunc enim deſinunt eſſe *ſublienoſi*, & ruentes in pejus reapſe fiunt σπλωικοίπε ἐ σπλωώδεες; ἐπισπλωοί πε ἐ σπλωιῶντες [n] quibus quatuor [o] *Latina* reſpondent, *ſplenici* nempe vel *ſplenitici*, *lienoſi* vel *lienici*. Quòd ſi demùm ejuſdem diætæ vitiò novæ ſanguini ſuggerantur particulæ, *prioribus analogæ*, conſequens illas glutine ſuo primævis, atque ſecundariis adhæreſcere, quas ſecum conglutinent atque ſtringant. Temporis autem tractu quicquid in iis [p] *tenuius* eſt, *avolat*, *craſſamen* verò *fæcis* [q] inſtar remanet, quod in dies arctiùs atque arctiùs ità compingitur, ut indureſcat, & *ſcirrhus* audiat, atque ſic ad ſupremum vitæ diſcrimen ægrotantes attollat.

Nunc

ſonit ἐπίπλοοι *p.* 329. 20. & 366. 14. l. Hipp. 313. 2. 325. 28. 330. 41. & 331. 33. m Ariſt. *T.* 1. 478. *B.* Lucret. *l.* 1, *v.* 829. Laert. *p.* 35. *A* & Juſt. Martyr. *ad Gr. p.* 4. *D. Vid.* Plin. *lib.* 2 *cap.* 58. *p.* 26. Plut. *T.* 1. *p.* 154. 155. 162. & 169. Minucius Fel.. *in Oct. p.* 150. Philoſtr. *p.* 3. 16. & 394. Liban. *Declam* 19. & 679. Cedren. *in Hiſt. Compend. p.* 130. Tzetzes *Chil.* 2. *n.* 58. *p.* 36. Polydor Virgil. *l.* 1. *cap.* 17. *p.* 61. Arſenius. *in dictis Philos fol. y.* 6. & Dediſ. Herald. *lib.* 2. *Adverſ. p.* 119 *nec-non* Harpocrat. Suid. & Varin in Ἀναξαγόρας *n* Hipp. 148. 10. 168. 14. 183. 3. 270. 32. 366. 4. & 44. Ariſt. 2. 1011. *B.* & Abſyr *cap.* 40. *p.* 140. & 141. o Plaut. Plin. Aurel. Firm. & Iſidor. p *Analogicè ad* Hipp. *bilem p.* 75. *v.* 45. q Hipp. 15748.

Nunc enim traducuntur ægri è *Spleniticorum* gradu ad ipſos σπληνῶντας, hoc eſt, ex illo *fati ſui gradu ſummo Splenes* abſolute *proclamantur* [r] quaſi nunc toti conflarentur *ſplene*, ceu *toti ſplenes* eſſent. Eâdem nimirùm *Metaphora* ac ipſe morbus è *pernicioſo* tranſiit in *perniciem* ipſam, ità certè ægrotantes è *Subſplenicis* facti ſunt *ſplenici*; & è *Splenicis* tandem, *lugenda Metamorphoſi*, tanti quanti ſunt, *toti ſunt lienes* & quidem nullius *ſatiferæ* [s] *Circes* incantamentis, ſed unius Hippocr. *ore fatidico* [t].

Hîc itaque *Terminus* eſt, iſque vel ab unâ *ſanguinis* [x] *fæce*, ſed *quovis ſaxo minùs hinc movenda*. Hîc igitur *decumana noxa*. Hîc *ægritudo ſacra*. Hîc *fata ſuprema*. Hîc tandem *ultima linea rerum*, nam Tragœdiæ hic ultimus Actus eſt.

CAP. VIII.

Sed dùm Tragœdus ille, *perunctus* [a] *fœcibus ora*, ſuam agit Tragœdiam, attendendi ſunt illius *Actus*, hoc eſt, *motiones ejus obſervandæ veniunt*, quò providi tot *ſicarios declinemus*, quos unà circumducit; tot volo *ſymptomata funeſta*, quæ noctes & dies lienoſos, *in apice ſuo conſtitutos*, undique circumſtant. In primo itaque illius actu, ſeu *morbi gradu priori*, notantur.

1. Hypochondrii ſiniſtri [b] *dolor* [c] *acutus*, & *erraticus*, ad mini-

r Hipp. *præconiô p.* 393. *v.* 17. s Odyſſ. K. *v.* 236. & 395. Ovid. *Met.* 14. *v.* 280. t *Paſſim in* Coac. *in* Prorrhet. & *in* Progn. x Hipp. *p.* 157. 48.

a Horat. *de A. P. v.* 277. b *Ipſis equis* ſplenicum dolorem *tribuit* Abſyrtus, *quem gemitus illorum arguant.* Veter. *cap.* 40. *p.* 141.

c Hipp *p.* 198. 9. 203. 12. 39. & 50. 204. 19. 29. *Sic* compungentis *exempla* Grulingius *profert Cent.* 4. *Obſ.* 69. & 70. Tenſivi *autem* obtuſioris

minima diætæ vitia *repungens*. Sed non omnis *inibi dolor lienalis* eſt, nam *inteſtinum colon*, quod eò loci ſtrictum & inflexum eſt, *colicorum* fit atque *torminale*, ut in [d] *Polycrate*, cui enemata recluſerunt inteſtini vias obſeptas atque dolentes.

2. *Tumor* hypochondrii lienalis vel [e] *Abſyrto* notus eſt, & ad infimæ coſtæ confinia pertingens, molliuſculus & laxus; modò aurem *elatior*, modò *depreſſior*. aſſurgit enim enim paſtu largiore, motu celeriori, irâ fervidiore, & animo mœſtiore; ſubſidet autem [f] *Theſſalico* jejunio, [g] *Socratica* [h] *quiete*, & *Stoicorum* ἀλυφοείᾳ, nec non *Pyrrhonis* [i] ἀπαθείᾳ. Imò citiùs adhuc tota commotio ſedatur *Democriteo* [k] *riſu*, ocyùs inſuper & pie, *animô lætô*, non unum *vultum*, ſed & lienem *benè* [l] *afficiente*. Verùm non omnis inibi tumor *lienalis* eſt, viſus enim *ren* [m] *ſiniſter* lib. VI. *ſcirrhoſus* illuſiſſe Medicos ideâ lienis.

3. Decubitus æger [n] *dextrum in latus*, & ſomnum fugans in aurem utramque.

4. Spiritus [o] *anhelus*, vel ab ipſis [p] *Veterinariis* jam olim notatus & *levi momento* longè gravior, terrore v. g. & irâ, vel impetu quovis animi ad aliquod opus; omaſo diſtento, aſ-

tuſioris *Joh. Petr. Lotichius*, *lib.* 4. *Obſ.* 4. d Hipp. 351. 48. *Sic* 363. 9. *Vid.* Nicol. Piſon. *l.* 3. *de Morb. int. cap.* 30. *p.* 327 & Joh. Phil. Gieſwein *p.* 1067. *atque* Phil. Hoeckſtetterium, *Dec.* 5. *Caſu* 1. *p.* 465. *nec-non* Nicol. du Cheſneau, *Obſ. lib.* 3. *cap* 2. *p.* 214.
e *Veter. cap.* 40. *p.* 140. f Gal. *Tom.* 4. *p.* 76. & 197.
g *Apud* Ariſtoph. *in Nubib. Act.* 1. *Sc.* 4. *p.* 151 & Agell. *l.* 2. *c.* 1. *nam apud* Tull. *Tuſc.* 5. *n* 34. ambulando famem obſonat, *& apud* Laërt. *l.* 2. *p.* 41. jugiter ſaltat. h *Hæc enim* ipſo momento, *impetum lienis ferocientis veluti frenat, ſed protracta morbo favet, è Cap.* 19. *n.* 6. i Cic. *Lucull. n.* 42. k Hipp. *p.* 529. *v.* 17. & Epigr. *Gr. lib.* 3. *p.* 418. l. Prov. 15. *v.* 13. & 17. *v.* 22.
m Roſſet. *de Uter. Sect.* 3. *p.* 225. *Sic* Ballon. *Conſ. lib.* 3. *p.* 218.
n Caſſius, *Probl.* 6. *Edit Pariſ.* 1541. L. Aurelian. 3. *Chron.* 4. *p.* 412. & Varendæus *p.* 418. o Aret. *Diut.* 1. *cap.* 14. *p.* 81. & 82. Arnold de Villanov. *lib.* 2. *cap.* 42. *p.* 103. p Abſyrto, *cap.* 40.

aſcenſu, curſu, equitatione, eſſedo, ſaltatione, ludo demùm vel laniſtæ, vel follis, vel pilæ, vel diſci, vel tudiculæ. Tunc enim, [q] *Camarina mota*, lienalis humor impendiò rarefit, & viſcus ſuum enormiter dilatat, ſicut [r] *Alex. Bened.* [s] *Bald. Timæus*, & [t] *H. Regius* conſideratè notant.

5. Flatus non modò ſub fornice coli *tumultuantur*, ſed & intra lienis clauſtra *fremunt*, undè hypochondrium univerſum *luſorii* * *follis* inſtar contenditur, & *ſonorè ſtrepit*, ac ipſe *lien* [v] *murmurat* altè. Hinc cecinit [x] *Fr. Portus* eſſe *præcordia læva*

Flatibus aëriis cum murmure tenſa ſonoro:

Vel rurſùs, (*apud* [y] *eundem*,)

Mollia ventoſa reboant hypochondria flatu.

Hîc ergo genuinus eſt [z] *Tralliani* atque [a] *Jonſtoni fluctuationum* alveus. Hic inſuper remugiens eſt [b] *Averrois* antrum *ventoſitatis inflativæ*. Hîc tandem ſpelæum eſt [c] *Rhaſis*, & [d] *Herculani rugitûs*. Atque ità immeritò prorſùs [e] *Nic. Du Cheſneau* lienem *rugire* negat. *Leoninum* ſcilicèt *rugitum* ſeriò putat Scriptores velle. [f] *Platerus* verò, *ut ut ad hunc rugitum ſurdus*, *Scepticum* ſe gerit, aſſenſionemque cohibet.

6. *Flatus* illi fiunt [g] *Veneris* irritamenta, [h] *venas* enim *inflant*, & [i] *jacentes* nervos, atque [k] *funeratos* erigunt. Flatuum enim

40. *p.* 140. q *Sibyll. Or.* 3. *pag.* Gallæi 470. Silius Ital. *lib.* 10. *pag. Dauſque* 595. Zenob. *Cent.* 5. *n.* 18. *p.* 119. Lucian. *Pſeudol. p.* 899. Serv. *in Æn.* 3. *v.* 701. *p.* 315, Steph. *de Urbib. p.* 441. *ubi* Berkelium *doleo ſiccum.* Suid. *Cenſ.* 10. *n.* 99. *p.* 483. Apoſtol. *Cent.* 13. *n.* 1. *p.* 157. r *Pag.* 1198. s *Lib.* 3. *cap.* 19. *p.* 146. t *Prax. p.* 282. t Lalamantius, *lib.* 1. *de dieb. decret. p.* 15. v *Hipp. p.* 204. 328. 332. & Riol. Pat. *p.* 495. x *Decad.* 3. *cap.* 9. *p.* 98. y *Ibid. cap.* 10. *p.* 99. z *lib.* 8. *cap.* XI. 264. a *lib.* 10. *p.* 625. b *Colliget* 4. *cap.* 56. *fol.* 85. c *lib.* 9. *ad R. M. cap.* 70. *p.* 255. d *Fol.* 151. *H.* e *lib.* 3. *cap.* 2. *p.* 212. f Prax. *Tom.* 2. *p.* 445. g Ariſt. T. 2 816. Gal. T. 5. 477. & 478. *fuſe.* Septal. *Tom.* 2. *p.* 292. & *Tom.* 3. *p.* 354. Rod. à Caſtro, *de Nat. M. lib.* 3. *cap.* 3. *p.* 109. & Paul. Zacch. *Q. Medico leg. p.* 139. h Horat. 1. *Sat.* 2. i Juven. x. 205. k Petron.

enim iſtorum indivulſus comes eſt [l] *ferum acre* & *aculeatum*, quod ſpiculis ſuis genitalia fodicat, ceu *genuinum* foret *Veneris veſtrum*. Indè fit ut mediis in ſomnis *lienoſos* iſtæc *urtica* [m] *tangat*, quæ ipſis vel citra *bulbos erucaſve* [n] *ſalaces*; vel citra *Falernum* [o] *cucham*, [p] *Satyriive potum*; vel citra [q] *ſalivas junctas* [r] *mixturamve* miſturam; vel citra tandem [s] Διογένης ὑμῶν, ἢ τε Δομιτιανὸς κλινοπάλλω [t], non [v] *Herculeam* ſed [x] *Dionyſiacam* excitat *Epilepſiam*, quâ Venereum ignem, lie[n]oſi ſpiritu ſufflatum *modico* [y] *ſanguine* reſtinguunt, dùm *immundo* [z] *viſu* Nocturnam veſtem maculant, ventremque *ſupinum* [a].

Modicum porrò *ſanguinem* hîc protuli, *lienoſi* quippe, utut libidine parientes [b] *Salmacida* bibunt à fonte, & accenſendi propè veniunt non [c] *Laſtauris*, ſed [d] *Gallis*, non [e] *Satyrion*. 466. Mart. 13. *Ep.* 34. Athen. 2. 23. *p.* 64. l Hipp. 312. 33. m Juven. 2. *v.* 128. n Martial. 3. *Ep.* 33. 10. 48 13. 34. o Juven. 6. *v.* 304. p Dioſcor. 3. *cap.* 144. *p.* 232. Gal. *Tom.* 2 103. & Petron. *Sat. p.* 27. q Lucret. 4. *v.* 1110. Agell. *lib.* 20 *cap.* 9 *p.* 1122. r Petron. *Sat. p.* 476. Agell 19. 11. *pag.* 1080. s Gal. *Tom.* 3. *p.* 315. t Suet. 8. 22. *p.* 814. Eutrop *Edit. Frob. l* 9. *p.* 111. Aurel. Vict. *Epit. n.* 35. v Hip. *p.* 235. 8. Ariſt. *T.* 2. 815. *B.* Zenob. *m* Ἡ ἑρακλέου νόσος. Apoſtol. *Cent.* 9. *n.* 93. x Gal. 5. *p.* 398. 9. & Clem. Alex. *Pædag.* 2. 193. *D. Huc refero* Plin. 28. 6. *p* 684 *v.* 34 Gell. 19. 2. 1057. Tertull. *de Anim. n.* 27. *pag* 330. Macrob. *Sat.* 2 *cap.* 8 *p.* 352. y Theocrit. *Idyll.* 2. *v.* 54 *p.* 560. Plaut. *Bacch. Act.* 3. *Sc* 1 *v.* 5. Curcul. *Act.* 1. *Sc.* 2. *v.* 65. & Petron. *Sat. p.* 506. z Laſciviæ *ſomnum Helmont. vocat*, *p.* 190. *n.* 42. Hipp. *autem*, Veneris ideam, *p.* 27. 45. a Ariſt. *T.* 2. *p.* 725. Lucret. 4. *v.* 1030. Horat. *Sat.* 1. 5. 85. Septa. *T.* 2. *p.* 87. & Guaſtavin. *p.* 341. b Cic. 1. *Offic. n.* 18. Ovid, *Met.* 4. *v.* 285. Vitruv. 2. *c* 8 *p.* 67. Strab. 14. *p.* 656. Feſt. 17. *p.* 491. Auſon. *Ep.* 69. & 101. *p.* 45. & 66. c Suet. *Ill. Gr. n.* 15. Suid. *T.* 2. *p.* 13. Euſtath. *Il. B. p.* 196. 13. d Lucret. 2. *v.* 614. Ovid. *Faſt.* 4. *v.* 243. Lucan *l.* 1. *v.* 568 Flacc. *Argon.* 7. *v.* 636 Juven. *v.* 116. Martial. *ſparſim*, Tatian. *Adv. Gr. p.* 147. Lucian. *in Dea Syr. p.* 1075. Minuc. Fel. *in Oct. p.* 175. Herodian. *l.* 1. *c.* 11. *p* 35. Lactant. *de F. R.* 1. *n.* 17. *p.* 91. Ar-

e *Satyris*, sed *Eunuchis*, qui dùm *nihil possunt* f & νῶν ἔχουσιν; ipsis *intento nervo statibus irritis* g.

Illius autem *nocturni fluxûs* declinandi gratiâ *lienosorum* nullus h *Phariſaicis ſpinis* incubat, jam quippe Venereis *acribus* i *urticis* plus satis punguntur.

7. Appetitus vegetior, imo *voracitas* Bœotica k vix ullis *dapibus Siculis*, vel *Pontificum* m *cœnis* n exstatianda: atque ità in proclivi sunt *rem suam* o ut *stringant*, & *oblument*, p *edaces* enim præ q Κυνορεξίᾳ ab *esurino* r *sale*; sed illa *capiuntur esca sicut hamo* s *pisces*. Ventridæmonem quippè gerunt, qui *mentem* ipsorum *infodit in* t *ventre*, cujus v *servi* fiunt.

8. Potui præterea x *Scytharum* vel y *Thracum* in morem lubentes indulgent, z *sitiuloſi* sunt enim, atque ita * *Scythiſſare*

nob. *adv. Gent. l.* 5. *p.* 99. Lamprid. *in Heliogab. n.* 7. *p.* 466. Aurel. Vict. *in Epit. n.* 39. Fest. *lib.* 7. *p.* 164. Hieronym. *in Hos. cap.* 4. *v.* 13. *T.* 6. *p.* 19. & Augustin. *de Civit. Dei*, 6, 7. *p.* 592.

e *Obvii passim; singulatim vero* Salaces Soran. Gal. Aët. Aegin. &c.

f Terent. *Eunuch. Act.* 3. *Sc.* 3. *v.* 23. g Scaliger *ad Cardan. fol. verſo* 351. & Joh. B Sinibald. *Geneanthr. lib.* 2. *p.* 154. *lib.* 3. *p.* 284. & *lib.* 9. *p.* 721. *fuſe.* h Suid. *in* Φαρισαῖοι, *T.* 2. *p.* 1029.

i Juven. XI. *v* 166. k Plut. *T.* 2. 995. *E* & Athen. 10. 4. *p.* 418. *A.* l Plat. *T.* 2. *p.* 404. & *Epist.* 7. *Tom.* 3. *p.* 326. Cic. 2. *de Fin. n.* 28. m Horat. *Carm.* 2. *cap.* 14. & Macrob. *Sat* 2. *cap.* 9. *n Tantum ingluviem Equisones de* Lienosis *equis annotant* Absyrth. *cap.* 40. *p.* 140. *In ipsis autem hominibus luculenta prostant exempla*, Balsamon. *Ephem.* 1. *p.* 61. o *Hor. Sat.* 1. 2. p Hip. 182. 203. & 454. Avic. *l.* 1. *Fen.* 2. *Doctr.* 2 *fol.* 107. Joh. Manard. *p.* 324. C. Pisc, *Sect.* 1. *p.* 37. & Rob Flud. *p.* 199. q *Quam ipsis tribuit* Michael. Scotus *lib. de Secr. Nat. cap.* 43. *p.* 302. r Helmont. *p.* 424. *n.* 7. s Platonis *est*, e Tullii *Cat. Majore n.* 13. *non autem* Archytæ Tarentini, *uti fingit* Jodocus Venderheidius *Com. in Lysia Or.* 3. *p.* 43. t Clem. Alex. *Pædag.* 1. *pag.* 150. *C.*

v Athanas. *in Dictis Evangel. Tom.* 2. *p.* 425. C. x Herodot. 6. *cap.* 64. Aristot. T. 2 *p.* 695. *B.* y *Xenoph. 7. de Exped. Cyr. p.* 409. & 405. Callim. *fragm.* 8. *p.* 151. Hor. *Carm.* 1. 27. 2. Jul. Pol. 6. 3. *p.* 276. & Athen. 10. 12. *p.* 442. z Hipp. *p.* 454. 14. &

fare ſuſtinent, nec verentur [a] *Herculaneos ſcyphos*, vel [b] *Alexandri calices*, affatim exſiccare, ſed protinùs [c] *egent Æſculapio*, nam [d] *potu læduntur*.

9. Exindè eſt ut *nauſeoſi* fiant [e] *ſputatores*, ſemoti longè vel ab † *Antonia Drauſi*, vel *à* [f] *Perſis*, *naſturtio frugi*, nec unquàm exſpuentibus. Verùm ubi ſuam lympham profuſiori ſalivâ profundunt, os ipſis exareſcit, quaſi [g] *dipſade* morſi forent, atque ità novam expoſcunt [h] *amyſtidem*, quâ fauces ſibi proluant [i] *latice Lyæo*, atque ſic mutuas operas ſibi tradunt infeſtas ſaliva exundans potuſque profuſior.

10. Sudore pariter toti quandoque diffluunt, *Thracis* illius [k] *Maximi* ad inſtar, qui duos, treſve [l] *ſudoris* ſui Sextarios calicibus excipiebat, quum è diverſo [m] *Petronii Saſinius* Aſiatici quid habuerit, nam ab eo *ſudor* [n] *abſuit*, abſuit & oris *mala* ſaliva.

11. *Salivæ* porrò atque *ſudoris* illius ubi *divortia* fiunt, univerſa microcoſmi lympha in unos corrivatur mictuales ductus, & *ſiphunculis urinariis* largiter erumpit, [o] *Diabetis* in modum.

12.

Avic. *fol.* 107. * *Herodot.* 16. 6. 84. a Senec. *Epiſt.* 83. *p.* 548. Plut. *in Alex.* 706. C. Athen. 12. 1. 512. & Macrob. *Sat.* 5. 21. 521. b Plut. *Sympoſ.* 1. *q.* 6. *p.* 623. *F.* c Plut. *de Ira*, *p.* 454. *E.* & *Sympoſ.* 1. *q.* 6 *p.* 624. *d.* d Sennert. *Tom.* 3. *p.* 483. e Gal *Tom.* 3. 276. & 278. † Plin. 7. 19. *p.* 147. 30. f Herodot. 1. 71. *p.* 29. Xenoph. *Inſtit. Cyr* 1. *p* 6. *B.* Cic. 2. *de Fin. n.* 28. & Tuſc. 5. *n.* 34. g Nicand. Dioſcor. Gal. Aphrodiſ. Act. Geſner. & Aldrov. *Imo* Ovid. Lucan. Ælian. Lucian. Nazianz. Eunap Iſidor. Suid. Alb. Magn. Volaterr. Rhodig. Scalig. in Ariſt. Dauſq. in Sil. Ital. *atque* Bochart. h Ariſtoph. *Acharn. Act.* 5. *Sc.* 1 *p.* 426. Callimach. *fragm.* 18. 151. Horat. 1 *Carm.* 36. *v.* 14. Plut. *Sympoſ.* 3. *q.* 3. *p.* 650. Pollux. *p.* 276. & 294. Macrob. *Sat.* 521. Iſidor. *Orig.* 20. *cap.* 5. *p.* 274. Suid. *in* Α'μυσι *p.* 211. Euſt. *in il.* Α. *p.* 836. 10. & X. *p.* 1388. 43. Cælius Rhod. *p.* 374. & 1551. *Id quidam ſecut. Philoſophi* Καθαιρετικοὶ T. 2. *p.* 696. *C.* i *Æn.* 1. *v.* 690. k Jul. Capitol. *p.* 603. l *Vid.* Theophr. *de ſudorib. p.* 454. & Baricell. *de hydropoſa nat. lib.* 2. *cap.* 6. m *Satyr. p.* 157. n Catull. 23. *v.* 16. o Aret. *diut* 1. *cap.* 2. Gal. T. 3. *p.* 311 *nec non* Trallian Act, Ægin.

12. Ex illis porrò lymphæ divortiis *alvus* p *arescit* quicquid enim vel *salivosos in ductus*, quos, *ævo Gal. vix ullus ignorabat*, vel q *serias in urinarias* r confluit, id universum alvô deducitur, per humoris παλίρροιαν s *refluxum*, cujus ergò *fæcutina* remanet *colluvies* t *ficciſſima* imò *ſtyptica* & *auſtera*; atque ità fluere neſcia. *Segnior* igitur v *alvus*, & quaſi *veternoſa*, naturæ neceſſitati vix paret, niſi x *ſtimulis acrioribus* evigilata.

CAP. IX.

1. Tot porrò phænomena *lienoſos* nobis cedunt *ſanguine* a *ferociori*, imò *acido ſalſo* atque *tartareo*.

Id autem prout *tubis amplis* b lien ubertim excipit, ità & id ipſum, intra primum Morbi ſui gradum, affatim in hepar refundit c.

11. Verùm ubi 2. movetur Actus *Tragœdiæ noſtræ*, omnia ruunt in pejus, & ſymptomata catervatim ingruunt *lethum* tandem *illatura*. Univerſus quippè ſeri tanti *limus*, & veluti

Ægin. Oribaſ. Nonn. &c. p Hipp. 97. 50. & 67. 29. Ariſt. T. 1. 1011. *A.* & Avic *fol.* 107 q Οὗτοι γὰρ οἱ τὸ σίελον γεννῶντες ἀσθενεῖς ἀγγείοις εἰς τὸ σῶμα προχέουσιν αὐτὸ, σχεδὸν ἐκεῖθεν ὧδεις ἀγροεῖ. *Tom.* 1. *p* 246 25. *Id inculcant* Gal. *id T* 1. *p.* 579. *Edit. Venet.* 1564. *ſunt igitur perindè ſeculi hujus inventum, ac alia, quæ hic, in* Corollar. *recitantur innumera, quibus aliquando diveſcet* Davidis Abercrombii *Fur Academicus. Vid.* Prælud. *mei Anat. p.* 62. *Edit.* 3. 1580. *atque facetiſſ. & eruditiſſ.* Jan. Leonic. *p.* 78 *Metam. Æſcul. &* Apoll. 1673.

r Hipp. *p.* 395. *v.* 44 s Ariſt. *T.* 1. *p.* 1011. *A* & Aret. *lib.* 2. *cap.* 4. *cur. acut.* t Hipp. *p.* 454. 15. v Hipp. 182. 43. & 203. 14. & 42. x Hipp. *p.* 393. 49. & 454. 14.

a Hipp. *p* 49. 27. 247 43. 315. 43. & 345. 11. Ariſt. T. 1. *p.* 809. *E* & T. 2 *p.* 721. *E* Gal. T. 2. *p.* 61. 3. 303 & T. 5. *p.* 469. 470. 478. Conring. *de ſang. Vid. Hiſt. hum. ſang. Nobil* R. Boyle, & *Experim. de miſtis liquorib. A.* 1679. b *Cap.* 1. *n.* 8. c *Cap.* IV. *n.* 3.

ti *tartarum* [d] fibroſo detinetur lienis texto, à quo, veluti *palude* [e] *Lernea*, malorum [f] *Ilias* ſeſe diffundit in microcoſmi tractus. Primò quidem *maculæ* viſuntur *cæruleæ*, *fuſcæ*, *nigricanteſve*, & per *areas* cutem deturpantes, inſtar [g] *ſuffuſionum*. Illas porrò acoris ſobolem eſſe profiteor è *paternis* [h] *experimentis*, quibus mihi compertum eſt, *acidis* ſanguinem [i] *nigreſcere*, & in [k] *globulos* præcipitari, exindeque viſcera obſtrui, & *cuticulam* ipſam à vertice ad calcem conſpici *atratam* [l]

III. Illius autem *acidi* [m] *muriatici* virus tàm acre eſt ut [n] *peſtilens* illud & [o] *perniciale* Scriptores exſecrentur. Vulgò tamen tantam ſtragem non edit, ſed prout interim *invaleſcit*, ità & *ferocius graſſatur*, ſcorbuticamque labem viſceribus adſpergit. Et exindè [p] ἐκχυμώσεις illæ [q] *cuticularis*, [r] ὑπωπιων, vel etiam *vibicum* inſtar, quæ primùm *blandæ* & *indolentes* erant,

d *De humano Tartaro.* Vid. *lib.* 2. *cap. de Morb. ab Obſtr.* Fab. Violetti *A.* 1635. e Prov. Vatic. *Cent.* 2. *n.* 51. *p.* 289. Strab *l.* 8. *p* 371. Zenob. *Cent.* 4. *n* 86. *p.* 107. Diogenian. *Cent.* 1. *n.* 10. *p.* 176. Heſych. *p.* 594. & Apoſtol. *Cent* 11. *n.* 88. *p.* 141. f Cic. *ad Attic.* 8. 11. Zenob. *Cent.* 4 *n.* 43 Suid. *Cent.* 7. *n.* 95. & Euſtath. *Il. δ. p.* 338 3. g Hipp. Gal. & Æginet. *parſim.* h *Sparſim in* Diſcip. Theſib. *præſertim in eruditis illis*, *de* Liene, *p. m. Viri* Joh. von Flammerdinge, *Præſide* Rev. Patre, *propugnatis*, *Ann.* 1671. *n.* 19. *Vid.* Joh. Couſin. *Hiſt. de* Aſthmat. *Ann.* 1673. i Rubefieri *ſomniavit* Walæus, *Inſtit. Med. cap.* 12. *p.* 21. *Vigilantior. fuit* Daniel Duncan. *Hiſt. Anim. Art.* 1 *p.* 40. k *De* ſanguificatione, *vid.* P. de Betbeder, *A.* 1666. *De ſanguineis verò* globulis, *vid. experim.* D. Grew. 1679. de particulis *autem* acidor, terrenis, angular. & cubicis, D. Galatæum, *de acidis ventriculi*, *pag.* 61. *Ann.* 1676.
l *Vid. Cap.* 15. *n.* 1. m Hipp. 312. 32. Sale *propterea* melancholicos *interdicit* Untzerus, *p.* 204. n Thom. Jordan. *de Peſtis phænom. Tr.* 1. *cap.* 17. *p.* 179. & 180. & Jodoc. Lomnius, *Obſ. lib.* 1. *p.* 50. & 167. *Vid. ſingulatim* Sebaſt. Wirdig. *l.* 2. *c.* 2 *n.* 2.
o Claud. *Campenſ. Com.* 6. *in Aph.* 43. *p.* 157. p *Imo* Scabiem ipſam *recenſet* Petrus Paſchalis, *pag. de Feb.* 148. q Montagna 1. *Conſ.* 158 Joh. B. Montan. *Conſ.* 17. & 178. *Vid.* Fr. Pieus *de feb. in ſpecie p.* 267. r Gal. *T.* 5. *p.* 458. *Vid.* Hipp. 113. 39.

erant, evadunt acres, & *prurigine* tandem [s] *ulcerosæ*.

IV. Illinc itaque tibiarum ulcera *parva* quidem vulgò, sed *rebellantia* sese produnt, qualia LXX. Interpretes [t] πονηρὰ vocant καὶ δυσίατα; [v] *Hippocr.* verò κακελκίας ἢ δυστελκίας, ut in *Antilocho*, & [x] *Aleva*. Mala idcircò ulcera dicuntur à [y] *C. Celso*, & δυσαλθέα ab [z] *Aret.* & ab [a] *Aëtio*, quibus suffragatur [b] *Avicennæ* praxis. Istæc enim ulcera *sero* scatent [c] *salsuginoso* fodicante atque corrodente, cujus muriaticam indolem arguunt [d] *cicatrices nigræ*, quibus ita leviter obducuntur, ut *continuo recidivent*. Illæ siquidem *particulæ salinæ*, suis aculeis intimiùs defixis, etsi lateant ad tempus, *brevi tamen assurgunt*, & ulcera produnt *altiora* atque *altiora*, spontaneo [e] sero quandoque manantia, & ab [f] *Hipp.* & [g] *Aret.* graphicè depicta. Altiùs itaque serpente virus edaci, *aures* ipsæ *roduntur*, & [h] *fœtorem emittunt*. Immò [i] *gingivæ* fiunt *rosionis*, *fœtorisque* consortes, *dentesque* suos denudant, *brevi vacillaturos*, prout [k] *Hipp.* [l] *Strab.* [m] *Plin.* [n] *Paul.* [o] *Marcell.* [p] *Avic.* atque [q] *Suidas* stylo notarunt adamantino.

V. Altiùs adhuc evectô vitiô, *narium vasa* recluduntur, & *hæmorrhagiæ* moventur enormes, quæ sanguinis κρᾶσιν *vitia-*

s Hipp. 194. 34. & Lysias, *Or.* 3. *p.* 47. t Deuteron. 28. 35. v *Pag.* 182. 42. & 312. 31. x Hipp. 312. 32. *de quib. memor. exempl.* J. R. Saltzmann. *recitat*, *Obs. Anat. p.* 38. y *Lib.* 2. *cap.* 7. & 4. *cap.* 9. z *Diut.* 1. 14. *p.* 83.

a *Tetrab.* 3. *serm.* 2. *p.* 636. b *Lib.* 3. *Fen.* 15. *Tr.* 1. *p.* 790. c Hipp. 312. 33. *atque* Theophr. *de sudorib. p.* 455. d Hipp. 423. 17. Arist. *T.* 2. 721 *E.* Cels *l.* 2. *cap.* 7. *p.* 62. *n* 25. Nic. Piso, *l.* 3. *de M. Cur. cap.* 30. *p.* 327. Jul. Guastavin. *Com.* 9 *in Arist. Probl. p.* 309. & Lud. Septal. *T.* 2. *p.* 34. e Hipp. *p.* 178. 30. & 203. 41. f *Pag.* 182. 42. 203. 41. 204. 2. 423. 17. g *Diut.* 1. 14. *p.* 83. h Hipp. *p.* 203. 40. i *Vid. Etud. atque versum* V. Ketelaer *de Aphthis*, & Gal. *T.* 2. *p.* 252. & 479. k *Pag.* 182. 42. 203. 40. 332. 39. 348. 39. & 423. 17. l *Lib* 16. *p.* 781. m *Lib.* 25 3. *p.* 622. n *Lib.* 3. *cap.* 49. *p.* 474. o *Cap* XI. *p.* 291. p *Lib.* 3. *Fen.* 15 *Tr.* 1. *cap.* 5. *p.* 791. q *Tom.* 2 *in* Μάγ.

tiatam produnt, quam [r] *Hippocr.* paſſim infamat, utpote *parvo fermento* prægnantem.

VI. Jàm verò *acres* illæ *particulæ ſalino fixæ* [s] Hippocrateâ ſanguinis περίδρῳ, atque [t] *Platonica* περιρροῇ, ità conquaſſantur atque ſubiguntur invicem, ut nihil relinquant in maſſa quod non inquinent. Indè fit ut [v] *infima* trunci *vaſa*, vel turgeſcant impendiò, & [x] *varicibus* aſſurgant; qui vulgò *cæcæ* dicuntur *hæmorrhoides*; vel arrodantur, & fluant, eruptionis inſtar *è naribus ſummis*.

VII. Idem ergò ſanguis qui recens *balſamicus* & *conſocialis* partibus erat, in *acrem* ipſarum *hoſtem* evadit. Partium igitur cum ſanguine neceſſitudo primæva planè intercidit, atque ità ſingulis illis *ipſum veluti refugientibus*, totæ macreſcunt, *nutrimenti defectu*. Aſſurgamus igitur [y] *Hipp.* [z] *Philoſ.* [a] *Aret.* [b] *Gal.* [c] *Avicenn.* & [d] *Averroi*, lienoſos *tabentes* dùm digito monſtrant.

VIII. Quoniam autem illæ ſanguinis portiunculæ ſalino fixæ *craſſiorem* præ ſe ferunt *molem*, quàm ut *porulos* nutriendi corporis ſubire queant, plurimæ in lienem texti laxioris, vel [e] *pondere* proprio ruunt, vel *adventitiis ſpiculis* in illum ſeſe inſerunt. Dùm verò hîc *alta palus* eſt, è cujus profundis haud facilè emergant, conſequens fit, ut plurimæ illæ, *eò demerſæ*, inibi ſtagnent, neſciæ refluxus.

Stagnatione igitur ſuâ concreſcunt, & ita conglomerantur ut *lienem enormiter diſtendant*; [f] *corpore* interim *tabeſcente*.

At-

Μάρκελλος. r *In Coac. in Prog. in Prorrhet. in lib. de M. M. & de Affect. Int.* s *pag.* 11. 28. 85. 33. 89. 19. 99. 7. 102. 36. 104. 6. 107. 24. 108. 41. 109. 2. & 48. 304. 30. 305. 41. & 54. t *Tom.* 3. *p.* 70. & *apud* Gal. *T.* 1. 216. 265. v Hipp. 520. 3.
x Gal. *Tom* 3. 359. Æginet. 3. 59. y *Pag.* 69. 43. 182. 42. & 203. 42. z *Tom.* 2. *p.* 1011. *A.*
a *Diut.* 1. 14. *p.* 82. & 83. b *Tom.* 1. *p* 106. c *Lib.* 1. *Fen.* 2. *Doctr.* 2. *fol.* 107. & *lib.* 3. *Fen.* 15. *Tr.* 2. *cap.* 1. *fol.* 789.
d *Colliget.* 4. *cap.* 56. *fol.* 85. e Terrenæ *ſunt enim atque* compactæ, Julio Palmario, 2. *de contag. cap.* 3. *p.* 122. *atque* Ioh. Ionſtono, *Prax.* 10. *p.* 619. f Hipp. *p.* 69. 43. & 203. 42. Gal. *Tom.*

Atque adeò festivus est [g] *Trajanus* lienem comparans *fisco*. Hoc siquidem *ditescente* populus *depauperatur*, uti liene *increscente* corpus *emarcet*.

IX. Tumentiore itaque splene, non solùm *spiritus* ille *sublimis* urget, quem [h] *Polemon Athen.* meritò tribuit mœrore pressis, sed reliqua symptomata graviùs undique premunt. Imò novi tumores consurgunt, quibus *palpebræ*, *pedesque* [i] *gravantur*, è particulis *seri viscosi* genarum pedumque texto tenaciter implexis. Atque ita non *meræ* sunt *inflationes*, ut apud [k] *Averroem*, quasi *flatuum unicè soboles* essent.

X. Partium autem illarum uti *color* [l] *fœdus multiplex* exsurgit, ita & corporis universi *floridus* omnis atque *vivax* funditùs perit [m] Etenim

Qui viret in foliis venit à radicibus humor [n].

Hîc verò mala radix, mali stolones. Prava germina, pravi surculi: [o] *decolor* lien atque *luridus*; decolor & *vultus* atque *Saturninus* [p]. Sed ne mentem [q] *Saturninam* induamus ipsi, *stigmate notandi* [r] *Astrologico*, Citharœdum vocemus, qui nobis animum exhilaret. En *Stratonicum*, dicteriis facetum, qui *lienosos* dùm intuetur [s] *Caunios*, pallore suffusos, ceu redu-

1. *p.* 106. Ballon. *de V. & M. Morb. p.* 72. 73. & 74. Pallor in ore sedet, macies in corpore toto, *Met.* 2 776. g Aurel. Victor. *Epit. n.* 66. *atque* Rhodigin. *l.* 4. *cap.* 18. *Unde verò* Senn. Heurn. *& alii passim id* Dionis *esse velint*, *me fugit.* h *Lib. de lignis*, *p.* 161. i Hipp. 224. 36. 278. 42 423. 20. & 30. k *Coll get.* 7. *cap.* 13. *p.* 156. *F.* l Gal. adagio *perhibentur*, *juxta* Hipp. *mentem*, *p.* 268. 28. jaunes comme de la cire, *è Nasone autem* ora buxò pallidiora gerunt. *Metamorph.* 4. 134. & xi 417. m Aret. Diut. 1. *cap.* 14. *p.* 83. n *Sic Hipp.* ὡς ἡ τροφὴ, ἕτω καὶ τὸ ἔξω. o *Uti conflat è* cadaverib. lienicis p Hipp. *p.* 204. 2. q *Vid.* Christoph. Clavium, *in Sphæram* Joh de Sacro Bosco, *comm.* 2. *p.* 275. r Joh Hasfurti Verdungi, *Nova Med. lib* 2. *p.* 18. *ubi teterrime* Saturninos *fugillat. Sed* φλυαρεῖ. *Noli autem* ἀντιφλυαρεῖν *e* Gal. *T p.* 41. *verùm* Aristot. *oppone T.* 2. *p.* 815. Cic. *Tusc.* 1 *n.* 33 Plut. *T.* 1. *p.* 344. *B.* & Fr. Bonav. *lib.* 4 *p.* 240. s Plin. 11. 37. *p.* 275. Vo-

reduces vel è [t] *Throphonii* antro vel è mediis *silentibus* [v] *umbris*, in ipsos *Homericum* illud jactavit, [x] *hominum genus foliis esse simile*. At culpantibus eum *Cauniis* quòd civitatem *ut morbidam* subsannaret, *absit*, inquit, *morbidam* dicere *ausim*, ubi vel *ipsi mortui* [y] *ambulant*.

CAP. X.

Nec tumidus lien *cutis florem* unicè *decerpit*, sed viscеribus damnum multiplex infert. Ejus enim *globuli* non omnes *lienali septo* coërcentur: Quidam igitur sanguinis fluento *huc & illuc* abripiuntur, atque ita *glomere facto* venas inferciunt, intra quas nequeunt *liber è volvi* atque *revolvi*. Accidit itaque ut vegeto licèt cordis impulsu ab aliis atque aliis urgeantur à tergo, inibi nihilominus, *hostili suo globo*, vias obsideant. Intereà perennis à corde *propulsio* in illhæc *allidit* obstacula. Tunc verò quicquid in sanguine *tenuius* est atque *dilutius* præterfluit, *crassius* autem & *compactius* inibi sistitur, & venas passim in [a] *varices attollit*, uti singulatim de *venis in ano* prænotatum est [b].

CAP. XI.

Nec isthæc *à sanguine in grumulos coacto* unica vasis infertur noxa, nam *glutinosæ* si confluxerint *particulæ*, globulos pro-

Volaterr. *l* 24. *p.* 571. t Aristoph. *in Nubib. Act.* 1. *Sc.* 6. *p.* 155. Philostr. *Apollon.* 8. 8. *p* 420 & Apostol *Cent.* 7. *n* 88.
v *Æn.* 6 *v.* 264. x *Iliad.* Ζ. *v.* 147. & Φ *v* 464. Mimnerm. *P. Gr. p.* 736. *v.* 1. Plut *de sera pœnit. p.* 560 & Smyrn. 9. *v.* 501.
y Strab. 14. *p.* 651. & Cœlius 4. 18.
a Gal. *T.* 5. *p.* 305. Pulverin. *cap.* 62. *p.* 551. b *Cap.* 8. *n.* 5.

protinus *invisçant*, & partibus *affigunt*. Indè fit ut ipsæ arteriæ vocentur in detrimenti partem. Nam portiunculæ, *visco suo tenaciores*, arteriis internis agglutinantur, & pares se præstant sanguini reprimendo. Illarum enim alveis præpeditis, *fluento* sunt vel *nullo* vel *laborioso*. Sanguinis interim *perennes*, ac etiam *ingentes* volvuntur sub pectore fluctus, qui alluvione suâ ad remoras illas fortiter allidunt, quò gluten illud *arteriis impactum* deglutinent. Ingens ergò procella surgit, *ceu maris æstuosi intra strictiora freta*, nam hic quoque strictior est fluxuri sanguinis alveus. Is autem quia *spiritibus turget*, recens à corde, *impetu ruit* in globum obstantem. Sed dùm suos fluctus, *instar procellosi maris ad saxa* inibi *frangit*, cor minimè *saxeum*, resilit atque tumultuatur. *Cordis* autem istæc *commotio* atque *tumultus* Palpitationis nomine vel *lippis* atque *tonsoribus* jam olim innotuit. *Rudem* testor Plauti *lenonem*, qui *experientiæ scuticâ vapulans* merosè queritur, [c] *geminos* sese *filios in ventre habere*. *Rude* & alterum *cor* [d] *Euclionis* attestor, *arte ludicra*, *continuò emicans in pectus*, hoc est, *palpitatione repentina*, ceu seditione [e] commotâ, *confestim in pectus insurgens*. Idiotas igitur apage, qui [f] *ceu asini ad lyram*, sese ad *Hippocrateos codices* adjungunt, quò *Virum* in Arte Medicâ detritissimum *traducant*, ceu *cordis* istud terrificum *symptoma* vel *siluisset*, vel *ignorasset*. Sed isti *Sycophantæ*, si quid modò *ipsis Arcadicis læva in parte mamillæ saliat*, adeant quæso, Cl. D. D. *Gronovium* Pr. meum ad aras usque colendissimum, & ex illo Literarum omnigenûm *inexhausto fonte*, opimos doctrinæ succos *largiter hauriant*, quò sibi *mentem aridam*, *sterilemque irrorent* atque *fœcundent*. Gloriæ igitur ducant à [g] *Viro tanto* doceri τὸν σφυγμόν

c Curcul. *Act.* 2. *Sc.* 1. *v.* 6. d Plaut. *Aulular. Act.* 4. *Sc.* 3. *v.* 3. e Mercat. *Act.* 1. *Sc.* 2. *v.* 14. f Gal. *T.* 1. 361. & 502. Lucian. *p.* 890. *A.* Athen. *l.* 8. *cap.* 9. *p.* 349. Suid. *T.* 2. *p.* 315. & *Cent.* 10 *n.* 94. g *Quod si locorum intercapedo ipsos illius necessitudine interdicat, consulant velim Eruditiss.* Sebast. Piscenium, *de Cord.* Pal-

γμὸν περὶ [h] παλμόν. Deinceps verò discant quid sit ὁ τῶν φλεβῶν [i] πηδηθμός; quidve αἱ φλέβες [k] αἱ σφυγματώδεες; vel rursum οἱ πόνοι παλμώδεες, [l] vel in universo corpore, [m] vel ad tempora, [n] vel ad collum; [o] vel in toto abdomine; [p] vel in hypochondriis; [q] vel ad umbilicum; [r] nominatim autem quid sit τῆς [s] καρδίης παλμὸς ἀφὶ τέλεος [t] ξωεχής. Quid insuper παλμὸς περὶ καρδίλω οἷον ὑπὸ δρόμε, ἢ ὑπὸ δείματος [v]; Quid tandem *Latinis auribus* isthæc *Divini Genii* [x] verba sonent? αἱ φλέβες πρὸς τῇ καρδίῃ [y] πηδῶσι, καὶ ἡ καρδίη πάλλεται. *Cor* nimirùm *concutitur* atque *subsilit*, ubi vasa *subsultim* ad illud assurgunt. Sicut enim rapidi fluminis *fluxu represso tumescunt aquæ*, multo cum tumultu, ita hic sanguinis *celebrato motu tumefiunt vasa*, atque *commoventur*. & illis turgentibus atque concussis, totum *cor exagitatur*, & *impendiò convellitur*. Hipp. ergò *fons genuinus* est, atque *primævus* scriptionis περὶ παλμῶ.

Quæ igitur *feros* apud ejus *Nepotes* palpitationum *cordis* & *arteriarum* proflant exempla, *Rev. Parenti* neutiquam vel *Archetypa* sunt, vel *Prototypha*; sed *Apographa*, & sæpius *Apocrypha*, utpotè *mendosa*, & à *Naturæ libro* penitùs abhorrentia. Hic igitur Hipp. *uti aliàs*, dum Medica *fundit*, ab aliis *ebibenda*, Galatonis [z] Homerum refert, *carmina vomentem*, ab *Aristophaneis* [a] δαιτυλίσιν *abligurienda*. Sed quia istæc *idea nauseosa* est, *Hippocr.* dicam virum esse *tantum*, ut Medicorum plures, in [b] *Jalemos adscribendi*, tot pygmæi sint, [c] *thyrsos petti-*

Palpit lib. 1 *cap.* 2. 3. & 4 h Hipp. *p.* 115. *v.* 3. i Hipp. *p.* 358. 42. Venarum percussus, *Plin.* 7. 51. k *pag.* 427. 10. l *pag.* 432. 46. m *pag.* 308. 39. 325. 19. 434. 4. n *pag.* 358. 42. o *pag.* 431. 31. 427. 17. p *pag.* 432. 43 q *pag.* 306. 13. 402. 46. r *pag.* 320 5 432 45. s *Vid.* Joh B. Montan *Consil.* 181. Trincavel. *lib.* 6. *part. aff.* 12. Claudin. *Cons.* 128. *p.* 308. Petrum Vascum Castellum, *Tract* 9. *de Cord. palpit. p.* 814. Tulp. *lib.* 2. *obs.* 19. & Henr. Regium, *prax. p.* 283. t *pag.* 327 45. *p. pag.* 532. 50. x *pag.* 124. 40. y *Ipsum* cor *Antiocho depereunti Novercam δαιμὼς πηδᾷ* e Juliani *Misopog p.* 69. z Alian. *V. H.* 13. 22. *p.* 502. a Salsum *est in Poëtas infectos* Scomma. *Act.* 1. *Sc.* 2 *p.* 215. b Zenob. *Cent.* 4 *n.* 39. Gal. *Tom.* 3. 453. 58.

licem ejus metientes. Imò Hippoc. *Phœbus* eſt *alter*, fulgore non ideò carens, quia *non videtur à* [d] *cæcis.*

CAP XII.

NUſquàm igitur *cor* unicè *ad moles ſuis oſtiis injectas ſubſtilit*, ſed & ejus primarii tubuli, *ad obices quoque reſiliunt*; aſſultim enim impetuntur à ſanguineis globulis cunctis, qui ab offenſâ ſuâ *tumultuoſe* & *confertim* in ſeſe reſultant. Tunc quippè neceſſarium eſt, ut *ſenſiles* illi ſanguinei *canales* toti contremiſcant, & motu ſuo incondito *viſcera concutiant.* Undè conſequens & alterum ut inteſtinus ille ſanginis tumultus arctiores ſuos dilatet alveos, & *maris* iterùm *implacidi more*, ſinus ſibi formet, intra quos reciprocet. Dum autem ſinus illi cavantur, univerſum *Arter. ſyſtema.* micare non deſinit, pulſuque ſuo irrequieto turbas ubique ciêre, ſed præſertim *in ipſa lienis arteria*, quæ propterea pulſat enormiter, & petulanti ſanguine *hypochondrium concutit* atque *convellit.* Exindè eſt, ut lienalis arteriæ *validi percuſſus* frequenter occurrant, qui ſuis *ictibus* fortiter *repetitis* fornicent. *Fornicatur* ergò *lienalis arteria* reliquarum more, quæ hinc indè *fornicis in morem* exſtruuntur, & ανευρύσματος nomine paſſim infamantur à [a] *Dioſcoride*, à [b] *Galeno*, *ab* [c] *Aëtio*, *à Paulo* [d] *& ab Actuario* [e].

II. Iſtæc

58. Heſych. *p.* 454. Suid. *Cent.* 5. *n.* 8. & 7. *n.* 97. Apoſtol. *Cent.* 10. *n.* 39. Etym. M. *atque* Varin. in Γάλεμος. c *Vid.* Cyclopem *Timanthis*, Plin. 35. 10. *p.* 833. d Theophili *mens eſt* de Sole, *Lib.* 1. *ad Autolycum. p.* 70.

a *Lib.* 4. *cap.* 42. b *Tom.* 3. *p.* 356. 4. *p.* 27. & 87.

c Tetrab. 1 *Serm.* 3. *cap.* 18. *p.* 122. & *Tetrab.* 4. *ſerm.* 2. *cap.* 51. *p.* 716. *Ibid rurſus ſerm.* 3. *cap.* 9. *p.* 746. d *lib.* 4. *cap.* 53. *p.* 527. *lib.* 6. *cap.* 37. *p.* 563. e Meth. *lib.* 3. *cap.* 1. *p.* 194. *Vid.*

M.

II. Iſtæc autem aneuryſmata *vel jam mihi notiſſima ſunt*, nam tales arterias cùm in *pectore*, tùm in *abdomine* pugni mole *farnicatas* legi apud [f] *Fallop.* & *Paræum*, [h] *Harvæum*, [i] *Riverium* & [k] *Marchettis*. Singulatim verò *Par. Rev.* lienales mihi ceſſit bene multas *Dædaleas* omninò, & *ambagioſas*, celluliſque paſſim *excavatas*. Tales porrò fuiſſe profitetur lienales illas, quæ ſuis *anfractibus* [l] *longè latéque protenſis*, atque tædioſè pulſantibus [m] *Plautinum* Cappadocem *Zonâ quaſi cinxerunt*. Tales iterùm aſſerit *melancholicis* ineſſe, qui *corae lienoſo* [n] *canuntur*, quòd ſcilicèt *lien* ipſis *ſaliat*, & *de labore pectus tundat*, ac *ſeditionem* veluti *faciat*, *occupando* [o] *præcordia*.

III. Tales denique fuerunt pulſationes illæ quas memorant, & quas ignorant [p] *Arculanus*, [q] *Eraſtus*, [r] *Claudinus* atque [s] *Bontius*, ſed quas debuiſſent ab [t] *Hipp.* dediciſſe. *Par.* autem *Rev.* mirâ voluptate meum animum permulſit, ubi me docuit ſe *intra lienales* illas, nec non *intra pulmonales*, & quandoque intra coronarias cordis [*quas mihi dedit expaſſas & duratas omnino, atque ita horrendæ quondam palpitationes fontes*] mucilaginem quandam, *oſtrearum* inſtar, & *lividis cirris*. Id quidem [v] *Benivenius*, [x] *Veſal.* [y] *Holler.* [z] *Rumler.* [a] *Ballon.* [b] *Hildan.* & ipſa ſeculi ſupercilia [c] *Severin.* [d] *Velſchius* &

M. Aurel. Sever. *p.* 170. *de Abſc. & ſingulatim libell.* Barthol. & Hornii. f *Lib.* 1. *de Tumor. p. n. cap.* 14. *p.* 284. g *lib.* 6. *cap. ult. p.* 229. h *Exercit.* 3. *de Circ. ſang. p.* 254. i *lib.* 12. *cap.* 5. *p.* 202. k *Obſ. chir.* 48 *p.* 113. l Arant. *Obſ.* 35. *p.* 99. *Vid. hic cap.* 1. *n.* 8. m *Curcull. Act.* 2. *Sc.* 1. *verſ.* 5. n *Caſinar. Act.* 2. *Sc.* 6 *v.* 62. o *Mercat. Act. Sc.* 2. *v.* 14. p *In Non. Rhaſ. c.* 100. *fol.* 151. q *In Hipp. Progn.* 1. *p.* 158. r *Conſil.* 46 62. & 74 *p.* 106 143. & 175. s *Obſ. Indic.* 8 *p.* 37. t *pag.* 204. 328. 402. & 432. v *Obſ. p.* 137. 161 178 & 183. x *Lib.* 1. *cap* 5. y *lib.* 1. *c.* 29. *p.* 208. z *Obſ.* 6. & 52. *p.* 6. & 32. a *Tom* 3. *p* 310 314 315 & 325. b *cent.* 2. *obſ.* 89. & *cent.* 4. *obſ* 50. c *cap.* 2. *p.* 277. d *Obſ.* 34 *p.* 22. e *pag.* 124. 39. & 125. 21. & 47.

& alii, viderunt tàm in *aorta*, quàm in *corde*, ſed chimæræ formâ, *vermis* nimirùm, *puris*, *calli*, *carnis*, *caruncularum*, vel *adipis*. At ipſorum intererat, ab [e] *Hipp.* doceri tales concretiones eſſe à *pituitâ frigidâ* ſanguinem *refrigerante* atque *fiſtente*.

Merum igitur *gluten pituitoſum* eſt, ſicut *Hippocrati* experimenta paterna luculentam fecere fidem, Iſtæc enim *mucoſa* ſæpius *exſiccavit*, *decoxitque* aquâ, vinô, acetô; vel etiam *exuſſit* prunis vel flammâ, & aliud nihil deprehendit quàm *gelatinam ſanguinis* eſſe ſimilem illius, quæ *ſanguini ducto* tenax accreſcit, & inſtar expanſi totum vaſculum obtendit, in pituitoſis, *in cachecticis*, in *ſcorbuticis*, in *ſpleniticis*, atque ſingulatim in *rheumaticis affectionibus*.

CAP. XIII.

Dùm autem tot illis arteriarum percuſſibus corpus ita comploditur, ut *vel è longinquo* [f] *ſonus audiatur*, cuncta certè ingraveſcunt, properatque morbus ad *cataſtrophen*. Præprimis [g] *flatus* inſoleſcunt, & ex *utre velut* [h] *Æolio* laxati, quoquoverſum furibundi diffunduntur, diraſque tempeſtates ubique commovent. Singulatim autem ventriculum diſtendunt, & excruciant, nî *ructibus*, utut [i] *fœtidis* explodantur. *Lienoſos* diceres [k] *cavos folles* eſſe, *olida ſpirantes*, ſed toto diviſos Orbe à [l] *Pomponio* Conſulari Poëtâ, quem perhibent *ructaſſe* nunquàm. Nec flatuum ſævities effrænis *tenuibus* pârcit *inteſtinis*. Illa ſiquidem vel crudeliùs dilaniat, quàm ipſum *colon*, quod uti *obtuſius*, ita & *capacius*, nec luctan-

f Tulp. *lib.* 2. *obſ.* 28. g Aret. *Diut.* 1. 14. 82. *vid. Syn.* Mayerniani *cap.* 12. *p.* 304. h *Odyſſ.* K. *v.* 19 & 47. i Piſcium nidore, *Aret. Diut.* 1. *cap.* 5 *p.* 56. *vid* Th. Sydenham. *de Paſſ. hypoch. p.* 113. k Juven. *Sat.* 7. *v.* 111. l *Plin.* 7. *cap.* 19.

luctantes ventos ita coarctans. Sed accidit oppidò fauſtè ut dùm cruciamentis ſuis omne frangunt animi robur, ipſi, tanquàm ſævi hoſtes, *ad tibiæ* [m] *cantum*, portâ decumanâ *trudantur*. Lienoſorum enim fibræ inteſtinæ *Edicti* [n] *Claudiani* ſunt amantes, & [o] *Argyrii ſimiæ*, audacter quippè, *ne periclitentur*, nervis undique contentis [p] *hoſtilem ſpiritum* omnem vel publicitùs *elidunt*, etſi nuſquam λιβανωτὸν [q] oleat. Et eâ in re ſplenici prudenter ſibi conſulunt, alias tantâ intus rabie furunt venti, ut *Diocle* [r] *narratore*, Medici non veriti ſint, perſtrepentis lienis murmura ſæva, tempeſtatéſque ſonoras τὸ φυσῶδες τὸ πάθημα *morbum flatulentum vocitaſſe*, inſtar [s] *Hippocratei* νοσήματος ἐξυγματώδους *morbi ructuoſi*.

II. Alii verò flatus iſtos *Dæmonas* eſſe finxerunt abdomine cluſos, quibus *Lienoſi* non modò fiant [t] *ventriloqui*, [v] ἐγγαστρίμυθων æmuli, *alto ſuò lienis* [x] *ronchò*, ſed & *ventre* tur-

19. *p.* 147. 31. m *Quidni ſic agatur cum* hoſtib *illis? quam Thebarum* muri hoſtiles [illegible] diruantur; Tzetz. *chil.* 1. *n.* 13. & *Tyrrheni* ſervi. *Plut. T.* 2. *p.* 260. *B.* (heriles hoſtes) Senecæ, *Epiſt* 47. *p.* 460 Tertull. *adv. Marc.* 5. *n.* 6 Æl. Donato, *in Andr. p.* 589 *fuſc.* Feſto, *de ſignif. verb* 15. *p.* 429. *atque* Macrob. Sat. 1. *cap.* 11. *p.* 235. *Imo* Spiritui *ipſi* Sacro, *Mich.* 7. *v.* 6. & *Matth.* 10. *v.* 36. *re*plectantur. *Odit porro tanti rationem* Homer. *dat. Odyſſ.* XVII. *v.* 322. *atque* Plato 6. *de Legib. p.* 777. *A.* n Sueton. *in Claud. c.* 32. *p.* 494. o Ariſtoph. *in Plut. p.* 19. *A. F.* & Suid. *in* Ἀγγέλῳ.
p Hipp. *p.* 178. 31. & 306 50. q Ariſt. 16. *in Plut. p.* 73. *E.*
r *Gal. Tom.* 3. *p.* 278 8. s *pag.* 156. 48. t Tertull. *adv. Praxeam, n.* 19. *p.* 650. *D.* v Hipp. *p.* 340. 36. & 357. 32. *Imo paſſim apud* LXX Levit 19. 31. 20. 6. & 7. *Deuteron.* 18. *v.* 11. 1 *Sam.* 28 *v.* 8. & 9. 2 *Chron.* 33. *v.* 6. *Eſ.* 8. *v.* 19 19 3 44. 25. Cic. *de div. n.* 19. & 36. 2. *n.* 57. Strab. *lib.* 9. *p.* 419. Joſeph. *A. J.* 6. 15. *p.* 204. C. J. Martyr. *ad Orthod p.* 422 *C.* & 440. *D.* Clem. Alex. *Admon. ad Gent. p.* 9. *C. Pædagog.* 2 *p.* 148 *D.* Hieronym. *in Catal. p.* 297. *de Euſtathio*, Photius *in Epiſt.* 151. *p* 206. Apoſtol. *Cent.* 7 *n.* 48. & *Cent* 9. *n.* 35. J. C. Scaliger *ad Card. fol. verſo* 332. J Wierus *de Magis*, *cap.* 14. *p.* 140. P. Zacch Q *Medico-legal. p.* 195. & Servat Gallæus. *de Sibyllin. Orac. p.* 2 & 362. *Videſis Exegeſin* Gal. & Heſych. Suid. & Varin. in Ἐγγαστρίμυθῳ, *Videantur* & Sophoclis [illegible] *non*

turgescant *collativò* [y] seu *aqualiculò* [z] *propensò sesquipede*, ad *intensissimum* luctantis flatus, & exilire nitentis [a] *elaterem*. Flatus autem illi sicut in *ventriculo* & *in intestinis* fœtura sunt *pituitæ salsæ* [b] *& acidæ*; ita *in liene* soboles sunt *seri muriatici*, quod *splenem* non modò *fermentat*, sed & *sanguinis massam*, in quam, detrimentum sibi illatum, cum fœnore refundit [c]. Inflantur ideò venæ & impendiò nigrescunt, atque *varicibus* hinc indè *protuberant*, nec ad tactum ita resiliunt, uti dùm *sanguis integer ævi* & purus putus inerat, ac intimè perfusus portiunculis *balsamicis volatilibus*, & *plenè nutritiis*. Nunc enim *acribus* scatet *salinisque fixis*, [d] & *rosione*, *fermentoque promptis* quæque pravam indolem suam *noxâ* [e] *produnt*. Hìc siquidem *Hæmorrhoides* Cap. 9. N. 6. noxiores sunt, sive *crepent*, & *fluant*; sive *consistant* & *stagnent*. Sic & *hæmorrhagiæ* nocentiores, reliquum enim *naturæ thesaurum* profundunt, residuis spiritibus *oppidò paucis*, atque sic *lienosi tabent elumbes*, assurgentibus interim *pedum* [f] *œdematis*. Imò *rediviva* fiunt oris atque tibiarum *ulcera*, quibus vires magis adhuc atteruntur, *spiritibus cassæ*. Nequeunt igitur lienosi *firmo insistere talo*, sed impares sunt ad *incessum*, præsertim *ad acclivia*, uti * *Polemarchi* filius. Sed istæc *scorbutici lienis* enervata crura [g] imperitè scriptitant ἀνιατρολόγητοι [h], *supra plantam* (ut dicitur) [i] *evagati* crurum esse [k] *paralysin*, cum inte-

nem Emycles Arist. *in* Vespis, *p.* 502. *atque* Platon. *in Sophista*, T. 1. *p.* 252. C. *Talem Rhodigii* Cælius *audivit*, *lib.* 8. *cap.* 10. *p.* 417.

x Hipp. *de Lycino Gr. p.* 332. 39. y Plaut. *Curcul. Act.* 2. *Sc.* 1. *v.* 16. z Pers. *Sat.* 1. *v.* 57. a Gal. *Tom.* 1. 309. 31.

b Gal. T. 3. *p.* 276. 36. & 358. 25. c Hipp. *p.* 168. 18. 203. 40. 204. 2. d *Spiritu & Sulphure prosùs orbis* Joh. Jones, *cap.* 3. *de Feb. int. p.* 116. e *Vide passim* H. Reutner & S. Eugalen, *de Scorbuto*. f Hipp. *p.* 178. 32. * Hipp. *p.* 366. *v.* 14.

g *Imò vel simplici quantùmæ* pigritiæ *mesi* ad motum, *ut apprimè notat* Lud. le Vasseur, *p.* 57. *de* triumv. hum. h *Sesquipedale* Vitruvii *dicterium est in* Medicina rudes, *lib.* 1. *p.* 27. i Ammian. Marcell. *lib.* 28. *cap.* 1. *p.* 509. *Vid.* Val. Max. *lib.* 8. *cap.* 12. *n. ult. in Ext.* & Plin.

terim toto cœlo discrepent vel à *paralysi vulgari*, vel ab illâ *crurum & brachiorum impotentiâ*, quæ vel *febribus intermittentibus*, vel *colicæ Pictonum consectaria* fit, qualem *Rupellæ*, *Parisiis* atque *hic* Rev. Parens annotavit, monitus à l *Fernelio*, m *Cæsio*, n *Salmasio*, atque *Riolano* o.

Plin. *lib.* 35. *cap.* 10. *p.* 834 *Quippiam affine profert* Epictet. *cap.* 61. *p.* 43. k Strab. *lib.* 16. *p.* 781. & Plin. 25. 3. *p.* 622. *Imò ipse defin. M. Tullio*, T. 4. *p.* 398. & Cæl. Rhodig. *lib.* 6. *cap.* 8 *p.* 279. G *Vid.* Reusner. *de Scorbut. p.* 123. l Pathol. *lib.* 4. *cap.* 10 & *lib.* 5. *cap.* 3. m *Opusc. in* 4. *p.* 171. n *De* Annis Climacter. *p.* 731. o *Anthropogr. p.* 656. *Vid.* Joh. Bettum, *de sanguine*, *p.* 183. *n.* 4.

CAP. XIV.

In istis itaque lienosorum *sanguineis effluviis*, *suggill.* & *ulcusculis*, concipienda venit *acidæ colluviei luxuries*, quæ *cutis corrodat*, *sanguinemque* p *denigret*, ac in *globulos cogat*. Quid enim aliud loquuntur hactenus prolata? & quid rursum *ipse sanguis è splenitico rum venis eductus?* Is enim totus *luridus* est, & *crassus*, *grumuli*que *compactus*. Dissectus deinceps ipse lien, qui totus τρυγώδης q est, hoc est, qui *totus diffluat consimili tabo*, picis r navalis ad instar, uti lien s *Fernelii*. Imò lienes benè multos *Rev. Parens* præ manibus habuit, *universè fluxos*, hoc est *ab acido* ita *corrosos*, ut tunica revulsa *toti fluerent*, & toti funderent suam t *amurcam*, fibris scilicet ip-

p Hipp. 203. 40. & 204. 2. q Ruff. Eph. *p.* 44. & Nemes. *de Nat. h. p.* 111. r *Talem* picem *nobis exhibet quoque* Gal. *Tom.* 3. *p.* 358. & C. Piso, *Sect.* 1. *p.* 40 *nec non* B. Swalve, *Fanc. Pan. p.* 264. s Plancius *in ejus vita*, *p.* 15. *sed neutiquam Ann.* 1597. *ut imbi recitatur*, *verum Ann.* 1558. è Thuani *Hist.* 21. *T.* 1. *p.* 431. Barth. *Epist.* 73. *Cent.* 1. & Patin. *Epist.* 70. *p.* 230. t *Talem Aretæus* alvo e fusam *narrat*, colliquescente *sic* liene, φύσει ὑγρὸν, natura solubi-

ipsorum totaliter arrosis, ad leviorem attactum diffilientibus, haud secùs ac *pulpa mali vieti atque putris*, [solutâ compage] *contrectari non sustinet*. Ipsa denique *curandi methodus* luculenter arguit *sanguinis acorem dominatum occupasse*, nam quæcunque *acidum infringunt*, tyrannidem illam opprimunt.

II. Sed quò evagor? & quorsum è cadaveribus argumenta mutuor, ut *lienis acidum* [v] *deprehendam*. Ipsi *lienosi*, spirantes adhuc *mentisque suæ compotes*, *omninò* producendi veniunt coram Veritatis Tribunali, quo testentur, *ore uno*, & *pectore recto*, quanto *noxa* sit illius *acidi*, quo cruciantur, illud enim v. g. integrò biennio, *Fernelium* [x] exenteravit. Tanta certe est ut sæpe sæpius *ventriculum subvertat*, & vomitu sese prodat *stypitico* prorsus & *austero*. Fauces enim non solùm *stringit* atque *coarctat*, vitrioli more, sed *abradit*, atque *corrodit*, aquæ [z] *Stygiæ* ritu, & exinde est, ut illæ vomitiones, in terram profusæ, [a] *aceti ad instar ebulliant*, & nidore suo abominando vel ipsa fugent animalia, *mures* putà, *feles* & *canes*, qui sanorum [b] *vomitus alias abligurient*.

III. Imò enormis acor ille in tantum exaltatur, ut *ossium durissima* [c] pontico sapore pungat, *hæmodiam* enim infert, quam

li, *Diut.* 1. 14 *p.* 82. & Petr. Sal. Diverf. *de Aff. Part cap.* 15. *p.* 285. *Tales rursum* lienis particulas, *exulcus podice*, Car. Piso *edulis notat*, *Sect* 1. *p.* 40. u B. Victorius, *Sect.* 1. *cap.* 14. *p.* 287. Sebast. Cortilio, *lib.* 1. *cap.* 5. *p.* 357. Helmont *p.* 126. *n.* 30. Fierabras, *Meth. Chirurg. p.* 331. Barbet. *Anat. Pract. p.* 138. & *Clar.* Wedel. *Mach Vit. cap.* 10. *p.* 301. x Plancius, *in ejus vita*, *p.* 15. y Hipp. 153 29. 157. 50. 158. 3. 192. 21. 209. 31. 210. 45. 217. 40 236. 37. 375. 27 Gal. *Tom.* 3. 358. & 359 Avicenn. *lib.* 3. *Fen.* 15. *Tract* 2. *cap.* 1. *fol.* 789. & Hercul. *fol.* 150. O.

z *Quam merito* calcinativam *vocat* R. Lullius, *Testam. novissi. p.* 59. *De hac ita* Libavius, *Syntagm. Arcan.* 8 *cap.* 30. Davidson *Chym. cap.* 36. *p.* 273. & Arnaud. *Chym. cap.* 3 *p.* 73. a Hipp. & Gal. *ibid.* b Gal. *Tom.* 4 *p.* 189. c Acetositatem *Meletius vocat*, *Lib. de Nat. hom. p.* 100. & J. M de Gradib. *cap.* 9. *p.* 270. Ponticitatem *verò* Avic. *lib.* 1. *Fen.* 1. *cap.* 4 & Aponensis, *Differ.* 30. *p.* 48. *B.* 2. *Id autem hauserunt* ex Hipp. *Libell. de hom. struct. pag. ult.*

quam [d] *Vir eruditus* ineruditè [e] *Galeno* tribuit: illa siquidem [f] *Sacrorum Codicum* est. Quinimò ante LXX. Interpr. [g] *Aristotelis* est, & ipsius [h] *Hipp.* Post LXX. autem, sed ipsorum ævô, [i] *Dioclis* est *Carystii.* Tribus verò deinceps seculis exactis, sed ante *Gal.* adhuc [k] *Dioscorid.* est [l] *Anazarbei.*

IV. Illius insuper *acoris educitas* est tanta, ut medio in ventriculo vasa recludat, vomitumque suscitet sanguinei coagulî nigri, *odore* [m] *cadaverosô*, quem vulgò subsequitur *hydrops* [n] *remedii nescius*, uti mihi constat è *Praxi Paternâ*, in quâ me roboravit [o] *Dodonæus* cap de Absinthio, atque [p] *Valverda*, cum suo *Cardinale de Cibo*; nec non [q] *Riolanus*, cum suo Senatore; & ipse demum [r] *Ephem. Germ.* cum sua Matrona. In illorum nim cadaveribus, *unum è brevibus vasis* insigniter hiabat, è quo tale coagulum mortiferè eructatum est, *occupato hydrope.* Dictis demum grave pondus accessit *ex* [s] *Hipp. lienoso*, qui tali sanguine affatim rejecto, postridie periit.

V. Immò talem sanginem lethaliter alvo dejectum *Riv. Par.* in fœmina vidit, cujus *lienale carcinoma* subjectum *colon arroserat*, & *tabum* [t] torminale lethiferumque *in intestina* fuderat, quale in *abdomen* effusum [v] *Ballonius* notat.

ult. Vid. Fracastor *de sympath. & antipath. cap.* 14. *pag.* 58. & *M.* Dusseau, *de saporib. part* 1. *p.* 116. d Cælius, *lib.* 4 *cap.* 1. & 6. *cap.* 8. *p.* 166. & 280. e *Tom.* 1. *p.* 21. & T. 3. 263. & 278. f Jerem. *cap.* 31. *v.* 29. & 30. *Ezech.* 18. 2. g *Tom* 2. *p* 683 & 718. h *pag.* 116. 8. 143. 48. 153. 29. 158. 2. 192. 23. i *De locis aff.* 3. *p.* 278. k *Lib.* 2. *cap.* 150. l Steph. *de Urbibus. p.* 127. m Hipp. *p.* 158 2. m Aret. 1. *Diut.* 14 *p.* 83. & *lib* 1. *de Cur. Diut. cap.* 14. *pag.* 250 *Illis enim hydropicis semper cessere Magistri.* Phillyrides Chiron, Amythaoniusque Melampus. *Georg.* 3 *v.* 549. o *Pemptad* 1. *lib.* 2. *c.* 2. p *Anat. lib.* 6. *cap.* 5. *p.* 267. & Spiegel. *lib.* 8. *cap.* 14. *p.* 241. q *Anthropogr.* 2. 17. r *A.* 1678. *Obs.* 20. 69. s *Pag.* 339. 5. *Vid.* Tulp. *lib* 2. *obs.* 31. & 32. t *Instar atramenti* Polypi pisci, Hipp. p. 157. 50. v *Tom.* 3. *p.* 302. *n.* 14.

CAP.

CAP. XV.

Quid demum Achilleis argumentis illis *pervigilium* ſi ad numeremus, [a] *Herophontis*, v. g. [b] *Scopi*, & [c] *Chartadæ*, ab ichore ſcilicet *acri* cerebri meningas [d] *fodicante*. Eodem igitur *aculeo*, quo fiunt [e] *inſomnes*, fiunt *cephalalgici* & quidem [f] *punctim*; præcipue autem ad *tempora*, ubi aſſultim micant *arteriæ*. Etenim *acor* ille *ferì* ultro citroque fluctuans intra vaſa, plurimus certe in cerebri gyros influit, unde piam illorum blandamque matrem *dentatâ feritate* ſuâ *mordet*. Quinimò dùm locorum inibi *difficultates* atque *Dædala* arctus illud coërcent, & vim ejus promovent inſitam, meningem & alteram admordet. Nec enim facilè *difflatur*, nec exinde facilè *diffluit*. Novo igitur veluti [g] *meteoriſmo* concepto, [h] *fermentatur & ebullit*, ſuiſque aſſurgentibus undis meningas *expandit*, ſpiculiſque *vellicat*, ſingulatim verò tempora *verberat*, atque *confodit*, utpote, præ ſinuum amplitudine, *fluctibus* illis & *aculeis* magis obvia.

Iſtæc meherclè *doloris* eſt inſimul & *inſomniæ* ſontica cauſa. Qui *mephitin* igitur è liene concipiunt in caput efferri *directo*, ut inibi *dolorificè* atque *vigilanter* volvatur atque revolvatur, *chimæram* concipiunt *bombinantem in vacuo*, ſicuti me docuerunt *Rev. Par.* atque *Schneiderus* [i].

a Hipp. *p.* 308. 17. b *Id. p.* 315. 37. c *Id. p.* 354. 33. d *Sicut accidit τῇ δάκνι Obſ.* 107. P. Renealmi, *p.* 77. e Hipp. *p.* 178. 30. f *Aliàs tamen* gravatè, *ubi ferum* mitius *&* uberius *eſt, ſicut in* Pericle, *atque* Lycino, Hipp. *p.* 325. 28. *&* 332. 39. g Gal. *Tom.* 5. *p.* 460. h *Eruditiſſ. legito* Mart. Schoock. *de Ferm. &* Tachenii Hipp. *Chymic. Vid. Cap.* 17. *n.* 3. i *Cap. de Vertig. p.* 185.

CAP.

CAP. XVI.

Nunc itaque ſum in proclivi, ut in illius acidi *facinus terrimum* me convertam. Id enim, *ceu* [a] *ſepia foret*, ſanguinem [b] *nigrore* ſuffundit, & nigram illam infert [c] *Averroïs* Morpheam, hoc eſt *icterum nigritiâ horridum*, quo [d] *cuticula* vel nive candidior colorem induit *Aquilum* & *Æthiopicum*, unà cum oculis vulgo [e] *plumbeis*, ſed quandoque *herbeis* [f].

Non ſimpliciter ergo [g] *lienoſi decolores* viſuntur ut [h] *Anaxenor*, ſed ſua nigritudine truculenti, ut *Antiochus* & [i] *Alexas*. Ex eodem deinceps *lienis* velut *aheno tinctorio* efficiendæ veniunt *nigricantes maculæ* & [k] *aphtæ*, imo *cicatrices*, Cap. 9. n. 4. nec non Urinæ atratæ, quæ [l] *Galeno*, [m] *Avicenn.* [n] *Actuar.* [o] *Averroi* & [p] *C. Piſoni* colliquati ſplenis *fideles* ſunt *interpretes*.

a Ariſt. T. 1. 941. *E.* Cic. *de Nat. deor. n.* 50. Perſ 3. *v.* 53. Plin. 9. 29. *p.* 212. Ælian. *de An.* 1. 34. *p.* 15. Plut. *T.* 2. *p* 978. *A.* Volaterran. *lib.* 25. *p.* 611. 2. Rondelet. *de Piſc.* 17. *cap.* 1. & Geſn. *lib.* 4. *p.* 853. b Hipp 203. 40. & 204. 2. Avicenn. *lib.* 3. *Fen.* 15. *Tract.* 1. *cap.* 3. *p* 788. *Vid. Theſ.* Fr. Courcellium, *de V. S. p.* 102 *atque* Paul. Zacch. *p* 688. c *Colliget* 3. *cap.* 26. *fol* 45. *Tom.* 9 & *ibid.* 4. *cap.* 12 *fol* 64. d Cuticulam *dixi*, Cutis *enim Æthiopum albet*, *uti* Riolan. *Anthr.* 2. 4. *mihi teſtis eſt oculatiſſ. nec non Seremiſſ. Cimbriæ Ducis* Ἀ'ξχίατρος Pechlinus, *in eruditiſſ & meditiſſ. ſuo de* Nigritie Æthiopum *Tractatu*, *quem inſcripſit* Par. Rev. e Fr. Joël. *Tom* v. *p. 65.* f Plaut. *Curcul Act.* 2. *Sc.* 1. *v.* 16. g Hipp. 182. 41. 203. 12. & 40. 204 26. 312. 31. & Gal. *T.* 3. 308. & 5. 462. *atque* Solenander, *Sect.* 5. *Conſ* 21. h Hipp. *p.* 366 44. i Hipp. *p.* 312 32. k *Quas recitat in* quartana *criticas* Joh. Rhod. *Cent.* 1. *Obſ.* 16. l *Tom.* 5. *p.* 514. m *Lib.* 1. *Fen.* 2. *Doct.* 3. *cap.* 2. *fol.* 142. & *lib.* 3. *Fen.* 15. *Tract.* 1. *cap.* 4. *f.* 790. & 791. n *Lib.* 1. *de Urin. judic. cap.* 20. *p.* 65. o *Colliget.* 4 *cap.* 22. *fol. verſo* 70. p *Sect.* 1. *p.* 40 *Vid.* Joh. Hucher *Prognoſ. cap.* XI. *p.* 83. & *Med. hiſt.* Fr. Rubei *Ex.* 3. *pag.* 27. *Sic lucul. exemplum extat urinæ nigræ* B. Verzalch. *Obſ.* 96. *p.* 247.

ternunciæ, quasi nempe illarum *effluxu* totum illud *infectorium* effunderetur *abenum*, & revera istud *Galenicum* effatum ab ore veridico *Hipp.* emanavit. Is enim *è suis phænomenis* placitum istud ratum atque fixum habuit. Nobis quippe q *Herophontem*, καὶ τὴν r δεῖνα ponit in medio; s *Nicodemum* insuper atque t *Metonem*, nec non v *Heropythum* & x *Epicratis uxorem*, qui singuli *nigris urinis* tartareum suum caldarium salubriter exhauserunt. Sic y *Erasistratus* fœminam vidit, *menstruis defectam*, quæ salutariter *nigras urinas* excluſit, sic Amico z *Valetii*, Vere & Autumno, *tumet* lien, sed urinis nigris *detumescit*.

q *Pag.* 308. 15. r *Pag.* 326. 41. s *Pag.* 326. 24.
t *Pag.* 309. 32. v *Pag.* 326. 9. x *Pag.* 308. 46.
y Gal. 3. 362. 54. z *Exercit.* 40. *in Holler. Vid.* Chr. à Vega. *Præf. de Urin. p.* 530 & M. Martin. *p.* 321.

CAP. XVII.

Istis positis facilè est imaginari I. Sanguinis grumulos, suâ intra *lienis cavernulas* coïtione densa, a *fæcem* illam & b *amurcam* constituere, quâ splenicos scatere profitemur.

II. *Fæcis* illius *satietate*, lienem distendi, nec aliunde arcessendas esse obstructiones ejus vel *recentes*, & *leves*; vel *vetustas*, atque *rebellantes*.

III. *Fæcem* c illam & amurcam, *sero dilutiorem adhuc*, sedimenti more vel *in dolio vini*, vel *in oleario vase*, fluxilem adhuc esse. *Lienis* itaque *tumores* suscitat primi generis d *mol-*

a Hipp. *p.* 157. 49. b Gal. *T.* 3. *p.* 307. 308. 332. & 361. *Quid vero sit genuina* amurca *discere est è* Caton. *de Re R. p.* 36. Varron *p.* 130 Columell. *p.* 453. & Const. Cæs *p* 178. c Gal. *Tom.* 4 *p.* 189 27. Avic. *lib.* 3. *Fen.* 15. *Tract.* 1. *cap.* 5. *p.* 791. *v.* 60. & D. A. ab Altomari *p.* 557. d *Eos à pituita deducit* Joh.

molles, & *flaccidos* atque [e] *fugaces*, ſcilicet modò *tumultuentur* modò *ſileant*; juxta diætæ vitia, & veteris ſuæ ſpurcitiei miſturam variam atque variam; imò juxta [f] *fermenti* novi vel *parcioris*, & *mitioris*; vel *ubertoris* & *acutioris* acceſſum, idque vel πυρετωδῶς, vel ἀπυρέτως. Si verò febris aliundè incenſa fuerit, *ſopitum* lienis ignem *ſub cinere doloſo* ſuſcitat, quo ſuſcitato *ſplen ardet* [g] *ut ignis*, & tollitur in altum, atque turbulentiſſimas ubique moleſtiarum tempeſtates excitat. Sed *lienalis* ille *tumor* tunc certè *febris incendiarius* non eſt, verùm *febrile ſymptoma*, uti Plutarchi [h] *Hieronymus* peritè notat. Conſequens ergò ut ſymptomaticus ille tumor ad febris vel *intentionem* vel *remiſſionem* cùm *aſſurgat*, tùm *ſubſidat*, ſicut id ipſum quotidianus rerum eventus luculenter adſtruit, & ſicuti rurſus ex Hipp. [i] *Herophonte* liquet, cui lien *alternus* vel *tumebat*. vel *minuebatur*. Sic in [k] *Hippoſtrati* uxore, quam *febris* [l] *querquera* jactabat, *lien* equidem *faſtigiatus* evaſerat, ſed is *totus* ad febrem ſudore, menſtruiſque reſtinctam, *depreſſus eſt*. Pariter certè *fæx* eadem, cum *uberior*, tum *compactior*, tumores excitat ſecundi generis, quibus *lien* [m] *turgidior* quidem conſiſtat & permanet, ſed *mollitie* quâdam adhucdum reſiduâ, atque ſic

Diſtendens tumor eſt in molli [n] *ſæpe liene.*

Et exinde lien *mole auctior*, nec-dum *compactus* atque *dura-*

Joh. Andr. Schmitzius, *Pract. p.* 283. Durities *ergo nuſquam eſt* lienis tumidi *proprium* Prophyrii : 2. modo. *Malè ergo* Herculan. *fol.* 151 *E.* Pedemont. *p.* 51. Perdulcis, *l.* 13. *cap.* 17. *p.* 769 Martian. *in* Hipp. *p.* 329. *D atque* Joh. Didierius, *P de Feb.* 183.

e Hipp. 182. 44. 203. 14. 308. 20. *&* David. Laigneau. *p.* 770.

f *Vid. Cap.* 15. *Nobis enim Suffenus eſt* Gideon Harveii *cum ſuis* fermentationis affaniis, Prax. Modern. *cap.* 5. *p.* 22. *Medicos ipſe oppone conterraneos*, *ſed* majori abollæ, Th. Willis, *de Ferm. &* Th. Sydenham, *de Feb. Sect.* 3. *p.* 96.

g Averroës, *Colliget.* 7 *cap.* 14. *fol.* 157. *C.* h *De Ira p.* 460. *D.*

i *pag.* 308. 17 20. k *pag.* 316. 2. l *Vid.* Feſt. *de Verb ſignif. p.* 422. m *Vid.* Fr. Feyneum, *lib.* 4. *p.* 505. n Franc. Por-

ratus [o] *omnino*, in tantam amplitudinem excreſcit, *ut hepar* volumine ſuo quandoque [p] *ſuperet*. Immò hepatis limites occupet inique, & *univerſum abdomen oppleat*, uti fert erudita pagina 222. [q] *Enchiridii* Anonymi Medico-practici, & ſicut id ipſum mihi, poſt [r] *Aretæum*, [s] *Actium*, atque [t] *Trallianum* videre contigit, prælucente nobis p. m. Viro D D. *Nuck*, cujus præcocem obitum animitus lugeo. Quoniam autem [v] *tenues fibrillæ* ſunt, quibus *diaphragmati* lien adnectitur, facile accidit ut *illis ruptis*, totum viſcus velut *luxetur*. Dum enim turget impendio, *mole ruit ſuâ*: [x] Sic lien lib. *quinque* viſus eſt à [y] *Cabrolio* in abdomen devolutus. Sic ab [z] *Hildano* lien deprehenſus eſt peramplus, *in ilibus ipſis*, ubi graviditatem mentitus erat. Sic grandiorem alterum, & ad pubem uſque delapſum idem narrat [a] *Hildanus*. Deckiviorem adhuc & lib. *quatuor pondo* in ipſa pelvi. [b] *Cl. Ruyſch* detexit. Sic lienem ipſemet ego, *hiſce oculis*, ex illa pelvi revulſum *vidi*, qui per areas quaſdam [c] *tunica* fuit *cornea*, quam inter κειμήλια mea repoſui. Ita [d] *Riolan.* ſplenem recitat, in eodem hypogaſtrio, *Medicos*, molæ ſpecie, *integro biennio deluſiſſe*. Sic exinde *lienem* alterum aduxit [e] *lib. decem*, qui *gravitate* & *mole* ſuis, nec non ad uterum *adhæſu* mortem intulerat.

Sed quid *Riolanici* ſplenis *pondus* & *molem* enormia demiror, dum [f] *Joh. Hellwigius* lienem ponderat lib. XII. [g] *Columbus* vero *lienem* non *unum*, ſed *lienes* nobis in medio ponit, adeò

Portus, *Decad.* 3. *cap.* 98. o *Nondum enim* Scirrhus *eſt*, *ſed tumor* Scirrhoſus, Silvaric. *Cent* 1 *Obſ.* 16. *p.* 19. p Fernel. *Phyſiol. cap.* 7. q *Edit. Genev.* 1644 r 1 *Chron.* 14. *p.* 81. s *Tetrab.* 3. *Serm* 2 *cap.* 7. & 16. *p.* 622 & 645. t *Lib.* 8. *cap.* 12. v *Vid. Cap.* 1. *n.* 6. x Hipp. 204. 31. 315. 42. 345. 10. & Gal. *T.* 5. *p.* 470. y *Obſ.* 6. z *Cent.* 2. *Obſ.* 45. a *Epiſt.* 55 909. b *Obſ.* 62. c *Vid.* Barthol. *Cent.* 1. *Obſ.* 8. *atque* Tulp. *lib.* 2. *Obſ.* 28. d Anthropog. 2. 23. e *Id. ib. p.* 131. f *Ob.* 98 *p.* 277. g *Anat.* 15. *p.* 26. h *Lib.* 3. *Obſ.* 9. [illegible] 425.

A.

adeò grandes ut *viginti librarum pondus unusquisque ex illis longe excesserit.*

Horridius verò & alterum monstrum è *Gregorii Garneri* bilancibus [h] *Joh Schenkius* nobis reponit, *splenem* scilicet *librarum viginti trium.* Sed istæc *Columbi* atque *Garneri* exempla *Rev. Patri* subleste fuere fidei, reputat enim prius *occinsum iri* abdominis *vasa*, & *viscera*; atque adeo *vita* prius *extinctum iri*, quàm moles lienalis tam stupenda consurgat. Sic *lienem* mihi ob oculos posuit, [*à se ex hypogastrio deductum, & fideli manu D. Doctoris Hubrecht Anatomici Dexterrimi delineatum*] qui limitibus suis peramplis, & gravitate enormi mortem invexit; vel antequam *pondus* attigisset *octo librarum.* Istud porro *Rev. Par.* exemplum, quod ipsi *sine exemplo* est, inter *portenta* refert, tantùm abest, ut credat *lienem* unquam ponderasse *libras viginti tres*, nedum *libras triginta duas*, sicut [i] *Fioraventi* suis Siculis illudit. Sed decet Agyrtas, *avidum genus auricularum*, ita splendide mentiri, quo popularem auram lucripetæ captent.

IV. Jam verò *tumores tertii atque postremi generis* ut concipiamus, præ mente revolvendi sunt globuli *Cap. 9. n.* 2 qui *seriatim* quidem atque *madentes*, in lienis [k] *cellulas* devoluti sunt, sed qui inibi *conglobatim* quiescentes ita stipentur atque cogantur, ut *serum* suum vel omne, vel plurimum è suis porulis *elidant.* Imo particulæ seri tenuiores sponte avolant, *crassamine* intus relicto, salino-tartareo, *volatili* parte sua ferme *caseo.* In eum itaque modum *globuli* primùm formantur *exiles*, sed compacti atque concti, qui coitione sui densa *globos* deinceps efficiunt ubique *hostiles*, è quorum rursus concursu multiplici, *velut è copiis junctis*, internecinum bellum visceribus infertur. Illi quippe *globuli*, atque *globi* du-

h A. Spigel *lib.* 8. *cap.* 5. *p.* 217. & David Laigneau. *Oper. in 4. p.* 413.
i *Apud* Barthol. *tyronib. crudelitate damnosa, Cent* 4. *Hist.* 51.
k *Ab* Hildan. *delineatas* eraste *Cent* 3. *Obs.* 45. *p.* 118. *te* [illegible]

duritie ſunt ſchirrhoſa, id eſt, *calloſa*, & *indolenti*. Sic [l] *Aretæo* univerſus ipſe lien *parvus*, *durus*, *remitens*, & *indolens* eſt, nam ejus regio ſi doleat, id partibus adnexis tribuere eſt.

Nequeunt igitur illi globuli particulis illis, *ut ut glomeratim in ipſos irruentibus*, ita fortiter collidi, ut præ moleſtia ſecedant atque diſſipentur. Juncti ergò & adunati conſiſtunt intra lienem, illumque *numero ſuo in numero* ita replent & expandunt, ut figuram ejus vitient, tumoribus *tertii generis præduris* ſcilicet & indomitis. Sic [m] *Hipp.* lienem vidit aliàs *durum* & *rotundum* uti [n] *Rhodius*, & [o] *Stalpaert*, aliàs *craſſum* & *latum*, uti [p] *Riol.* & [q] *Picolhom.* aliàs denique *longum* & *tenuem*, qualis fuit qui *Plautinum* lenonem *zonâ veluti cinxit*, & qualis rurſum exſtitit, qui canitur, [r] *tumido circumligens ilia vinclo*. Nominatim porrò apud Hipp. [s] Chartadæ *globoſus* erat & *ſulbimis*; [t] Scopo autem *expaſſus*, atque *declivis*; [v] Bioni verò atque [x] Philiſco *gibber* & [y] *prædurus*, unde uterque μεγαλόζπαγχνοι audit, inſtar [z] *Apollonii*, & eorum quos liene memorant, [a] *M. Donat.* & [b] *Ephem. Germanicæ*, enormiter *longo*, *lato*, *& profundo*. Jam autem ſi globuli durati minutiores globos forment, quos, *ceu totidem hoſtes*, fibræ lienales *arctius* & *undique cingant*, accidit ut hæ fibræ, *taliter contractæ*, lienem quoque *contrahant univerſum* atque ſic *molem* ejus, ſeu *volumen* minuant; *arctatis* ſcilicet atque *ſtipa-*

ab Anonymo Coſmopolita A. 1686. *p.* 409. *&* 410. l *Diut.* 14. *p.* 83. m *pag.* 345. 13. Gal. *T.* 5 *p.* 471. *&* Avic. *lib.* 3 *Fen* 15. *cap.* 4. *fol.* 790. n *Mantiſſ.* 18 *ad Cent* 6. Barthol. o *Tom.* 1. *Obſ.* 37. p *pag.* 131. *& apud* Sennert *Tom.* 3. *p.* 486. q *Lect.* 21. *p* 133. r Q Seren *cap.* 22. *fol.* 135. s 354. 34. t *Pag* 315. 42. *Sic p.* 345. 10 *&* 204. 31 *atque* Gal. *Tom.* 5. *p.* 470. *Tale profert exemplum memorabile* Hofmann *Apolog. pro* Gal *lib.* 3. *p.* 209. v *pag.* 313. 43. x *pag.* 307. 43. *Vid* Fabr. Bartolet. *lib.* 4. *p.* 177. y Hipp. *p.* 327. 4. z *Hiſt. Mirab.* 6. *p.* 616.

a *A. Obſ.* 2. *p.* 15. b Fr. Port. *Doc.* 3. *cap.* 9. *p.* 98. c Hipp. *p.* 204.

ſtipatis cellulis ipſius. *Tumque tumor minor eſt, gravius ſed pondus in illo.*

Conſequens ergò, ut lien *ſchirrhoſus* [c] licet atque [d] *corneus* tota moleſit minor, *utpote contractior*, & iſtud occupavimus *Cap. 5. n. 1.* cum ex *Obſervat Paternis*, tum è [e] *Jac Bontio*, lienem nobis delineante *inſtar minimæ pilæ coactum:* nec non è [f] *Vido Vidio*, qui lienem detexit, *ovi columbini mole*, & è [g] *Salmutho*, cui lien obtigit [h] *pollicis* duntaxat [i] *magnitudine*, uti ex *Riolani* Thuano, cujus lien *unciam* non pependit. Imò contractior alter, *fabæ* nimirum *inſtar*, viſus eſt à [k] *Pejero*; & illo *minimo* tandem Cl. [l] *Conringius minorem* vidit, *unguis* ſcilicet *latitudine.*

Tales porro [*quibus lien ad enormem illam gracilitatem deductus eſt*, Rev. Par. *hactenus inviſam*,] è lienoſorum cenſu excludimus, utpote quibus lien, *præ mole tàm exili*, minimè gravet, *uti Cap. 5. n. 1.* A nobis itaque reducuntur ad ἀσπλώσσ *Cap. 1. n. 2.* Sunt igitur *liene nullo*, nuſquàm ergo *lienoſis adſcribendi.*

CAP. XVIII.

I. Id porrò Phænomeni Satyricis oculis ſubjectum, novo [a] *Poëtam* afflaret enthouſiaſmo ad *corneas* viſceris [b] *fibras*, vel ipſò veridici Apollinis plectrò *decies moduiandas.* Hîc enim *lienem* videret, vel *totum cornu*, vel *corneum*, ſaltem

204. 31. d *Talis fuit* cornu *lienale, quod* Veſal. *lib. 5. cap. 9. p.* 394 adipem concretum, *idiotæ inſtar, recitat. Et talis fuit* cartilago *lienis*, *Obſ.* 97. Joh. Hellwigii, *p.* 285. e *Obſerv. 7. p.* 37. f *Lib. 10. cap 10. de Cur. Membr. p.* 553. g *Cent. 1. Obſ. 21. p.* 15. h Pulicis *fert* ἀδολεσχία Joh. Theod. Schenck. *Exercit. Anat. p.* 433. i *Anthropogr. 2. cap. 16. p.* 110. k *Hiſt. Anat. p.* 120. l *Cap. 6. de Sang. p.* 38.

a Perſ. *Sat. 1. v.* 47. b *Tunc certe* ad aras Phœbi *nequaquam* ferren-

tem *per quasdam areas*, quæ sæpè sæpius *Rev. Par.* novacu-las retuderunt. Nec mirum, talem enim *concretionem* vel ipsæ [c] Ephem. Germ. *osseam* agnoscunt. *Occalescit* ergò lien vel *universe* vel *partim*; & dùm isto *callo* [d] fibras suas arctius stringit, atque stipat, haud insolens est, ut particulæ quædam *salinofixæ* atque *tartareæ* in callorum anguſtiis implicentur, atque ità *lieni calculos ingenerent*, sicuti passim *visceribus* aliis, ac ipsis *digitorum internodiis ingenerantur*. Lapidescit ergo lien, & qui nuper *mollitudine* fuit vel [e] *Stœbes*, vel [f] *lanuginis*, veriori nunc metamorphosi quàm vel [g] *Niobe*, vel [h] *Atlas* vel [i] *Polydectes*, saxum est. Verax igitur [k] *Hipp.* & [l] *Aret.* cum suo splene καθαλὸς ☞, *lapidis instar*. Veraces adhuc [m] *Serapion*, [n] *J. c. Sylvius*, [o] *C. Steph.* [p] *A. Vesal.* [q] *Vid. Vidius*, [r] *Jac. Holl.* [s] *Petr. Forest.* & *F. Hild.* [t] cum suis lienibus saxeis.

II. Ubi ergo lien ita *corneus* evasit, atque *saxeus*, citra [v] *Ciconum* aquas, consequens est ut fibris rigidis illis, atque etiam suorum calculorum scabritie, lymphæ suæ cursum repri-

rendas. *Isidor. Orig.* XI. *cap.* I. *p.* 152. c *A.* 1672. *Obs.* 158. *p.* 289. d *Talem callum* Diemerb. *vidit, nec agnovit, lib.* 1. *cap.* 16. *p.* 84. e Alex. Aphodr. *Problem.* 72. *lib.* 2. f Hipp. *p* 248. 12. g *Iliad* Ω *v.* 617. Callim *hymn. in Apoll v.* 24. Apollodor. 3. *p.* 146. Hygin. *Fab* 9. Ovid. *passim.* Pausan. *p.* 37 & 457. Lucian. *p.* 6. *D.* Hieronym. *in Epitaph. Nepot. &c.* h Ovid. *Met.* 4. *v.* 660 i Pindar. *Pyth* 12. *p.* 386 Apoll. Rhod *Arg.* 4. *Schol. in v.* 1515. Strab. *lib.* 10. *p.* 487. Nonn. *Dionys.* 47. *v.* 552. *p.* 1235. k *pag.* 204. 4. l *Diut.* I. *cap.* 11. *p.* 82. m Tract. 4. *c.* 10. *fol.* 37. n *Lib.* 5. *p.* 125. o *Lib.* 3. *p.* 356. p *Lib.* 5. *p.* 394. q *Lib.* 10 *cap.* 10 *de Curat. M. p.* 553. r *p.* 379. s *T.* 2. *p.* 331. t *Cent.* 2. *Obs.* 44. *p.* 118. v Ovid. *Met.* 15 *v.* 313. Senec *Nat.* Q. 3 20. *p.* 713. Plin. *lib.* 2. *cap.* 103. *Videsis* Vitruv. *lib.* 8 *cap.* 3 Aret. *Diut.* I. *cap.* 14. *p.* 83. Gal. *passim Tom* 5. Avic. *lib.* I *Fen.* 2. *Doctr.* 2. *cap.* 2. *fol.* 107. Gal. de Prat. *lib.* 2. *cap.* 4. *atque* Sebiz. *de Alim. lib.* 4. *p.* 1076. *Sed pro omnibus* Hipp. *p.* 75 80. 168. 200. 454. & 455. *unà cum* Lud. Septal & Joh.

primat, & [x] *hydatidas* excitet, quæ tandem mediæ *crepent*, & abdomen *oppleant*. Imò, *citra hydatidas*, tenera istæc lymphæ vasa, à tali splene duriter pressa, collisaque, recluduntur, stillantibus pariter aquis in peritonæi cavum, quod ita replent & expandunt, ut lien nequeat amplius attrectari: totus enim aquarum altitudine (*velut in lacunæ fundo, vel gurgite in imo*) demersus latet. Rursum autem consequens est, ut aquarum ista *mole* pedetentim & *hydrops assurgat*, qui peritonæi complexu male coercitus, in subjectas partes irruat, quas [y] *hydrocele* & [z] *oedematis* inundet. Salientis ergo seri totius in abdomine *fons vivus* atque *perennis lien* [a] *est*, qui scatebris suis surgentibus in dies, [b] *hepate indemni*, lienosos tandem ad tertium sui discriminis gradum attollat.

III Hic porrò, *coronidis vice*, notare est hydatidum tunicas, tam crassas interdum atque firmas esse, ut suam lympham omnem tuto excludant. [c] *Coiterus* enim talem *hydatida*, unicam quidem, sed utriusque pugni capacem, & lymphâ turgidulam, de lienis fornicibus illaceram revulsit. Atque sic rursum tali phænomeno [d] *Ephem. Germ.* nostras mentes oblectant, & erudiunt.

CAP.

Joh. Martin. *Com. de A. Loc. & Aquul.* x Hipp. *p.* 199 39. Aret. 2. *Diut* 1. *pag.* 95. Gal *Tom.* 1. *p.* 477. & 3. *p.* 296. Aët. *Tetr* 4. *Serm.* 4 *cap* 79. Fernel. *Pathol.* 6 *cap* 8. *p.* 231. y Hipp. *p.* 178. 24. z *Id pag.* 150. 46. & 268 28.

a Hipp. *p.* 11. 166. 168. 178. 183 & 243. *Vid M.* Cordæum, *comm* 5. *in Hipp de M. M. p* 651. & Th Suinger *de Loc. in hom. p.* 360. C. Pison. *p.* 32. 45. & 46. G. à Reies *Q.* 2. *p.* 566. b *Lymphatu sunt ergo* B. Perdulcis *lib.* 13. *cap* 17. *p* 769 *atque* Godefridus Steeghius, *lib.* 3. *cap.* 21. *p* 281. *dum aiunt omnem in* unum hepar *regerunt.* c *In* Obs. Anat. *Anni* 1565. d *Anni* 1673. *Obs.* 30. *p.* 32.

CAP. XIX.

Jam ergò prognæsi tuta, nec uspiam fallaci, lienosos præsentimus, quo *elatiori sunt gradu*, eo propiores esse, & si sua commoverint [a] sacra, *præcipites* ut in illud *ruant* barathrum, *unde negant redire* [b] *quenquam*. Rem vero minutatim si excutiamus, neminem habemus reliquum, *præter Hipp.* in quo spem præsagii nostri collocemus. Is siquidem certiora fixioraque, *è proprio* [c] *Tripode*, vaticinabitur, quàm ullæ [d] *Phœbades*. Jure igitur potiori quàm [e] *Herophili* & [f] *Æsculapius* Medicinæ *Vates*, & Augurii *Præses* vocitandus veniet. Nec enim vel Apollinis instar [g] *Loxias* erit, in effatis *obliquus*; nec uspiam [h] *Sibyllæ* ritu *horrendas canet ambages*, sed [i]

Sanctiùs, & multò certa ratione magis quàm
Pythia, quæ tripode è Phœbi lauroque profatur;
Multa tibi expediet doctis solatia [k] *dictis.*

Virum igitur, *auribus arrectis*, auscultemus [l] *Pythio* si liorem,

a Catull. 3. 15. b Plaut. *Pseudol. Act.* 1. *Sc.* 1. *v.* 107. *Æn.* 4. *v.* 301. *Vid.* Hor. *C.* 1. 18 12. & Serv. *p.* 333. c *Vid.* Aristoph. *Schol. in Plut. Act.* 1. *Sc.* 1. *p.* 2. d Homer. *Hymn. in Apoll. v.* 372. Cic. 1. *de Div. n.* 19. & 36 Cornel. Nepos, *in Milriad. p.* 12 & *in Themist. p.* 40. Diodor. Sicul. 16 *p.* 428. *B.* Pollux *in* Πυθία Minuc Felix, *in Oct p.* 241. Barclaius, *Argen. T.* 2 *pag.* 179. e Plin. xi. 37. *p* 283. f Macrob. 1. *Sat.* 20. *p.* 296. g Pindar. *Pyth.* 3. *Od.* 3. & 11. *p.* 102. & 370. Aristoph. *in Plut. Act.* 1. *Sc.* 1. *p.* 2. h Plat. *T.* 3. *p.* 244. Arist. *T.* 1. *p.* 1158. *C.* Cic. 1. *de Divin. n.* 36. Diodor. 4. *p* 269. Dionys. Hallic. *l* 4 *p.* 259 Strab. 14. & 17. *p.* 645 & 814. Just. Mart. *Hort. ad Gr p.* 18. & 35. *quæ me in admirationem traducit.* Clem. Alex. *Strom* 1. *p.* 333. Lactant. 1. *de F. R. p.* 35. Serv. *in Æn.* 3. *v.* 441 *p.* 301 Isidor. *Orig* 8 8. *p.* 107. & 112. Suid *in* Σίβυλλα Eustath. *Il. β. p.* 266 12. Pol. Virgil. *L.* 4. *cap. ult. p.* 326. Barclai *Arg.* 2. *p* 49 Molinei *Laces, cap.* 12. *p.* 112. Salmas. *in Solin. p.* 53. & Servat. Gall *de Sibyll. Orac. p.* 144. i Æn. 6. *v.* 99. k Lucret. 5. *v.* 112. l *Non solùm*

rem, & *Cumanâ* candidiorem, ringente licet vel juratiori Medicorum hoſte [m] *Mich. Montano.* ſed ut à tanto Præceptore doceamur, ad pedes ejus nos advolvi decet. Id eſt, ab hoc lienoſorum *gradu ſupremo* repetamus *infimum* Cap 10. & *ſublienoſos* ſumus ab *Hipp.* audituri *hæmorrhagiis*, è nare ſiniſtrâ, *ſudore* largo, & *urinis* craſſis feliciter judicari, uti contigit *Ariſtæi* [n] *affini*, & [o] *Pericli Abderitæ*, atque [p] *Antigeni Perinthio* [q].

Sic in ipſis lienoſis *hæmorrhagia* è [r] *dextro* ſalubris fuit [s] *Bioni*, [t] *Sopo*, & [v] *Lycino*, nec non τῷ δεξιῷ, *in Dealcis* [x] horto.

Lienes idcirco αἱμοῤῥόας πρὸς αἱμοβλαγικὰς, [y] *ſanguiſluos* vocat *Hipp.* ſed omine ſemper ſiniſtro, ubi ſanguis à [z] *dextris* erumpit.

Si verò ſponte non fluxerit, [a] *narem ſiniſtram* fodicat fluxûs ergò. Hîc enim ubique laudat *fibrarum rectitudinem*, ſalubreſque profert [b] *tumores à ſiniſtris*, parotidem v. g. in Ariſtæi [c] *affine*; œdema verò ad [d] *teſticulum* τῶ δεξιῶ; & bubonem demum in [e] *Herophontis inguine*. Sic è contrariò *ignis agreſtis in interno crure* dextro [f] *Cteſiphontem* abſumſit. Abſceſſus

lium Calculatores paſſim, ſed ipſi Gramm. Diomedes, *lib. 3. p. 493 atque* Terentianus, *de Metris, p. 2418. ſingulatim* Strabo, *lib. 9. p. 419.*
m *Lib. 2. cap. 37.* n Hipp. *p. 313. 2.* o *Id p. 325. 28.*
p *Id pag. 315. 50.* q *Vid* P. Melam, *lib. 2. cap. 2. n. 7.* Ptolom. *Geogr. 3. cap. 11. Tab. Europ. 9. pag. 89. &* Bellon. *lib. 1. cap. 8. p. 69. & lib. 2. cap. 2. pag. 79.* r Avic. *lib. 3. Fen. 15. cap. 4. p. 790.* s Hipp. 313. 43. t *Id p. 315. 36.* v *Id* 332. 38.
x *Id p. 319. 28. &* 320. 8. y *pag.* 328. 33. & 329. 19.
z *Id. p.* 412. 10. & 433. 28. *Vid.* B. Victorium Faventinum, *Com. in Progn. p. 67.*
a Hipp. *p.* 348. 11. *ubi Græca ſpecies* maculoſa, *ſuo* nitori *veſtimenta vemit.* b *Sic ulcera*, præſertim a ſiniſtris, *annotat* Ioh. Vigierius, *Chir. 3. 3. p. 203.* c Hipp. *p.* 313. 3. d *Id p.* 313. 5. *de quo Cardan. T. x. p.* 365. e Hipp. *p* 308. 21. f *Id* 350. 21.

ſceſſus autem ſiniſter [g] *Anaxenorem* ſi extinxerit, ideò eſt quia retroceſſit. Si verò [h] *Bionem*, ideò eſt, quoniam *lienalis* ejus *hydrops* jam olim occupaverat præcordia. Immò, apud *Hipp.* tanta vis eſt *fibrarum è directo* ut Lyciæ [i] *ſplenicæ* baſilicam proferat arteriam *ſiniſtrum* dextrâ *vehementius* longe [k] *pulſantem*. Et reverà miratus ſum *Reg. Par.* gloriari ſe *ex illo uno* alterutrius arteriæ baſilicæ *validiori* [illegible] *percuſſu*, protinus agnoſcere an vera pleuritis *dextra*, *ſiniſtra* ve *ſit*? Et illam ſua diagnoſi fida, ſuis æquales *artis ſphygmicæ rudibus*, atque [l] λεγιάτρους, *os obturaſſe*. Sic certè *lienoſis* tanti ſunt arteriarum *è directo* concuſſus, ut totum hypochondrium *ſiniſtrum* in ipſis concutiatur, ad umbilicum uſque è *Cap.* 10. Et ex iſtis pulſibus inconditis *delirium* ubique præſagit [m] *Hipp.* Ipſam verò *mortem*, vel è *gemitu* [n] præſentit *ſpiritus intro revocatione*; vel ex ejuſdem *rictore*, atque *ſibilo*. Eandem rurſus, *vel è longinquo*, in nigris [o] odoratur urinis [p] *Philiſci*, [q] *Sileni*, [r] *Erafini* [s] *Pythionis* & [t] *Apollonii*, ἀφ' ὧν πε τῆς δέν & ν, in [x] *Thaſo* decumbentis. Si verò *lienoſi* nequaquàm judicentur, [y] *hæmorrhagia*, ut Ariſtæi affinis; vel [z] *ſudore*, uti Pericles; vel [a] *urinâ*, ut Heropythus; vel [b] *ſudore* & *urina*, ſicut Herophan; vel *ſudore* & [c] *menſibus*, ſicut uxor Hippoſtrati; vel *urinis* & [d] *hæmorrhagia*, ſicuti

g *Id. p.* 366. 44. h *Id. p.* 356. 16. i *p.* 313. 36.
k *Id ipſum* Hipp. *vel juratiſſimus hoſtis*, Helmontius, *palàm agnoſcit*, *pag.* 228. 59. l Verbò, *non* re *Medicis* Gal. *Tom.* 2. *p.* 345. 58 & T. 4. *p.* 126. 38. m *pag.* 402. 46. & 432. 45.
n Hipp. *p.* 313. 37. & Avic. *l.* 3. *Fen.* 15. *Tr.* 1. *cap.* 5. *p.* 790. *atque* Herculan. *fol* 151. *G.* o Nigrum mœrentes, *inter Jovem Ditis collocat* Actuarius, *p.* 65 *Vid.* Proſper. Alpin. *de Præſ. Vitæ & morte*, *l.* 7. *cap.* 15 *p.* 751. & Med. Hiſt. *Fr. Rubei*, *Exercit.* 3. *p.* 27. p Hipp. 307. 35. q *pag.* 308. 12. r *pag.* 309. 43.
s *p.* 325. 5. t *pag.* 327. 20. v *pag.* 324. 43. x Strab. 2. 124. C. y *p.* 313. 2. z *p.* 325. 32.
a *p.* 326. 9. b *p.* 308. 17. & 24. *c. p.* 316. 4. *d. p.* 313.

42.

uti Bion. si inquam per nullas ex istis viis judicentur, reliquum est ut derivetur humor vel per *hæmorrhoides*, quarum usus elucet ex [c] *Aicippo*; vel *per abscessum*, sicut obtigit τῷ δ̃ν.., qui ab Alcibiade [d] venerat; vel per catarrhum, ut [e] *Epid.* VI Si verò nihil ex istis acciderit, superest ut dysenteriâ vel [f] *leviori* atque *brevi* sanentur; vel [g] *graviori* atque diuturnâ pereant, intestinis ab humorum [h] *mordacitate* inducto [i] *cancro*. Quod si cancer non occupet, est in procinctu vel [k] *linteria*, quæ lienosos abripiat; vel [l] *ascites*, qui ipsos suffocet. Verè igitur *lienes necant*, uti Comicus [m] *luger*. Ita Bion, [*quem lienosum simpliciter hæmorrhagia* [n] *liberaverat*,] e 2 suo gradu depulsus est in tertium; & è 3 in ipsam *mortem ab aquis* [o]. Sic rursus lienosum Ctesiphontem crurum, icroti, & abdominis *præfocans* icrosis [p] *colluvies oppressit*.

42 & Joh. Zecchii *Conf.* 183. c Hipp. *p.* 334. 35. & *p.* 398 14 Gal. *T.* 5. *p.* 303. & 304. Mesuæo, *l.* 2. *de M. cap. fol.* 207. *J. M. de* Gradib. *p* 56. & 360. Hollerio & Duret. *in Coac. p* 671. & 370. Wecker. *p.* 202. & 526. Solenandro *p.* 373. Joubert. *T.* 1. 321. Valleriol. *l.* 2 *Obs.* 7. Varol. *Anat.* 3. *cap.* 5. *p.* 75. Dominico Leono, *l.* 3. *Sect.* 3 *cap* 1. *p.* 931. Fortunio Liceto, *disput.* 20. *p.* 206. Ioh. R. Moxio, *l.* 1. *C.* 24. *p.* 149. A. Spigelio, *pag.* 241. Cortesio, *pag.* 369. Salmuth. *Cent.* 1. *Obs.* 73 Severo, *p.* 166 Fr. Bayle, *de Apoplex. pag* 71. 113. 126.

d Hipp. *pag.* 313. 5. e *pag.* 345. 14. & Avicenn. *l.* 3. *Fen.* 15. *Tr.* 1. *cap.* 4. *p.* 790. *v.* 50. B. Gordon. *Part.* 6. *cap.* 7. *fol.* 296. & Riolan *pater*, *de M. Lienis*, *p.* 494. f Hipp. 131. 4. 399 1. & 438. 25. Celsi. *l.* 2. 8. *p.* 70. *v.* 1. Aponenf. *diff.* 101. *p.* 254. M de Gradib. *fol* 309 *Lucretium dum me jolubris illius profluvii exempl.* Heurnii *T.* 2. *p.* 466. g Hipp. 398. 44. Celsi. *l.* 2. *cap.* 8. *p.* 74. 24 Ioh. Vigier. *Comm. in Aph.* 43. S. 6 *p.* 383. h Hipp. *p.* 394. 18. & 20. Avicenn. *lib.* 3. *Fen.* 15. *Tr.* 1. *cap.* 2. *fol.* 782. Mesuæus *Canon univ.* 9. *p.* 22. Rudius, *lib.* 2. *cap.* 24. *p.* 75. Liddelius, *Pathol.* 2. *cap.* 12. *p.* 136. i *Sic* dysent. *ab atra bile* subito lethalem *enunciat* Joh. de la Moniére, *in Obs. flux. dysent. A.* 1626

k Hipp. *p.* 129. *v.* 50. l Hipp. 129. 50. 398. 44. & 438 25. Avic. *l.* 3. *Fen.* 15. *Tr.* 1. *cap.* 4. *fol.* 790. m Curcul. *Act.* 2 *Sc.* 1. *v.* 21. & *apud* Varron 6. *de Ling. Lat. p.* 75. *n.* 35.

n Hipp. *p.* 313. 43. o Hipp. *p.* 356. 15. p Hipp. *p.* 356.

fit. Istis enim, *ita malè fortunatis* sanguis q *fereſcit* ac inferiora *ferô turgent*, dùm ſuperna r *gracileſcunt.* Interim arctior in horas *dyſpnœa* præ faucibus angit, donec ſpiritum omnem elidat, ſicut evenit *filio* s *Polemarchi.* Hippocratem enim *Rulandi*, *Renealmi* atque *Poterii* defecerunt *antliæ*, quibus iſtas aquas funditus exhauriret. Apud iſtos enim, *Centuriis* mendaciorum pingues,

Curta laboratas antlia t *tollit aquas.*

Quum itaque homini fatale ſit *igne* vel *aquâ* perire, è duobus *fatis* lienoſi deterius *explent.* Nihil enim Gentibus v *vetuſtiſſimis* horridius fuit, quàm *aquis*, & velut altero x *Deucalionis Cataclyſmô* ſubmergi. Quoniam, dubio procul, *vel tunc temporis* ſententiam ſenſerunt y *Empedoclis* atque z *Zenonis Stoïci*, quibus *anima ignea* a Thaletis extinguitur elemento. Et revera dirum iſtud fatum b *Syneſius* deſcribit ὄλεθρον εἶναι καὶ αὐτῆς τῆς ψυχῆς *animæ ipſius interitum eſſe.*

19. q Hipp. *p.* 49. 27. 247. 43. 345. 11. Ariſt. *T.* 1. *p.* 809. & *T.* 2. *p.* 721. Gal. *T.* 3. *p.* 245. r Hipp. 178. 24. 183. 26. 203. 50. & 454. 13. s Hipp. *p.* 366. 17. t Martial. 9. 19. v Homer. *Odyſſ. E. v.* 305. & 312. *atque* Heſiod. Ἔργ. καὶ ἡ. *v* 686. x Hom. *Il. N. v.* 451. & *in Scholl. A. n* 10. Pindar *Olymp.* 9. *p.* 234. Plato, *in T. & in Critia*, *p.* 22. & 112. Apollodor. 1. *p.* 20. &c. y Plut. *T.* 2. 910. *A.* z *Tuſc.* 1. *n.* 9. a Ariſtot. *T.* 2. 842. Cic. 1. *de N. Deor n.* 1. & Acad. Q. 4. *v.* 37. Plut. *T.* 2. 875. *D.* Laërt. *p.* 7. *B.* Juſtin. Mart. *ad Gr. p.* 4. *D.* Cenſorin. *de die Nat. p.* 209. & Nicol. Dortomann. *de Therm. cap.* 1. *pag.* 1. b *Epiſt.* 4. *p.* 164. *C.*

CAP.

CAP. XX.

I. Indicationes quod attinet, *ventriculo* imprimis *Oeconomiæ animalis* [a] *promo*, ſtudere eſt, ut nihil de ſe *promat*, quod [b] *tono* firmo atque fermento laudabili non confecerit. Sic enim id univerſe *lævigatum ad unguem* lævore ſuo nullum inteſtinum exaſperabit, ſed ipſorum fiſtulam molliter præterlabetur, quo ſuos in tubulos plenè digeratur.

II. Seri luxuries, vel primùm *aſſurgens*, eſt alvô deprimenda, nec-non renibus & cute eliminanda.

III. Sanguis interim perfundendus eſt particulis oleoſis [c] *balſamicis* volatilibus & activis, quæ tartareas & fixas attenuent, & exaltent; quæque obſtruentia vel *explodant*, vel [d] *perrumpant*; pungentia verò vel *infringant*, vel *implicent*.

In illa ſiquidem *ſanguinei fluvii* renovatione *potiſſimus* vertitur Medicinæ [e] *cardo* Hic ergo fiat quod in *fluvio turbido*, cujus *impuras* undas *puræ* propellunt, juxtà lepidiſſimam [f] *M. Anton.* ac [g] *Origenis*, de *corpore* noſtro *jugiter fluxo* Metaphoram.

IV. *Lienalis* inſuper [h] *texti* ſingularis eſt habenda ratio, ne ſtagnanti limo magis ac magis pateat, ſed è contrà, *tonô ſuô firmô* influxum cludat, influxurum arceat.

V. Symptoma demum, *ſi quod ingruat ſævius*, illi, *pro re natâ* ſubvenire eſt, *conſulto in arena jumto*, à Viris qui in Artis operibus conſenuerunt, & quorum *cautes* remediis *fidem*

a Hipp. *p.* 84. 20. *&* 166. 21 b *Partum enim* tonus *ubique ſervandus eſt* è Gal. *T.* 1. *p.* 281. 2. 285. *&* 4. *p.* 81. c *De hoc vitæ* balſamo *vid.* Petr. Joh. Faber, *Chir. Spagyr. cap.* 2. *p.* 14.
d Gal. T. 4. 179. e Paracelſ T. 3. *p.* 43. f *Lib.* 2. *de ſeipſo ad ſe ipſum*, *p.* 41. g *Lib.* 5 *Bibliotb.* S Six. Senenſ. *c.* 148. *p.* 378. h Oribaſ. *l.* 9. *cap.* 24 *p.* 143. Aët. *Tetr.* 3. *Serm.* 2. *cap.* 10.

dum & auctoritatem [i] *conciliet.* Me igitur istæc minutatim exequere dedecet, utpote qui recens *Medicinæ tyrocinia* deposuerim; quique *juvenilibus* duntaxat *annis* efflorescam. Abunde sit itaque mihi in illos scopos collineasse, 1. *dietetices*, quæ vel ipsi Medicinâ rudes [k] extollunt, χύμοις, ἁπαλτοις τε καὶ ποτυτερόφοις, [l] *vino* nusquàm *proscripto*, præsertim *rubro* [m] *tenui*, quod [n] *masculum* est, & *optimum sanguinem* sufficit in locum *feroforis* eductî. Id enim, uti [o] *jecur* luxurians evocat; & [p] *ventriculo* studet; ac *vires* [q] instaurat; ita hilarosos *erigit* [r] abjectos; tetricos [s] *erugat*, [t] *commovet* ignavos, & timidos [v] incendit,

† *At ne quis modici transiliat munera Liberi.*

Vinum enim *parcum & tenue bibendum* est; [x] & ab *ebrietate cavendum*; [z] *animum* quippe *laedit*. Sic in *Sibyll.* [a] *Oracu is*,

Μὴ ᾧ φρένας βλάπτειν οἴνῳ· μὴ ᾧ πίνειν ἄμετρα.

In *sues* enim [b] *vinolentia deprimit inescatos.*

VI. Illud itaque *tiencfis* palmarium esse putem, *vitâ* [c] *uti mo-*

10. *p.* 636. & Trall. *l.* 8 *cap.* 12. *p.* 268. & Sanctorius Sanctor. *lib.* 15. *p.* 574. i *Videsis eruditi.* Melch Junii *Cons. Med. T.* 2 *à p.* 408. *ad* 438 k Renatus Bretonnayæus, *Poëm. de Melanch. v.* 125 & Jac. de Marque, *in Libell. de diæt.* l *Legito sedulus* Simeonem Sethium, *de Alim. ad Cæs. Michaelem Duc. p.* 80. m *Album licèt præferat* Garcias Lopius *cap.* 16. *Var. Lect. fol.* 52. n Hipp. *p.* 51. 27. o Hipp. *p.* 367. 16. p 1 *Tim.* 5. *v.* 23. Hipp *p.* 189. 23. *atque* Plat. *T.* 2 *p.* 672. *D.* q *Iliad.* 6. *v.* 261. & Hor. *Cam.* 3. 21. *v.* 18. r Hor. *Ep.* 1. 5. *v.* 17, & Plut. *T.* 2. *p.* 715. s Judic. 9. 13. & 16. 25. *Ps.* 104. *v.* 15. *Prov.* 31. *v.* 6. *Eccl.* 10. *v* 19. Plato, *Tom.* 2 *p.* 649. *A.* & Hor. *Carm.* 4 12. 20. t Diphilus *apud Athen. l.* 2 *p.* 35. v Hor. *Carm.* 3. 21. 18. & Ovid. *de A. A.* 1. *v.* 237. & 239. *Huc refero v.* 65. Psalm. 78. † Hor. *Carm.* 1. 18 *v.* 7. *juxta* Eccles. xl. *v.* 34. & Tobiæ 4. *v.* 16 x Hipp. *p.* 367. 17 & Avic *l.* 3 *Fen.* 15. *Tr.* 2. *cap.* 12. *p.* 795. & Joh. Langius, *Sympos. p.* 22. y Hipp. *p.* 204 13 z Theon Smyrnæus, *in elementari imagine*, *p* 216. a Servat. Gall. *p.* 226. b Argenid. *T.* 2. *p.* 90. c Diogen. *Cent.* 1. *n.* 20.

meliore, [d] *cibis parcis*, ſed *multo* labore, quò remis veliſque [e] *Bacchum*, *& Venerem* defugiant effuſos. *Venere* ſiquidem enormiter in tumuit [f] *Damnagoras*. Igitur

Compescibus Venerem, vinclis conſtringe Lyæum,
Ne te muneribus lædat uterque ſuis.

Spartanorum [g] itaque condimentis *fame* & *ſiti*; omnia ſua obſonent lienoſi, atque ex [h] *Leonidæ* præcepto, *prandium* condiant *itinere antelucano*; cœnam autem *prandio parco:* eſt enim [i] *hebetis ingenii edere diu, & potare diu:* Nam ipſum [k] *edere & bibere, miſerum eſt homini devoto.* Nuſquàm igitur *lienoſis* onere cibi pridiani *marceat ſtomachus*, præ gulâe *Caligulæ*, talis enim *ſtomachi* [m] *ſarcina damnoſa* eſt, animo [n] *venefica*; ſed *animum lætum* in [o] *poſtridie ſibi præparent* [p] *Platonica cœna.* Sic [q] *Eudemus* V. S. cibo & potu parcis, exercitio, & *vino rubro tenui*, lienis morbum depulit.

Sic [r] *Laomedon* curſibus & labore *lienem* ſuum ita ſubegit, ut in perniciſſimum [s] *dolichodromum* evaſerit. Sic denique [t] *Straton*, in Olympicis, *ſplenem* tumidum ita maceravit, ut *Olympionices*, vice plus unâ, fuerit renunciatus. Indè fit

d Hipp. *p.* 347. *&* *p.* 8. 45. Plut. T. 2. 129. F. Stobæus, *Serm.* 99. *p.* 542. Gariopont. *de Feb. cap.* 30. *p.* 193. *&* Rob. Flud. *Med. Cathol. p.* 199 *&* 228. e Hipp. *p.* 204 13. f Hipp. 345. 33. *Alias ejus noxas repete à* Joh. Ant. Saraceno *p.* 182. *de Peſte.*
g Tuſcul. 5. *n.* 34. h Plut. *Tom.* 2. *p.* 677. *C. Alia verò corporis motu beneficia à* Lowero *accipe*, *cap.* 2. *de Corde*, *p.* 130 *&* *ab* Hipp. *p.* 81 47. 98. 14. 101. 21. *&* 102. 4. i Epictet *cap.* 63. *p.* 45. *&* Gaſpar Bachot, *lib.* 4. *cap.* 10 *de errorib. popul. p.* 446. *Sic è diverſo*, *in Tabula* Cebetis, *mulier ſucci plena & robuſto corpore* ἐγκράτεια καλεῖται, *p.* 33. k Th. à Kempis, *de Imit. Chr. lib.* 1. *c.* 22. *p.* 47. l Suet. 4. *n.* 58. m Petrarcha *de lauto victu*, *lib* 1. *Dialog.* 18. *p.* 15. *Vid. & lib.* 2. *Dialog.* 108. *p.* 195. n Philo *de Mundi Opificio p.* 37. *Vid.* Horat 2. *Sat.* 2 *v.* 76 *&* *Eccluſ.* Adr. Alemann. *in Hipp. de flatib. Text* 21 22 *&* 23 *atque* Joſeph. Quercet. *Diætetic. fol.* 119. o Eccleſ 31. *v.* 20 p Plut. *Tom.* 2. 127. *A.* q Hipp. *p.* 367. 17. r Plut. *T.* 1 848. *D.* s *Vid.* Mercur. *de Arte Gymn lib.* 2. *p.* 76. t Ælian. *V. H.* 4.

ſit ut ab ipſis [v] *Comico*, & [x] *Veterinario* decantetur *ambulatio lieni optima*; & id ipſum *millies* inculcetur ab [y] *Hipprocrate*. Sed ambulationem vehementem, *cane pejus & angue*, lienoſus declinet, *ſtatim à paſtu*, uti prudenter atque peritè monent [z] *Haly Abbas*, & [a] *Alex. Benedict.* atque [b] *Lucas Tozzus*.

H. 4. 15. *p.* 424. v Plaut. *Curc. Act.* 2. *Sc.* 1. *v.* 29.
x Abſyrto, *p.* 140. *&* 41. y *pag* 182. 48 203 32. *&* 43. 204. 26. *&* 32. z *Practices lib.* 7. *cap.* 40. *fol. verſo* 150.
a *Lib.* 17. *cap.* 5. *p.* 634. b *De Morb. cauſ. p.* 166. *Sic* Hipporat. *p.* 26. 4.

CAP. XXI.

Pharmacia deinceps *lienoſis* pharmaca, ſuppeditet, non *minorativa*, ſed [a] *mochlica*, hoc eſt *mole parva*, ſed *effectu magna*, quibus ferosa colluvies acrius concitata, fæcem omnem ſicciorem largius proluat, & *Augiæ* veluti [b] *cloacas* plenius repurget. Si verò quidpiam adhuc glutinoſi, tartareique viſceribus tenacius hæſerit, id omne molliatur, tergeatur, & expurgetur frequentibus [c] *clyſmis*, (quibus [d] balani intercalentur) *atque* [e] *diureticis*, *hydroticiſque*, reclamente licet *Amato* [f] *Luſitano*, qui [g] *Galenum* ſuas in partes pertrahit,

a Hipp. 153. 36. 204 6. 393. 47. 454. 14. *Vid.* Jul. Palmar. *de Morb. contag. l.* 2. *c.* 3. *p.* 122. Heurn. *Meth.* 2. *cap.* 10. *p.* 180. *ubi feſtivum Pythagoræ dictorium eſt in* Splenicos; *&* Sebaſt. Piſſin *de Cordis Palpit. l.* 2 *c.* 5. *p.* 187. b Senec. *de morte Claud. Cæſ. p.* 165. *Vid.* Homer. *Schol Il* B. *n.* 136. *&* Λ. *n.* 671. *&* 697. Theocrit. *Idyll.* 25. *p.* 594. Hygin *Fab* 30 Senec. *Herc. Fur. v.* 248 Lucian. *p.* 474. Pauſan. *lib.* 5. *p.* 288 Q. Smyrn. 6. *v.* 232. *&* Tzetz. *Chil.* 1. 38. *v* 497 *&* *Chil.* 2. *n.* 36. *v.* 278. c Hipp. 203. 44.
d Hipp. 153 36. e Hipp. 182 50 *&* 183. 9. *&* Gal. *T.* 4. *p.* 211. 49. *atque* Sanctor. *in Art. Parv. p.* 359. f Cent. 6. *Curat.*

hit. Sed *Gal.* aliter [h] *alibi*. Diſſentit igitur à ſe ipſo; & iſthæc *Galeni* pugnantia, nec [i] *Amat. Luſit.* nec [k] *Bric. Bauder.* attenderunt, ſicut apprimè præſtitit [l] *J. H. Pulverinus.* Eâ igitur in re, ipſis ἱπποκάτροις rudior eſt Amatus; *diureticis* enim atque *hydroticis* paſſim utuntur *mulomedici*, apud [m] *Abſyrtum.* Quin etiam hoc ſeculo, Nobiliſſ. [n] *Markam*, atque [o] *Solenſel.* Lacti autem *aſinino*, & ejus *ſero*, gloria prima venit apud [p] *Hipp.* atque [q] *Meſuæum*; *urinæ* verò *humanæ*, apud [r] *Avic.* [s] *Aponenſem*, & [t] *Pedemont.* atque [v] *Zacutum*; & quidem meritò, ſcatet enim *urina* [x] *particulis tenuiſſimis* & *agillimis*, quæ *viverræ inſtar* vel *invia* permeant, & *lienalis tartari nexum* vel arctiorem feliciter *diſnectunt.* Nulla quippe machina potior eſt, ad *ſales fixos evehendos*, atque *diſſlandos*, quàm ſal Urinæ, *volatili* prægnans *pernicioſiſſimo.* Quid enim *vidiori energiâ* in ſalem agat, quàm [y] *Salinum*, ſpiculis inſtructum analogis corpori ſolvendo ſalino fixo.

Hic igitur verè *Sal ſalem curat*, ſicuti [z] *Paracelſus*, ſcienter profert. Nos itaque immeritò prorſus [a] *W. Gabelchoverus* allatrat, dum *urinam potulentam* diris devovet.

II. *Urinæ* porrò, non *Medicos* duntaxat, ſed & *Mechanicos* uſus, *vel ab ipſis Artium atque Medicinæ cunabulis*, innotuiſſe liquet ex [b] *Herodoti* hiſtoria lepida; nec non ex [c] *Hipp.* [d] *Dioſcor.* [e] *Suet.* [f] *Gal.* [g] *Athenæo*, [h] *Iſidoro*, & [i] *G. Agricola-*

rat. 39. *p.* 594. g *Tom.* 4. *p.* 180. 50. h *Tom. ſcilicet* 5. *p.* 514. *Vid. hic Cap.* 11. i *Ibid. Cent* 6. k *Prax. Med. c.* 67. *p.* 668. l *Prax cap.* 75. *p.* 627. *&* 628. m *pag.* 140. *&* 141. n *Oper. in* 4. *cap.* 64. *p.* 106. o *Cap.* 135. *p.* 459. p *pag.* 128. 10. *&* 153. 35. q *Cap.* 9. *Simpl. Med. p.* 33. r *Lib.* 2. *Tr.* 2. *cap.* 725. *p.* 392. s *Differ.* 158. *p.* 213. *H.* t *Fol. verſo* 51. v *Tom.* 1. *p.* 378. x *Vide hîc* Epimetra Chym. y Nath. Hodges, *p.* 53. *de peſte.* z *Tom.* 1. *p.* 447.

a *Cent.* 5. *Obſ.* 100. *p.* 225. b *Lib.* 2. *c.* 3. *p.* 129. c *pag.* 215. 11. 254. 36. *&* 274. 44. d *Lib.* 2. *cap.* 99. e *Lib.* 8. *cap.* 23. f *Tom.* 2. *p.* 136. *&* *Tom.* 4 *p.* 254. g *Lib.* 11 *c.* 10 *p.* 484. h *In* Lotii *etymo.* i *Lib* 7. *&* 12. *de Re Metall. p.* 186.

colâ. Nusquam igitur *de urina* primævi Scriptores habendi sunt vel *Untzer*. vel *Helmont*. vel *Croll*. vel *Barletus*, vel *Faber*, vel *Glaserus*, vel *Lemery*. Minus adhuc recentiss. quique perfrictæ frontis, & decocti pudoris *cinsflones*, qui *Majorum inventa* sibi sumere nequaquam erubescunt.

III. Nusquam interim excludantur [k] *anodyna* atque *hypnotica*, quo seri dentati feritas infringatur, & blandus ille sopor, *Deorum hominumque* [l] *mentes ex æquo deliniens*, [m] mulciber obrepat, ac ipsos flatus, *fervide licet* deprælientes, *imperio premat*, adjutrice sibi [n] *Anemotide Minervâ*, jure tunc eodem à *tienosis*, ac è [o] *Lycurgeo*, & à [p] *Pericle* salutis suæ cognomento decorada.

& 457. k D. Beckherus *Micr. p.* 35. & 46. & Matt. Tilling. *in salutis anchorâ sacrâ, cap.* 20. *p.* 474. l *Iliad.* 14. *v.* 233 & Orph. *hymnor. p.* 179. m Ἀμέρσιος, μείλιχός τε, Melleus & suavis, *sive* placidus *atque* tranquillus Il. B. *v.* 19. & Hesiod. Θεογ. *v.* 763. n *De* Minervis 5 *videsis* Tull. 3. *de Nat. Deor. n.* 23. Clem. Alex. *Admon. ad Gent. p.* 17. & Jul. Firmic. Matern. *de erroribus profan. Relig. p.* 20 & 21. *De hoc vero singulatim*, Pausan. *l.* 4. *p.* 284. Alex. ab Alex. *lib.* 3 *cap.* 22 *p* 810. & Rhodig. *l.* 20. *cap.* 19. *p.* 1122. o Harpocrat. *pag.* 336. & Suid. *atque Magn. Etymol. in* ὑγεία Ἀ'ληθῆ. p Plut. T. 1. *pag.* 160. C. *Vid.* Hymn. Orhp. *in* ὑγιείαν, *p.* 164.

CAP. XXII.

Chirurgia demum tota sit naturæ benè agentis *imitatrix*, & *auxiliatrix*; perperam vero se gerentis *speculatrix* quidem sed *emendatrix*. Segnes igitur, vel è nare siniſtrâ, vel ex ano sanguinis eruptiones concitet atque promoveat; Idque vel *naribus fodicatis*; vel *affricto podice*, vel *hirudinibus* margini ejus admotis, vel scalpello, vel forfice demum, *uti*

Pa-

Parisiis obtinet, peritaque fert [a] *Ant. Chalmetæi* Chirurgia. Sic è contrario sanguinis impetus *effrænes*, suis è [b] *directo cucurbitulis* atque *styptici*s Chirurgus *infrænet* atque comprimat. Alias verò, *in plethoricis*, otiante naturâ, [c] *sinistram tundat cubiti venam*, hic enim fluxum è nare sinistrâ, *lienosis salutarem*, felix imitaturus est, idque citra *basilicæ* præ *mediana* vel *cephalica*, electionem anxiam. Naturæ siquidem emissarîô largô, κατ' ἐξιν, ubivis paratô, serosa colluvies ex æquo profluit, uti sagaciter, ex *Hipp. Gal. atque Trall.* [d] *Antonius Maria Venustus* observat. Sed hîc [e] *Trincavellius* transversus agitur, cùm fibrarum *rectitudinem* illam ceu *fabulam* deridet. Rectius certe, *& ad naturæ normam*, [f] Hollerius *singula dirigit*, experientiæ ductu. Immo [g] *Helmont.* ut ut *Hipp.* otior, phænomenis illam consonam esse profitetur ore rotundo. Abunde igitur est, venam incidisse in cubiti *finistro flexu*. Quorsum ergo *Græcos*, *Abrabas* & *Barbaros* venulis vel *digitiorum*, vel *aurium*, secandis, religio vetus addixit [h]? Apage nænias aniles, ne talibus offuciis fucus ullus nobis fiat.

Eheu, quanta superstitio Gentium? Quid si redivivi *Chrysippus*, *Medius*, *Aristogenes*, & *Erasistratus*, qui nullas unquam venas resolvêre, sed omnem prorsus phlebotomiam ab arte Medicâ proscripserunt. [i] Quid si ferreô somnô suô sol-

a *pag.* 292. & 293 *Edit.* 1644. *Vide* Lacunæ *Epitom. p.* 152. *è Gal.* 5. *in Epid.* 6. & Rhodii *Analecta. p.* 56. b Gal. T. 2. *p.* 24 & 278. c Hipp. 182 50. & 204 10. Gal. Isaacius, Brissot. Joh. Manard. Farentin. Mercur. Vallef. Jacot. Duret. Horst. Rulandus, Moræus, Hautin. *&c. Vid singulatim* Nicol. Monardum *de V. S. fol.* 6. & Periochen Galenicam *Cratonis p.* 267. d *Consil. Medicor. p.* 94. e *Lib* 8. *c.* 12. *p.* 150. f *Comm. in Coac. p.* 646. g *pag.* 228. *n.* 59. h Aurel. *p* 414. Gal. T 1. *p.* 144. & 4. *p.* 24. Oribas. *p.* 308. Aët. *p.* 639. Traillian. *p.* 266. Paul *p.* 474. & 567. Serapion. *p.* 72 Nonus *p.* 214. Avicenn. *pag* 212 & 792. Rhasis *p.* 255. Albucasis *p.* 179. Actuar. *p.* 194. Joh. de Mediolano, *Schol. Salernit. p.* 103. Mesuæus *fol.* 207. Haly Abbas *de Feb. p.* 170.

ſolveretur *Citienſis* [k] *Appollonius*, qui V. S. à *ſplenicis* nominatim ſuſtulit? Quantis quæſo ſibilis iſtæc *erudita quinque pectora* Nepotes ſuos conſcinderent?

II. *Chirurgia* deinceps, ubi ſeroſa colluvies exundat, & mole ſuâ ventrem infimum [l] *attollit* totam *molem* illam *aquarum* ſuâ [m] *paracenteſi* deprimat, ſed nuſquam omiſſo præſagio ſupremi diſcriminis quod impendet, ubi ſcilicet æger ita *ſtat inter* [n] *ſaxum ſacrumque*, & res ipſa in *cuſpide ferri ſita* [o] *eſt*. Nam è *compunctis* quotuſquiſque eſt, qui *mortis* [p] *laqueos* eluctetur! Si quis enim evaſerit, evadit *fati ope*, [q] non Medici. Hîc igitur *ratio* [r] *moras adferat*, & *inſcitiæ fiduciam auferat*. Ægros ſiquidem *acu punctos* vel intricat ſyncope; vel illaqueat dyſpnœa, aſthma, & orthopnœa, ac ipſa tandem apnœa, quæ totius ærumnæ clauſula fit extrema, quâ *corpus morti traditur in* [s] *eſcam*.

III. Sed iſtæc profecto, quæ ſunt operæ multæ, & ſagacitatis exquiſitæ, omittenda forent, ſi modo vel ægrorum mollities, vel Chriſtianorum pietas nos nuſquam abſterreret à Gentilitio more lienem vel *urendi*, vel *verberandi*, vel eximendi [t].

Abſit

Savonarola *p.* 185. Herculan. *fol.* 151. *A.* Philonius *de Feb. fol.* 176. M. de Gradib. *p.* 56. Zerbis *fol.* 156. Fr. de Pedemont. *p.* 51. Montuus *p.* 143. Valleſ. *contr. p.* 328. Capivacc. *p.* 753. Ch. à Vega *p.* 378. Ruland. *p.* 11. Valverda *p.* 274 Bouſſuet. *p.* 193. Gourmelen *p.* 124. Mercat. *p.* 336. Maſſar. *p.* 400 Leonus *p.* 953. Rudius *p.* 77. Perdulcis *p.* 771. Pulverin. *p.* 627 Sylvatic. *contr. p.* 209. Joh. Colle *p.* 302. Fr Joël, *p.* 58. B. Bauderon, *p.* 667. Feynei, *p.* 515. Zacut. *T.* 1. *p.* 92. Hautin *p* 255. Olivar. de Perres, *p.* 835. & W. Gabelchover. *p.* 236. *atque* Riedlin. *p.* 454. i Gal. *T.* 4. *p.* 17. 29. k Aurelian. 3. *Chron.* 4. *p.* 414. l Aſcite *nimirum*, Herculan. *in Avicenn. de Febr, p.* 222. m Hipp. 183. 39. Gal *T.* 4. 388. n Plaut. *Capt. Act.* 3. *Sc. v.* 84. o Iliad K. *v.* 173. Lucian. *p.* 680. *D.* p Hipp. *p* 204. 5. q Auſon. *Epigr.* 75. *v.* 2. r Thucydid. *lib.* 2 *p.* 126 & Hipp. *ejus propemodum æqualis p* 19. *v.* 40. s Cyrill. *Hieroſol. Catech.* XII *p.* 111. *B.* t Hipp. 98. 10. 200. 44. 202 46. 203. 34 204. 24. Plin. XI.

Abſit itaque ut *ægro inſonti*, totque jam ſymptomatis dolorificis obvio, *inuramus Stigma*, & quidem *eſcharis octo* vel *decem* ut apud Gentes obtinuit. [v] *Threiciis* [x] itaque *notis* Medicus iſte [y] *Leproſus* compungendus eſt, qui, *vel hoc ſeculo*, talia Stigmata *lienoſis* ſuis inſcribere ſuſtinet. Abſit pariter, ut ſpirantibus ægris vel *contundamus* exta, veluti [z] *fuſtuario* digms; vel *invidamus* præcordia, & *Herophili* more, vel [a] *Eraſiſtrati*, ſalutis humanæ, præſidem Artem, non ſolum peſtem alicui, ſed hanc peſtilentiſſimam inferamus [b].

IV. Comicorum igitur eſto [c] *arte ludicrâ* mimorum atque ludionum, ſed non *arte* [d] *magiſtrâ* [e] *Pæonis* atque [f] *Chironis*; [g] *Machaonis* atque [h] *Podalirii* τὸν σπλῆνα ἐκβαλεῖν, *lienem ejice-*

xi. 37. Aurel. 3. *Chr.* 4. Seren *cap.* 22. Abſyrt. *Veter.* 1. 40. *p.* 140. & 141. Aët. *p.* 643. Trall. 8. 13. *cui lien uſtus barbariem olet.* Ægin. 6. 48. Albucaſis 1. 31. Avicenn 3 *Fen.* 16. *Tr.* 1. *cap.* 7. J. M. de Gradibus *p* 286. Alex. Bened 18. 18. Paracelſ T. 1. *p.* 353. Cardan. T. 3. *p.* 172. Mercur. *Præl. p.* 634. Capiv. *p.* 753. Aquap. *Op. Chir.* 51. Roſſet. *de P. Caſ. p.* 323. Maſſar. *lib.* 3 17. Saxon. 3. *Panth. M. cap.* 36 Ballon. *Eph.* 2. *p.* 251. *ulcus lien* τῷ δάκνι *ſaucio ſalubriter exemtus eſt, ut in Ephem. Germ.* 1673. *Obſ.* 165. *p.* 109. & *Anno* 1684. *Obſ.* 195. *p.* 379. Bauhin. *p.* 143. Severin. C. 43. Zacch *p.* 688. Camerar. *p.* 372. Riol. 2. 23. Bartholinus, *paſſim in Cent.* Highmor. *p.* 65. Velſchius *Obſ.* 57. Diemerb. *p.* 87. Lindan. *p.* 67. Rhod. *p.* 443. *nec-non* ὁ Πάνυ Sam. Bochart. *Geogr. Sacr. p.* 180.

v Hippocr. 198. 10. 200. 44. 202. 46. 203. 34. & 204. 24.

x Cic. *Offic.* 2. *n.* 7. y Lazarus *eſt Meyſſonnierus*, *lib.* 4. *cap.* 5. *p.* 287. *cujus talis æger*, Patiens *merito vocatur*, Nam plus quàm morbus torquet eum Medicus, Joh. Owenus *lib.* 1 *Epigr.* 44.

z *Quid ſit diſce à* Polybio, Cic. Liv. Jul. Cæſ. Cælio, *atque* Roſino.

a Celſ. *Proœm. lib.* 1. *p.* 7. Tertull. *de Anim. cap.* 10. *p.* 312. & *cap.* 25. *p.* 328. Gal. *demùm id* rectè *profert*, T. 1. *p.* 145. *v.* 2. & 3.

b *Vid.* Celſ. *ibid. p.* 11. & Valeſc. de Taranta, *l.* 5. *c.* 9. *pag.* 448.

c Plaut. *Aulular Act.* 4. *Sc.* 3. *v.* 3. d Æn. 8 *v.* 442.

e Iliad. *E. v.* 401. & 899. Odyſſ. Δ *verſ* 232. Æſchyl. *ſuppl v.* 1071.

f Iliad Δ *v.* 219. & Λ *v.* 831 Orph. *Argon. v* 375 Pindar. *paſſim*, *ſed Pyth.* 3. *fuſe.* Sophocles, *Trachin. v.* 725. Apollon. *Rhod. Argon.* 1. *v.* 554. 2. *v.* 1244 & 4. *v.* 812. g & h Il. *B. v.* 239. Xenoph.

cere, seu exsectum *adjicere*, ἀποβαλεῖν refert Scholiastes [i].

V. Longe optatius cum ægrotantium teneritudine, & nostrâ miseratione comparatum foret, si modò *Phyrrhus* excitaretur à mortuis, *lienis* [k] *atterendi gratiâ*, pedis sui dextri vel blandiori contactu. Id enim *apud nos* tantæ est fidei, ac [l] *Ictterum* ab Hungariæ Regibus discuti; *Dæmonas* vel ab *Hispaniar.* [m] Monarchis, vel à [n] *Tobia*, vel ab [o] *Eleazaro* [p] fugari: cæcos, claudos, & mancos à [q] *Vespasiano* & ab * *Adriano* sanari, *Leprosos* osculo mundari [r] *B. Martini*: ipsos denique functos vita vel [s] *carmina fundere*, moxque tenebris reddi; vel per [t] *Simonem Magum*, *Apolloniumve Tyaneum* plene [v] *revivisc ere.*

VI. Lienosorum insuper eo nomine dolenda sunt fata quòd Archigenis [x] & Andromachi *splena* sint virtute cassa; Quòd [y] Plinii Secundi [z] Empiricique Marcelli *splenis* è spirantibus bestiis eductis; & confestim [a] *admoti*, tepore sint *irrito:* quod [b] Joh. Beguini *sal Planeticus*; uti nec alter ille [c] H. à Mynsicht,

noph. *de Venat. p.* 974. Coint. VI. *v.* 459. i *In Aristoph. Cereal. Prolog. v.* 3. *p.* 764. k Plin. 7. 2. *p.* 138. 43. Plut. *T.* 2 *p.* 384. Alex. ab Alex. *lib.* 3. *p.* 699 & 4. *p.* 1202. Camerar. *H. subcis. Cent.* 3. *cap.* 42. *p.* 143. G. à Reies, *Q.* 24. *n.* 4. *p.* 155. & *n.* 31 *p.* 163. l Laur. *de Str. l.* 1. *c.* 4. *p.* 8. & 9. m G. à Reies, *Q.* 24 *n.* 5. *p.* 155. & *Q.* 28 *n.* 23 *p.* 203. n Tobiæ 6. *v.* 7. & Zonar. *Annal.* 1. *p.* 102. o Joseph. *Antiq. Jud.* 8. 2. *p.* 257. G. p *Permulæ fœtiferæ ac Galli cantu* exterriti cedunt. *Prudent. Cathemer. v.* 49 & 40. *p.* 4 q Sueton 8. n. 7. Tacit. *Hist.* 4. *n.* 81. * Ælius Spartian. *in Adr. n.* 25 r Sulpic. Sever. *in B. M. vitâ cap.* 1. *p.* 463. s Phlegon. *de reb. mirab. cap.* 3. *p.* 36. t Hegesipp. *lib.* 3 *cap* 2. *p.* 29. v Philostr. *Apoll.* 4. 16. *p* 206. & Euseb. *in Hierocl. p* 460. Vopisc. *in Aurel n.* 24 *atque* Photius *Bibl. n.* XLIV. *p* 30. & H. Cornel. Agrippa, *occult. Phil lib.* 1. *cap.* 70. *p.* 91. & *lib.* 3. *cap.* 42. *p* 306. x Aët. *Tetrab.* 3. *Serm.* 2. *cap.* 11. y *Lib.* 2. *de Re Med. p.* 180. z *De Med. p.* 120. a *Immò* Splenes istos *in pretio fuisse liquet è* Plin 28. 14. *p.* 701. & Athen. 3. 17. *p.* 96 *atque* Ren Moræo, *p.* 784 *de Valet conserv.* b *Chym. lib.* 2, *p.* 347. c *Sect.* 11. *p.* 189.

d *Ipsum*

ſicht, nihil minus ſit quàm *ſplenicus*: quòd *exhilarans* [d] *antidotus* Saporis primi, ad *Meſuæum uſque devoluta*, nihil *Jovialis* præ ſe ferat: quod *album* Fr. Ruei [e] *oralium*, Jovi quidem Phœboque ſacrum ſit, *lienoſis* autem pura puta fraudatio. Quòd [f] Brendelii *aurum potabile*, merum ſit *opinabile*: quod unctiones *Angeli* [g] *Salæ*; & *Turquetti Angelica* [h] *grana* nihil *Angelici* ſpirent: quod [i] *Phænigmi* Ἀρχιάτρου [k] Conſtantini Porphyrog. & [l] *antidota Myrepſi*, effectibus inania ſint: quod Scribonii denique [m] Largi, Theodorique [n] Priſciani *malagmata* ſilices ocyus mollitura ſint, quam *ſcirrhos* [o] *lienis* eliquatura. [p] *Celſus* ergo deridendum ſeſe propinat, dum *malagmatis ſui* ſupercilio elatus, præcipit ut *ſex tantum horis* adhibeatur, *ne* diuturniori morâ *lienem* univerſe *conſumat*.

VII. Agyrtarum igitur eſto futilibus iſtis, *nec effundi dignis*, ineſcare homines. Nos enim candidos animâ dedecet *lienoſos* ſpe vanâ lactare: Hinc itaque commenta procul de *Aſplenio* deque chalybis aquâ.

Ger-

d *Ipſum antidotum accipere eſt à* Gabr. Droyno & Ph. Guiberto, *qui illud* Seculi 12. Meſuæo *ſubduxerunt. lib. 2. de cap. agrit cap. 25. fol. verſo* 207. Ternos *verò* Sapores, *è medio circiter ſeculo* 3. *ad* 4. *exieus. diſcere eſt è* Jul. Capitol. Euſeb. Eunap. Hieronymo, Marcellino, Claudiano, Zoſimo, Sozomeno, Theodoreto, S. Apollinari, Agathiâ, Herm. Contracto, Cedreno, Glyca, Zonara, *atque* Nicephoro Caliſti, *è quibus hauſerunt* Cuſpinian. Turſelin. Calviſ. Cluver. Petav. Guthberl. Matthias, Labbæus, Godæus & J. le Sueur.

e *Lib. 2. de Gemm cap.* 19. *p.* 57. & A. B. de Boot, *lib. 2. de Gemm. cap.* 154. *pag.* 396. *Imò ambobus iſtis ſplendidius mentitur* Alb. Magn. *p.* 147. *de Virtutib. Lapidum.*

f *Chym. diſc. 2. p.* 153. g *Ternarii Bezoardicor. p.* 506.

h *Syntagm. cap.* 11. 299 i *Vid.* Aurel. Gal. Aët. Æginet. Brunfelſ. Gorr. Foës, Renod. *atque* Caſtellum Brunonis.

k Noni *ſcilicet de Morb. curat. cap.* 188. *p.* 215. l *Oper. p.* 400. & 414. m *Cap.* 103. *p.* 135. *ubi* Joh. Rhod. *emendato emendandus eſt ipſe p.* 326. n *Lib. 2. ad Timoth. p.* 305.

o *Nam contumaces perſtant & indomiti*, lapidis inſtar, *Theret. Dmt. 1. c. 11. p.* 82. p *Lib. 5. cap.* 18. *n* 4. *p.* 251. q *Lib. 1.*

Gerris quippe gerrarum adnumeramus, quæ q *Vitruvius* r *Dioscor.* s *Plin.* t *Gal.* v *L. Apuleius* x *Aët.* & y *Ægineta* à Cretibus, *lingua* z *mendaci*, super *asplenio* mutuati sunt, & quos demiror notulas non ditasse *Cl.* a *Mangeti* ad Schroderum.

Inane rursus atque vanum est quadrupedes profiteri apud *fabros* b *ferrarios* esse c *avicularum* instar, *liene* vel *exili*, vel *nullo*, quum aquam illam ne primoribus labris attingant, utpote vel ab ipsis longè semotam, vel obviam quidem, sed quæ vel fuscedine & spurcitie suâ, brutas illas animantes fugatura sit; vel acido & austero *nidore Martis* abactura, hoc est vitriolicis suis effluviis, *nares odoras* d *laceſſentibus* ab omni linctu plane deterritura.

VIII. Nugis itaque valere jussis, quales insuper narrat c *H.*

cap. 4. *p.* 27. r *Lib.* 3. *cap.* 151. s *Lib.* 27. *c.* 5. *p.* 664. t *Tom.* 2. *p.* 77. v *De Virt. herbar. p.* 217. x *Tetrab.* 3 *serm.* 2. *cap.* 11. *p.* 642. y *Lib* 7. *c.* 1. *p.* 615. *Videsis* Ruell. *p.* 567. Dorsten *fol. vers.* 264. Matthiol *p.* 519. Dalecamp. T. 2. *p.* 113. Nerian. *fol. vers.* 16. Dodon. *p.* 468. Lobel. *Adv. p.* 360. Bauhin. T. 3. *p.* 750. *atque* Renod. *Edit. in* 4. *p.* 256. *Necnon coronidis ergo* G. Sall. du Bartas, Hebdomados *minificæ*, diem tertium. z Tit. *cap.* 1 *v.* 12. *ex* Epimenide, *uti me docuit* Epiphan. *adv hæres. l.* 1. *Tom.* 3. *p* 362. *Sic apud* Callimach. *hymn. in Jovem. v.* 8 *& in Epigr. Gr. lib.* 3 *p.* 369. Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται. *Vide* Grot. *in Epist. Paul. Tom.* 3. *p.* 999.

a *pag.* 480. b Cels. *lib.* 4. *cap.* 9. *p.* 215. *à quo tanquàm ab impuro fonte* sordida defluxit, *ad varios affectus*, aqua ferraria, *ad* Plin. *scilicet lib.* 28. *cap.* 16. *p.* 107. *ad* Aurel 3. *Chron. cap.* 4. *p.* 416. *ad* Aët. *Tetrab.* 3. *Serm.* 2. *cap.* 11. *p.* 641. *ad* Trall. *lib.* 8. *cap.* 13. *p.* 272. *ad* Avicenn. *lib.* 1. *Fen.* 2. *Doct.* 2. *cap.* 16. *p.* 108. *ad* M. de Gradibus, *cap.* 10. *p.* 284. *ad* H. Montuum *lib.* 3. *cap.* 32. *p.* 146. *ad* Joh. P. Pernumiæ, *Therap.* 6. *fol.* 102. *ad* D. A. ab Altomari, *p.* 365. *ad* Claudin. *in App. ad ingr. p.* 399 *ad B.* Cæsium, *lib.* 5 *de Miner. p.* 621. *& ad* Olivar. de Serres *p.* 835. c Plin. *l.* 11. *cap.* 3. *p.* 282. 21. Cælius, *lib.* 4. *c.* 18. *p.* 208. Jul. Cæs. Scaliger, *Hist. Anim.* 2 *p.* 247 C. Piso, *Sect.* 1. *p.* 43. *Vide hic luculentiss. testes alios quaternos, Cap.* 1. *n.* 2. d *Vide hic Cap. n.* 2. Theophr. *p.* 441. *atque* Lucret. *lib.* 4. *v.* 88. *&* 674. *necnon lib.*

[e] *H. C. Agrippa*, cordati cordatos colamus, & quæ *seris* [f] *ab annis*, compererunt lienosis esse proficua, prudentes & pii revocemus ad praxin, quò, *dirigente nos dexterâ Dei*, felix ubique rerum exitus obtingat.

lib. 6. v. 778. & 792. e *Occult. Phil. lib.* 1. *c.* 51. *p.* 60.
f Per varios usus artem experientia fecit, exemplo monstrante viam. *Manil.* 1. *Astron. v.* 61.

FINIS.

EΠΙΜΕΤΡΑ

Viriliter impugnanda.

Jactis meis, *Neotericorum ductu*, Medicinæ fundamentis, mothodum ipſorum ſingulares vulgandi Tractatus ubique locorum gloriabar. Sed *Rev. Par.* Majores noſtros, *eâ in re*, longè ſuperiores mihi ceſſit in *Phyſicis*, *Patholog. Semeiot. Diætetic. Pharmaceut.* atque *Chirurg.* Res itaque, *ceu novas*, jactabam, cor v. g. ſaliens prius eſſe punctum, quàm muſculoſum, auritum, pyramidale, cavernoſum, valvulis cluſum, vaſis irriguum privatis, publiciſque, ſepto diſcluſum, & ſanguinis demum officinam, atque ita hepar nuſquam eſſe Ἡμαλέον, *humoris gratioſi fontem.* Ab illo inſuper ſaliente puncto geminos protendi canales, nomine celebratos foraminis ovalis atque rotundi, illoſque poſt partum illico cludi. Arterias quoque binas, ſed venam unicam, embryonis umbilicum pertundere, & placentam ſibi pinſere. Meconium interim in inteſtinis congeri; pulmones verò atque diaphragma otiari; ſed arterias ſingulas, atque ita umbilicales moveri: Nobis autem natis ambientem in pulmones impelli, imò unà cum aſſumtis in ventriculum ingeri. Chylum pariter à ventriculo in inteſtina trudi, & ab ipſis in Vaſa.

Vaſa iſtæc lacteas eſſe venas, quæ chylum contrudunt in confluentem ſuum, inque thoracicum ductum, valvulis inſignem. Sanguinem exinde confici in corde, & in tubos diffundi, ternis, quaterniſve tunicis conflatos. Nervos autem filis tenuiſſimis nexos eſſe, nec non mutuis plexibus irretiri, arteriis irrigari, trochleâ quandoque duci, atque reduci, gangliô muniri, in itinere durari, & multifida congerie, intra vertebras, præſertim intra ſacram, ſtipari.

Ce-

Cerebri ventriculos anteriores, ciſternas eſſe lymphæ, à ſpiritibus ſecretæ; & exindè, juxta ſepti perlucidi parietes, ſubque cerebri teſtudine, in choanam, inque pituitariam glandulam perpetim ſtillare. Ventriculo autem tertio, *fornicis vice*, nates eſſe, atque teſtes, cum ſuo proceſſu fibroſo. Illi verò fornici conarion incubare, neque adeo ventriculum tertium à quarto ſecludere; ſed id à membranulâ fieri niveâ atque pulpoſâ, cui vermiformis apophyſis volutatione ſeſe affricat. Nervos opticos non eſſe cavos, ſed arteriarum nuſquam exortes, ab interna carotide per retinam ramuloſæ, in ambitu vitreæ tunicæ, ad araneam uſque.

Duram matrem, & ejus ſinus, arteriis pariter irrigari, perviis in calvam; aurium cerumen, tympanum, & labyrinthum, lacrymarum quoque collicias, nec non ſalivæ ductus, unà cum glandulis lacrymalibus, paroticis, atque maxillaribus. Pulmoni lobos competere quinque. Pericardium autem diaphragmatis nerveo circulo ſemper adnecti, nec unquam cordis includere conum. Oeſophagum verò diaphragmatis circulum illum pertundere nunquam, nec inteſtinum colon tenuibus inteſtinis inferius eſſe, ſed illa hemicyclo ſuo complecti.

Veſiculas ſeminales, maſculas quidem eſſe favis apum ſimiles; fæmineas verò hydatidum inſtar. Tubas uteri ſinuoſas eſſe, ac utrinque, ab ipſo diaboli morſu, in uterum pervias.

Dentes denique rebar, in fœtuum alveolis recens detectos eſſe, ſicut in adultis oſſa ſeſamoidea, ad ſingulos digitorum flexus, tendinum ope indivulſorum, atque pertuſorum.

Iſtæc, *è ſexcentis pauculis*, vel noviſſimis Scriptoribus, vel ipſi *Rev. Par.* lubens tribuerem, ni mihi altum inclamaſſet, parce, *fili* vel *Neotericos*, vel *me* inventorem laudare: In te ſiquidem *Veterum queruli Manes* inſurgerent, & monimentis illorum mihi patefactis, *Veritatem ipſam*, tanquàm in ſpeculum licuit intueri. *Doctior* exinde, ſed non *inflatior*, humilis petivi nunquid pariter tot alia, quæ recens puteo eruta

accepi, *seculo priora* forent; V. g. de sanguine in arteriis serosiori; vivaciori tamen; in Venis autem crassiori, atque segniori? de vasis capillaribus? de illorum commissuris? de sanguinis in eas in fluxu? de bile aquosiori, vel oleosiori? de sanguine sereſcente? de sudore naturaliter nullo? de muco ventriculi & intestinorum? de acrimoniâ acidâ vel muriaticâ? de frigore acri & urente? de nive caustică? de effervescentiâ & fermento calcis, musti, acidorum, simi, pastæ & bilis atræ? de venâ cavâ aortæ succuba? de pulmonum plexibus atque tomento? de corde irarum sulphureo atque fervido fonte? de eâdem irâ, *ferinâ licèt*, solibus excocta atque miti? de stomacho viscoribus, *ceu pruinis*, circumdato? de chylωsi per modum elixationis atque fermenti? de pori bilarii insertione gemina? de ureterum in vesicam ingressu, tunicas inter? de urethra varia pro sexu? de sphincteribus vesicæ, recti, & œsophagi? de musculis, venis, arteriis, & nervis, sectione transversâ brevioribus utrinque? de nervis oculorum motoriis, in vultum & dentes supernos diffusis? de opticis unitis? de axibus visoriis? de visione erroneâ? vel in ebriis, vel oculorum altero depressiori? de *pupillâ mobili*? & luminis accessu vel recessu *strictiori*? *latiori*? de noxâ ipsius à nive? & à luce post tenebras? vel e contrà? de oculis per noctem radiosis? de iisdem igneis insimul & aqueis? de viâ ab ipsis in nares? & à naribus in os? de embryone per aquam explorando? de fœminarum Ovis? de irritis illis, Venere nulla? de fœtu in ovo? è semine paterno? de pororum ejus symmetriâ salutiferâ, vel ametriâ morbificâ? de poris illis salubriter *spiritu*? morbose *fero* turgidulis? de vacuo igitur in ipsis nullo? sicut nec uspiam sub Sole? de corpore sub Lunâ simplici nullo? de aëre subtilissimo, & elastico? ac omnia pervadente? atque replente? de atomis *Leucippi* fictitiis? de pororum varietate stupendâ? de particulis analogis? lævibus? rotundis? acutis? rigidis? asperis? mucronatis? angulosis? triquetris? quadratis? pentagonis? &c. de mistorum jugibus effluviis? de partium attractione nul-

nullâ? de ipsarum facultatibus chimæricis? de fide sensibus vel adimenda? vel adhibenda? de brutorum animâ vel nullâ? vel duplici? de mirificâ tandem spirantium omnium compage αὐτομάτως mobili, *virtute motus, ipsi ab artifice primitus impressi?* ἀκολαθίᾳ τέ τινι, ἢ Μαδοχῇ κινήσεως ἀπὸ τῆς πρώτης ἀρχῆς &c. Omnem porrò de pectore meo præconceptam mentem revulsurus, *Par. Rev.* plurima me docuit, è *Veterum Placitis*, de animi callo, & sectarum *scabie*, atque *servitute*, quâ sectis addicti, *leprosa sunt mancipia*, alii alios inficientes, & Civitatem prodituri lubentius, quàm ullum *Elleborum* admissuri, quô *dematur* ipsis *mentis gratissimus error.*

Istæc autem articulatim ubi hisce oculis percepi Veteribus innotuisse, depulsus fui à priore mente fallaci, & *in saniorem* nec non *Antiquis æquiorem* traductus fui, mirabundusque exclamavi, *Papæ!* An igitur Majores nostri tanti fuêre viri? Immò, regessit *Parens*, quia meditanc *rationem* excolebant; sensus verò subigebant *experientiâ*, & cruribus istis incedebant ad Physicen indagandam, florentibus Scholis *Cnidia*, *Coa*, *Rhodia* & *Alexandrina.*

Singulatim autem, *& æmulo studio*, Anatomen promoverunt *Democritus*, *Euryphon*, *Meliſſus*, *Hippocrates*, *Thessalus*, *Draco*, *Polybus*, *Apollonius*, *Dexippus*, *Pliſtonicus*, *Aristoteles*, *Herophilus*, *Erasistratus*, *Quintus*, *Sabinus*, *Satyrus*, *Eudemus*, *Martianus*, *Lycus*, *Marinus*, *Asclepiades*, *Rufus*, *Soranus*, *Pelops*, atque *Numerianus.*

Illorum autem ductu *Galenus* Anatomen Romæ, *in Pacis Templo*, fidelis docuit, coram *Severo Cos. Paulo Prætore*, *Flavio Boëtho Consulari*, atque *Barbaro*, Cæsaris Avunculo: nec non Medicis omnigenis & æmulis, *Empiricis*, *Methodicis* & *Rationalibus*; Philosophis item *Platonicis*, *Peripateticis*, *Stoicis*, *Academicis*, *Epicureis* atque *Scepticis.*

Homines autem præter *Sexcentos*, quos vel *unus Herophilus* incîdit, viris istis primævis, brutæ animantes, *munificentia Principum*, ad manus erant omnigenæ. Sic elephantum *Ga-*

le-

lenus dissectum vidit, & *os* ex ejus *corde* sibi reposuit, sicuti *Parens* è cervis, damis & tauris, *à se exempta*, conservat.

Exindè porrò Medici tanti Anatomen consecuti sunt quam hodie *Comparatam* vocitant; & quæ nos fugit innumeros. Quinimò *Pneumaticen* alteram Anatomen administrarunt flatu in meningas impulso, in bronchia, in uteri tubas, necnon, *seculo noviſſimo*, in venas. Illâ autem industriâ, (vel ante Fabricium de *venarum ostiolis* scriptorem) *valvulas* detexere *venarum*, spiritu nimirum permeante à *graciliori* venæ parte in *crassiorem*, sed non econtrà, *valvulæ* repulsu.

Speciatim rursus, nervos recurrentes incidebant, arterias verò caroticas, axillares, pulmonales, crurales, & umbilicales ligabant nodis strictis, laxisve.

Brutis plagas & vulnera infligebant, symptomatum observandorum ergo. *Nervorum* autem & *arteriarum punctiones* longè *graviores* esse notabant *sectione transversâ*. Exinde *punctio* mortem longè citiorem inferebant, quàm ipso *corde revulso*, victimas enim viderunt, *corde nullo*, aufugisse.

Spiritûs quoque attendendi gratiâ modò *vesicam* vel ori, vel naribus vel pectori leviter pertuso adaptabant; modò autem, sterno reducto, *pulmones* inflabant, quo spiritum naturalem æmularentur.

Nec secantibus duntaxat instrumentis usi sunt, uti nos, sed stylis insuper planis, capitatis, buxeis, æreis, argenteis, ferreis, atque stanneis. Acubus item, hamisque pertusis, volsellis, tubulis atque spongiis.

Animalia quoque pascere noverant, & tribus horis à pastu chylωseωs opus attendere.

Animalibus præterea sitibundis, *& affatim libentibus*, asperam arteriam, *inter bibendum*, confestim incidebant, quò explorarent nùm potûs quippiam in pulmones influeret?

Recluso etiam pectore vasa cordis *quaterna majora* arctè strin-

ſtringebant, experiundi gratiâ, quid noxæ pateretur animal, ceſſante cordis influxu, & irradiatione.

Artem quoque callebant viſcera carne denudandi, vaſorum noſcendorum & ſiccandorum ergò.

Sceletos denique compingere ſciebant, quos moris erat in *Alexanderina Schola*, initiatos Medicinæ docêre. Quid plura? Eò ſagacitatis provecti ſunt, ut *Ova viginti*, vel *plura*, uni vel alteri gallinæ ſubſtraverint incubanda, quo unius quotidie aperti analogiâ, *hominis in Ovo formati* primordia atque progreſſus addiſcerent.

Sic *equas*, *canes*, *aſinas*, *vaccas*, *capras* & *oves*, Venere recens uſas, *exenterabant*, quo deprehenderent quid ſeminis ad fœtum effingendum remanſiſſet.

Obe, *obe*, jam ſatis eſt *Veterum faſtidioſis!* Totus interim obſtupeſco, dum irretortis oculis talia contemplor, & nî *lectione decies repetita* mentem meam obfirmaſſem, *faſcinatos* mihi crederem *ocellos*, conſcios certe ſuperbæ ſcriptionis, quâ ſeculum *ſplendide mendax*, iſtæc inventa genuinis vitis detrahere non pudet.

Sed evanido ſtupore meo, & animis jam collectis, ad *Pathologica* deflexi, rogitans nùm etiam, ante ſeculum, innotuiſſent variolæ, ſcorbutus, peſtis ἀπύρετος, Venerea lues, arthritis vaga atque deſultoria, nec non dolor vel *periodicus* capitis, oculorum, inteſtinorum, &c. vel *erraticus* dentium, clavorum, articulorum, atque cicatricum, ad inſtantem vel boream, vel nivem, vel grandinem?

Pariter quæſivi de hydrocephalo interno, externoque; de epilepſia ab aura ſontica vel pedis extremi; de paralyſi poſt inſultus epilepticos, vel colicam atrocem, colica ceſſante, de lacrymali fiſtula, de gutta ſerena, de cæcitate repentina? *ſed fugaci*; de ſurditate, pariter ſubita, *ſed brevi*? de temporibus ſauciatis & convulſis in oppoſita parte? de hæmodia, de aphthis, de calculo ſub lingua, de meliceride ad ejus frænulum? de pectoris hydrope, atque pericardii? de crudis pulmonum tuberculis & hydatibus? de cruditate aci-

da & nidorosa ? de diabete, de renum ulcere serpente vel in lumbos, vel in alvum? de lumbricis latis, de ascaridibus? de hypersarcωsi in urethra ? de uteri fluore albo ? deque ipsius hydrope atque calculo ? de carcinomate & carbunculo? de partibus demum sphacelatis & sponte deciduis? Immò de ossibus adultorum cereis atque flexilibus ? Et cùm istorum ne *umbram* quidem Majores attigisse mihi stultè fingerem, *corpus ipsum* apud eos reperi.

In *Semeiotica* vix dignatus sum inquirere. Jam pridem enim mihi compertum est, quàm seduli fuerint *primævi Medici* in attendendis ægrorum decubitu, spiritu, pulsu, voce, somno, vigilia, oculis demùm & mente. Quàm acres insuper fuerint in morbis explorandis è *partium situ*, *exactione læsa*, *è doloris specie*, *è symptomatis propriis*, & ex *ipsis excretis*.

Sic eosdem in *Diæteticis* ad minutias usque sedulos noveram. Singulatim verò *Hipp.* didiceram *sedulitate tanta*, quanta *temporum intercapedine*, Medicos hodiernos prævertere suis observationibus de aëre, locis & aquis ; de temporibus anni, & mutationibus eorum vel statis, vel erraticis ; de solstitiis & æquinoxiis ; de noviluniis & pleniluniis ; de Caniculæ & Virgiliarum ortu & occasu. Speciatim de sonoris, & silentibus Eteſiis, Aquilone & Austro. At quotusquisque, *Parens infit*, nostrorum Medicorum est, non dicam è *gregariis*, sed è *primipilis* ; è *diobolaribus*, sed è *principibus* ; è *Jalemi familia*, sed ex ipso vel *redivivo Æsculapii germine*, qui ad istæc animum advortat ? Ipsos itaque dedecet sese super Græcos efferre. *Secum habitent*, *& noscant quàm sint supellectili curta.*

Pharmaciam quod attinet, antiquissimam illam esse vel in Scholis didici, *Homerica* quippe carmina *Thonem*, Medicum insimul & Regem, altè cantant, cui præ manibus sint Φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά.

Sic Medicos universè πολυφαρμάκους canit *Homerus*, non una *varietate simplicium affluentes*, sed & *mistorum arte fœcundos*,

dos, ſingulatim verò *Pæonem* celebrat, Medicum Deorum, *Chironem* & *Æſculapium*; *Machaonem* atque *Podalirium*. Immò *Patroclum* & *Achillem*.

Sic aliàs quædam ſubauſcultavi de *Strapide*, de *Agenoride*, de *Melampo*, de *Japyge*; quin imò de *Iſide*, de *Dione*, de *Latona*, de *Diana*, de *Medea*, de *Agameda*, de *Polydamna*, de *Helena* tandem & *Circe* ſcientibus poteſtates herbarum, atque miſturas.

Chirurgiam pariter apprimè ſubodorabar longè primævam fuiſſe, ſed mihi latebat an olim adhibita fuiſſent pyrotica hirudines, & cucurbitæ? Venæ ſectio & arteriotomia? Embryulca & odontagræ? Trepanum & paracenteſis? Cyſtotomia & celotomia? Ἀνεωτερασμὸς demùm & ἀρθρεμβολισμός.

At ſuper ſingulis iſtis mirificam ac induſtriam Græcorum methodum exoſculatus ſum, illaque meos oculos exſatiavi. Et jam certè dubiis vacuus, *ſed Veterum incenſus amore*, pedem efferebam ab inſtitutione paterna, cùm ecce ſubiit animum *ſcrupulus unus & alter*, quos præſumſeram mihi nunquàm exemtum iri. Subridens itaque *Patri*, ab ipſo, vel *jocoſè* petivi, an igitur, qui videris *Ætatis Priſcæ* cultor tantus, mihi cederes, *vel ſaltem ante Generationem unam & alteram*, ſanguinis *Tranſfuſionem*, *Circuitumve*? Is renidens, conticuit quidem, ſed aperto confeſtim *Libavio*, *virum* mihi ob oculos *vegetum* poſuit, è cujus *arteria fiſſa*, tubulis intermediis, *ſanguis in ægrotantis effœti traductus eſt arterias*, *pariter recluſas*.

Sanguinei verò *circuitûs* inventorem præconio multo *Hippocratem* extollit. I. quia corpus humanum *circulo* paſſim comparat.

II. Quia jugem ſanguinis motum identidem inculcat, *ab internis ad externa*, & ediverſo; hoc eſt, à centro ad circumferentiam, & econtra.

III. Quia motum illum ἀφ' ἑαυτὸν *circuitionem* nominatim vocitat.

IV. Quia motus illius *genuinum principium* assignat, *cordis* nempe *scatebras*, è quibus sanguis quoquoversùm impetu salit.

V. Quia *singulas* deducit *arterias* ab uno *corde*, quod ipsi arteriarum matrix est, & radicatio unica.

VI. Quia illarum *amplitudinem* ad cordis basin, maximam esse patefacit, unà cum *venæ cavæ trunco*, quem inibi *capacissimum* monstrat.

VII. Quia *valvularum* cordis *artificium* & *usum*, sagaci mente detegit, suis *flatus* & *aquæ* in illas injectionibus.

VIII. Quia circuitionis illius *prospera* & *adversa*, ex æquo retegit. *Hippocrateus* enim nativus ille fluxus atque refluxus, non modò *nutrimentum* & *vitam* corpori largitur, & *animo consulit*, mentem sanam conservans in corpore sano, sed ediverso, circuitûs illius *remora* quævis, obstructæ parti continuo *noxia fit*. Sanguinis enim illius *portio quædam sistitur omnino*: quædam verò *segnius movetur*: & quædam demùm *celerius effluit*. Ubique autem quò *stagnantior*, eò *nocentior*. Singulatim verò profert *Hipp.* sanguinis motu hîc vel illic præpedito, primùm *arteriam attolli*, vi circuitus in obicem impingentis: secundò *partem stupere*, *pulmonem anhelare*, *cor palpitare*, *vocem deficere*, *hominem convelli*, & extingui. *Sanguinis* verò *motu lentiori* sensus hebescere; *rapidiori* demùm & *incondito* mentem ipsam in *delirium* traduci.

IX. Quia sanguineæ circuitioni alveos excavat, illi quippe *arterias indicit*, quibus ceu *rivis* atque *fluviis* membrorum compages irrigetur.

X. Quia luculentas *vasorum commissuras* atque *communiones* ubique statuit, per quas reciprocus ille motus feliciter perennet, haut secùs, ac, *inquit*, intra vasa, *tubulis infernis*, *super eodem plano*, *inter se commissa reciprocat liquor*: *Uno* etenim illorum *impleto*, implentur & alia, *depleto* deplentur.

XI. Quia mirificam circulationem illam lepidissima comparatione collustrat. Illi quippe *fluviorum insomnia* limpidè, placideque fluentium, *naturalem* denotant sanguinis periodum;

dum ; largiùs autem excurrentium, circuitum loquuntur *adauctum* ; parciùs verò labentium, periodum teſtantur *minutam*. Sic rurſus, *in ſomnis*, aſtra ferri extra ſuos orbes, *pura* quidem atque *rutilantia*, ſanitatem monſtrant, qua circuitûs beneficio, & nutritionis gratia, purum & ſincerum alimentum è vaſis excidit & allabitur ad partes : *opaca* verò & *nigra ſidera* morbum ex adverſo portendant, utpote ſanguinis impuri motum atteſtantia.

XII. Quia pituitam ſingulatim in venas ingerit, quâ *frigidior*, *craſſiorque* ſanguis protinus ſegnior fit atque ità, ad illius recurſum, tamdiu *reſilire cor* atque *concuti*, donec *calidioris*, *tenuioriſque* ſanguinis fluento, *algidus* ille, *craſſiuſque* ceſſator in reliquam maſſam abripiatur.

XIII. Quia oppoſito phænomeno rem ipſam apertius declarat, periodum ſcilicet illam per febres *celeriorem* atque *vegetiorem* prorſùs eſſe ; præ ſanguinis nimirum *tenuitate* atque *volubilitate* maximis. Et exindè, ſagaciter elicit ſanguinem vel *ex ſe*, vel *ab aſſumtis*, febriliter exaltatum, ità moveri atque diffundi, ut remedio ſit morbis à pituitâ. Sic inſuper ſanguinem illum *ſtatarium*, peritè notat, *ſtagnatione ſua diuturniori*, adeò concreſcere & adhæreſcere ut nequeat ab alterius impetu vel *extrudi*, vel *perſtringi* ; atque ità, *circuitu* repreſſo, mortem repentinam inferre. Immò rurſùm alibi pronunciat *areſcente ſanguine hominem emori*, hoc eſt, ut id ipſum aliter inculcat, *ſiccatis naturæ* humanæ *fontibus & fluviis*, *vitam inferentibus*, *hominem perire*.

Iſtis tandem grave ſuperpondium *Parens* adjecit, quò firmiùs ſtabiliret genuinam illam *Hipp.* fuiſſe mentem? nec fucum ullum mihi factum eſſe. Digitô nempe *Hippocratis* æmulum mihi monſtravit, qui *ſanguinei motus ambitum reſciſſurus*, Hippocratis quidem de corde, *ſanguinis fonte*, metaphoram recipit, ſed invido & maligno in *Hipp.* animo : regerit enim, *nomine viri ex invidentia ſuppreſſo*, fieri non poſſe, ut quippiam *refluat in cor*, utpote ſanguinis *fontem*, quia ſcilicèt flumina repugnat ſuam in originem relabi, ἐκ τῆς

καὶ ἀνεπίστευτα αἷμα ἐς τὰς φλέβας, ἐς δὲ τὴν καρδίαν ἐκ ἄπαθεν· αὕτη γάρ ἐστιν ἀρχὴ καὶ πηγὴ τῷ αἵματος, ἡ ἐπόδοχὴ πρώτη.

Ponderis autem iſtæc ratio tanti fuit, ut *Hippocrateam* ſanguinis periodum, *ſuper exactas Generationes LXII.* ſuſtlaminaverit. Sed tandem, *benigniore Phœbo Medicinam celluſtrante*, Cremonenſis *Columbus* illuxit, qui toti Literatorum Orbi, *Veterem* illum microcoſmi *Euripum* erecto deſignavit indice, idque *luſtris* haud ità *multis*, poſt novos macrocoſmi tractus, ab altero Genuenſi *Columbo* Hiſpanis detectos. Sic nimirum in fatis erat ut *Columbus* uterque *Scientias* inſimul & *Hiſpanias* ſuis inventis locupletarent.

Cremonenſis porrò demonſtrationem *Cæſalpinus* & *Avantius* A. 1569. & 1587. multa luce perfuderunt. Sublimi quippe mentis impetu meditati ſunt, I. è cordis quatuor majoribus vaſis, *duo* ſanguinem *in cor invehere*; alia verò, pariter *duo*, ſanguinem *è cordis evehere.*

II. Attenderunt ſeduli *vaſorum capacitatem*, & exindè conjecerunt tantum ſanguinis *una expelli ſyſtole*; quantum *priori diaſtole exceptum* eſt.

III. Fines rationis egredi ſanguinis *ubertatem* illam, ab uno pulmone raro & levi *totam* abſumi.

IV. *Valvulas* notarunt ita *obverſas* ut vaſa intromittentia nihil *educant*; educentia verò nihil *intromittant.*

V. Anaſtomoſes profeſſi ſunt *arteriam* inter pulmonalem atque *venam* cognominem.

VI. *Pulſantem* ſenſerunt pulmonis *arteriam*; illius autem *venam* altè *quietam.*

VII. Ratiocinia denique ſua experimento fulciverunt *venetumentis inter ligamen & extrema*; & ex iſtis *phænomenis cunctis*, velut è *Tripode ſacro*, pronunciarunt ſanguinem *pulmonis* exceptum *arteria*, *in venam illius*, *per anaſtomoſes ingeri*, *quò influat in cor ſiniſtrum & in Aortam.* Atque ſic tuti fidique concluſerunt *perpetuum quemdam motum eſſe ex vena cava*, *per cor & pulmones in Aortam*, & ſanguinis trajectionem illam

è dex-

è dextro cordis ventriculo per pulmones in ſiniſtrum ejuſdem ventriculum proprio & luculentiſſimo CIRCULATIONIS nomine deſignarunt.

Ubi itaque tot *ſcrupuli* mihi ſunt exemti, *indolentem* certè & *alacrem*, è Muſeo paterno pedem extuli, quò me traducerem *à libris*, meas *ad prunas* atque *fornaces*, myſteriorum naturæ ſcrutandorum ergo. Et quia *Sales omnigeni*, hic ita ſonore decantantur, totus illorum deſiderio flagrabam. Illis itaque non ſolùm *volatilibus* eliciendis, ſed & *eſſentialibus* atque *fixis* totus incubui.

Primùm itaque *raphanum ruſticanum* elegi, *volatili* prægnantem. Illius in fruſta conciſi ℥xxiv. indidi cucurbitæ, gradatimque, per horas decem, *igne arenæ*, ſpiritus eduxi ℥xv. quibus olei ʒj. innatavit, cùm aliud inſuper oleum *Sed præparcum* parietibus cucurbitæ, & alembici, atque recipientis adhæſit, quod ponderare nequivi.

Capitis mortui nigerrimi fuerunt ℥iv. Perierunt igitur è toto ℥v. Caput iſtud in alkool redegi, & per lixivium, *quod inter exhalandum odorem fudit vel ammoniacum vel urin.* elicui ſalis fixi griſei ʒiſ. Quum itaque ne gry quidem *ſalis volatilis*, ſub forma ſalina prodiiſſet, *Reverenduſque Parens* me doceret, ſe *nulla folia aromatica*, *nullosve flores*, utut odoros, nec in *Occitania*, neque *Pariſiis*, reperiſſe unquam, è quibus *ſal. vol.* prodiiſſet ullus, *formâ ſalis*, ad *Indicam Theam* provocavi, cujus ℥xij, igne arenæ, & è cucurbita, à ſexta mat. in tertiam pomer. ſtillavi. Prodierunt *aquæ* & *ſulphuris liquidioris* ℥iv. *Sulphuris craſſi*, & ceruminis aurium æmuli ʒj. Capitis mortui fuerunt ℥vj. Periit igitur de toto ℥j.

Reſumſi Theæ, *ſed pulveratæ* ℥xij. & à 5. mat. in 3. igne lento; à tertia in decimam violentiſſ. è cucurbita, *per arenam*, prodierunt 1. aqua albida; 2. flavus vapor; 3. ſpir. vol. rubei ℥ivʃ. ſuphur. ʒx. Capit. mort. fuerunt ℥ivʃ. Perierunt ʒxiv.

Tertiò demùm indidi *retortæ* pulveris Theæ præſtantiſſ. ℥xij.

℥xij. Exierunt ſpir. ℥iv℈. ſulphur. è recipiente ℥i℈. ſulphur. è collo retortæ craſſiſſimi ℈i℈. Caput mortuum fuit ℥v. præciſe. Perierunt ℥vi℈.

E ternis deſtillationibus iſtis reliquum Caput mortuum fuit ℥xv℈, è quibus reſtitit *ſalis fixi griſei* ℈i℈.

Sed cùm iſthic ne mica quidem *ſalis volatilis* comparuiſſet, *hordei integri* ℔ij. retortæ commiſi, & emanarunt ſpiritus ℥xj. ſulphur. ℈xiij. Ex avena verò, *pariter ſtillata*, ſpir. emiſſæ ſunt ℥xij. ſulphur. ℥j. ſuper *uncias duas.*

Sed huc uſque ne *atomus* quidem *ſalis ulla* præ oculis meis *volitavit*, atque ita *tritici* ℥xxx. è retorta ſtillavi, & ſpir. prolicui, *purperei planè*, ℥xvj. Olei fœtidiſſ. & glutinoſiſſ. neſcio quantum: Ità enim tenaciter vaſis adhæſit, ut id arte nulla ponderare quiverim. Caput mortuum fuit ℈ix, *recens ab igne*, ſed pulveratum pependit ℈ix℈. pondus enim, *uti ſolet*, acceſſit ab aëris madore. Sed hic rurſus *ſalinas atomos* deprehendi *volitaſſe nullas.*

Lubuit itaque *Turcici Coffe*, in pollen redacti, ℥xij. cucurbitæ indere, è quibus à 6. mat. in 12. nihil propulſum eſt, niſi Vapor, primùm albus, ſecundùm flavus atque ſulphureus. Horâ tandem xij. *ſal plurimus* apparuit in alembico, *ſed citò liqueſcens.* Horâ prima vapor ſulphureus ubertimus, qui tertia deſiit. Vaſis recluſis ponderavi ſpir. ℈iv. ſulph. ℈ii℈. cap. mort. ℈iij. Perierunt è toto ℈iiſs.

Pulveris Coffe *uncias* iterum *duodecim* igni vehementiori, hora 6 mat. ſubjeci, *intra cucurbit*: eod. igne arenæ. Hora 9 *ſal* iterùm in alembico viſus eſt, ſed *ſolutus continuò.* Spir. fuerunt ℈ivſs. ſulphur. ℈ij. Capit. mort. ℈iij. Perierunt plenè ℈iiſs.

Tertiò demùm *pulverati Coffe* ℥xij. per retortam urſi, & ſpir. expuli ℈ivſs. ſulphur ℈ij. Cap. mort. ℈iij. Perierunt iterùm ℈ii℈.

E tribus illis deſtillationibus, fuere mihi capitis mortui ℥ix, è quibus nonniſi ℈iſs. *ſales fixi* educta eſt.

Sales eſſentiales quod attinet, ipſe non paravi, quoniam plu-

plurimos illos *Rev. Par.* mihi ſuppeditavit, *Pariſiis* à ſe paratos è parietar. ex ulmar. è card. bened. ex abſinth. ex acetoſa, &c. quos ſingulos miris laudibus effert.

Sic innumeros adhuc reſiduos habet *ſales fixos* è tamariſco, è vite, è ruta, è filice, è rubo, è verbena, ex hyperico, ex herba kali, ex ebulo, è fabar. ſiliquis, &c. & univerſe me docuit ſe longè uberiorem illum prolicuiſſe è plantis calidis, quàm è frigidis; idque ſingulatim ubi æſtas retorrida fuit, & minimè pluvia. Vulgò autem ex *unciis*, cinerum *viginti*, remanent ſalis fixi ʒiii. vel iv. rariùs v. vel vi.

Sales inſuper animalium *volatiles* & *fixos* complures mihi ceſſit *Rev. Par.* primùm vulgares è viperis, ex ebore, è cornu cervi. Secundùm è bile bubula, quæ deſtillata ad ʒxxiv. per alembic. ipſi ceſſit phlegm. inſulſi, & inodori ʒxx. Olei & ſal. vol. ʒi. ſal. fixi ʒi.

Proceſſu aliquoties iterato, diſcrimen reperit aliquot prout bilis fuit vel æſtiva, vel hyemalis, vel recens, vel vetuſta.

Sic ex ʒxx. *nigri cineris* oleti, eduxit *ſalis griſei* tenaciſque ʒß. & ex iiſdem *cineribus* iterùm ad *albedinem* calcinatis, drachmam ſalis integram excepit, *albi quidem*, ſed tenacis adhuc, nec pelliculam, niſi ſerò ducentis. Sunt igitur ʒv. ſalis fixi, è cinerum ʒxx.

Hîc porrò nullæ formantur cryſtalli. At urinæ humanæ *ſal fixus* egregias format cryſtallos, *ſalis ſaturni penitùs æmulas*, quidem magnâ copiâ, nam è cinerum ʒxviii. *Cryſtalla* concreſcunt ad ʒvi; alterius verò ſalis fixi, *ſed citra cryſtallos*, ʒiv.

Doctrinæ illius explorandæ gratiâ ſumſi Urinæ humanæ *libras quinquaginta*, quas igne arenæ, è cucurbita ſtillavi, & *ſal. vol.* mihi fuerunt plenè *duodecim unciæ*, ſpir. ℔i. Cap. mort. ʒxviii. quas intra retortam igne 41. gradus ita compuli, ut rurſùm fuderint *ſalis vol.* ʒiiß. cum ſulphure pauco, quod ponderare nequivi. Ex eodem denique *mortuo capite* lixiviato, & filtrato, manſerunt ſalis fixi ʒv. *Labris*

itaque *decem urinæ*, ineſt ſalis fixi *uncia integra*.

Imò ipſi *ſalivæ* ſal fixus ineſt, ex illius enim ℥xx. *Rev. Par.* drachmas duas abſtraxit, quas ſibi conſervat.

Sic è *calculis humanis*, ad ℥xx. retortæ inditis, expulſæ ſunt *ſpiritus urinoſi*, & *ſal. vol.* ℥vi. ſulphuris fœtidiſſ. ℥ß. ſal. fixi ʒiii. Et iſtud *Rev. Par.* experimentum Regiæ & Illuſtriſſ. Societati Londinenſi ità arriſit, ut illud ſuis *Actis* inſerere dignata ſit, pag. 167. Edit. in 4. A. 1674.

FINIS.

INDEX

INDEX RERUM,

quæ in hoc Opere explicantur.

A.

Abdomen Varia ſortitur nomina. 35

Abortus cum infinitis Globulis Ova piſcium repræſentantibus. 597

Acidi Muriatici virus, quam Acre? 749. & ſeqq.

Adamo nunquam fuiſſe adſcripta prævaricationem, inobedientiam, &c. 376

Aër per cuncta meabilis, 13. quid inde ſequitur. ibid.

Æſtus Febrilis. quid efficiat in ſanguineis particulis 5. eo ſedato, ſedatur ſpirituum turbor, &c. ibid.

Affectus Sympathici tranſitus in deuteropathicum. 39

Agrippa (*Henr. Corn.*) Medicorum exilium è Româ primus concedit. 398

Allantoidis (*Membranæ*) variæ ſimilitudines explosæ. 477. & ſeqq.

Amalgama quid? 569

Amnios (*Membrana*) Tunica Agnina Vocatur. 497. in homine nequaquam Allantoidi formâ ſimilis eſt. 498. ejus Uſus Secundum varios ſcriptores. 498, 499

Ammon & Chorion non modo farciminis exortes, ſed contiguas eſſe pelliculas. 558, diverſam quantitatem liquoris percolati habent. 490 & contra 502, ſibi invicem tenaciter adhærent 489, 500, 501

Anaſtomoſin nullam dari ullius Arteriolæ cum Venulis. 727

Anatome ſummo in pretio eſt habenda. 168. Duplex; Fortuita vel Artificialis 169, earum definitio. ibid. Practica dividitur in Particularem & Univerſalem 170. Univerſalis quadripertitur. ibid. ejus Synthetica & Analytica methodus. ibid.

Aneuriſma ab ebullitione ſanguinis in Vaſis. 39

Angina. Nemo ab eâ moritur intra bihorium, aſt quidem Catarrho. 215

Animal Omne gignitur ex Ovo. 598

Anodyna & Hypnotica Lienoſis conveniunt. 784

Apoplexia ejus definitio. 30, 31. controverſiæ Medicorum de ejus cauſa. 31. Incubus, Linguæ Paralyſis, & Vertigo ſunt præcurſores hujus morbi. ibid. quomodo differat á Lethargo & Syncope. 32. ejus Curatio. ibid.

Archagatus, primus Medicus Romanus 324, ejus teſtimonium

à Caſſio Heminâ datum. ibid. 405. Romæ *Tabernam* in Compito Acilio publicitus emit. 409

Arteriæ rivulis innumeris & fluminibus numeroſis Microcoſmum irrigant. 178. Arteriæ Lienalis validi percuſſus unde? 756. hujus Arteriæ Magnitudo 724. ejus Amplitudo decies major Hepaticâ Arteriâ. 734

Arthritis varias ſortitur cauſas. 26. priſcis temporibus infrequens 27. odit Pauperes & amat Divites ibid. ejus dolores ſunt aſperrimi 28. homines efficit *μακροβιωτέρους longæviores*, ſed mille implicat ærumnis ibid. Medicorum conatus eludit. 29. in hoc morbo Thermæ Sulphureæ & Nitroſæ conveniunt, ſi caute adhibeantur. ibid

Aſclepiades fuit vir Magnæ famæ. 415

Aſtrologi Naſo ſuſpenduntur. 109

Avenæ deſtillatio. 804

Auris. ejus partes quæ externæ ſunt 196. ejus ſtructura interna, 197, 198, ejus Tympani deſcriptio. 198

B.

Bacchi Matertera. 93

C.

Cacodæmon dementiæ Melancholicæ fautor. 38

Cæcilius vetuſtiſſimus Comædiographus. 93

Caji Cæſaris Admonitio. 344

Calculus (*Veſicæ*) quomodo extractus aquodam operatore de *Cauviſſon*. 133 & ſeq. ea Methodus non nova ſecundum *Drelincurt*. 137, 139, quod demonſtratur 140. eo modo calculus non poteſt extrahi in Viris multa pinguedine obſeſſis 139, 141, calculus ponderis 7 Unciarum poſt mortem in Veſicâ ſenioris Viri inventus. 144. deſcriptio calculorum & eorum differentiæ 145, & ſeq. Calculi extracti, ponderis trium Unciarum, ratio & ſitus 153 & ſeq. Hiſtoria curæ poſt Calculi ſectionem. 156 & ſeq.

Calumnia tanto periculoſior, quanto ſpecioſior. 340. quid efficiat? 401

Carolomanni plurimi fuerunt. 378

Carolus IX. vultu Rex, animo Lupus. 377, 385

Carthago, quando fuit Condita. 358

Caſimirus Fredericus majus Venere ſuâ ſceleſtâ, quam ullâ virtute Cardinalitia Nomen adeptus eſt. 223

Cato. Quando obiit? 322, 415. ejus ætas. ibid. ejus Vaticinium de Medicis. 327. de Literis Græcis 412. ejus prædictio de Medicis falſa fuit. 328. quænam ejus Auctoritas Romæ. 329, 330. quo tempore Natus. 405. Medicos & Græcos omnes proſequebatur. 411. & Cur? ibid. Se jactat

jactat Vatem. 412. ejus Admonitio Filio ſuo, ne Medici pro ſalutari Medicinâ Venenum ipſi propinarent ibid. Natum ſuum juſſit Medicos omnes refugere, ſecundum *Plutarchum.* ibid. quod neque Regem neque Tirannum ſe geſſerit, demonſtratur. ibid. nunquam ad ſupremùm honoris faſtigium graſſari potuit, 413 fertur nunquam conqueſtus fuiſſe de Medicis in Senatu Romano, ſicuti de aliis fecit. 413, 414

Celſus deſcripſit methodum extrahendi calculum. 139. quo tempore Vixit? 140

Cerebrum. ejus deſcriptio. 183 & ſeq. ſenſuum Organa inde dependent. 185

Chirurgia, Lienoſorùm ſegnes ſanguinis eruptiones promovere debet. 784

Chorion quid. 487 1 ejus Aſperitatis ratio 488., ejus Craſſities. 489., ejus tunica interior. ibid.

Clyſmata Lienoſis Morbis conveniunt. 782

Coffe. ejus deſtillatio. 804

Coitus an Partum acceleret vel retardet? 95, Turcis Mulieribus gravidis prohibitur. 97. modicus Fœtui nullum detrimentum affert. ibid.

Color externus an ex eo de Rerum Naturâ judicari poſſit? 278

Conceptus Omnis dicitur verum Ovum eſſe &c. 594. in Ovi Speciem coaleſcit atque conglobatur. 607. Conceptus Naturalis fit in Utero, ut Animalis in Cerebro 432. quomodo Conceptus Uteri fiat? 438

Cor. ejus atria *Auriculæ* atque ejus Thalami *Ventriculi* vocantur. 180

D.

Decem (*Numerus*) cæteris excellit. 108

Deus ex rerum Naturâ cognoſcitur. 62, 64. ejus definitio Galenica. 63, a quibusdam *Natura* vocatur. ibid. *Deorum Omnia plena ſunt* ſecundum *Thaletem Mileſium.* ibid.

Diabolus profanum & improbum vulgus excitat ad maledictionem Medicorum, 73. exempla nequitiæ Diaboli. ibid.

Diæta prava Morborum variorum cauſa. 645

Dionyſius Halicarnaſſeus. ejus teſtimonium de Medicis Romanis. 325

Doctores Chartacei, qui? 290. cur quidam Glanduloſi videantur 367

Drelincurtii 367

Doctrina adulterina. 90

Dolor Articularis quid? 24

Domina à Craon Galliæ Regem ab incendio ſervavit, obducendo eum ſuâ Talari togâ. 386

Drelincurtius, in Baccalaureorum ordinem digeſtus, 15. Licentiatus factus. 16, Regis Conſiliarius & Medicus 77. ejus Cogitatio de Sectione Calculi, à quodam operatore de

Cauviſſon, in Virginibus inſtituta. 138. refellit Methodum illius Operatoris. 141. & ſeq. ejus fraudes recitat 147. & ſeq. ſua cura in ſene, cui calculus fuerit extractus 156. ad 159. quid in Cadavere hujus Senis & præſertim in ejus Veſicâ obſervaverit? 159. & ſeq. ejus *Græca* dicitur à nemine intelligi poſſe. 269. ejus Convitiatores *Turdorum* naturam induturi. 289. vitioſus exſcriptor *Polyantheæ* dicitur 296. ſine neceſſitate Græca miſcet Latinis 344. quale Monumentum ei oblatum? 347. ejus libelli multum maledicentiæ, parum elegantiæ dicuntur continere. 348. ejus Oratio ludus Hiſtrionicus appellatur, 349. quænam admonitiones ei dandæ? ibid. ejus Hæreſis dicitur ſui ipſius bona Opinio eſſe, &c. 354. an Regiæ Chriſtianiſſimæ Majeſtatis Medicus fuerit? 354, 355, in Galliis ſe Medicum dicit. 355. dicitur improprium Titulum adhibere, dum Principem de Turenâ indigitat. 350, 358, 359. reprehenditur de ejus dicto *olim* Ἀρχιάτρου. 358. Primarii Medici titulum ſibi vindicat. 359. cum ſuo Patre, olim Paſtor in Eccleſiâ Reform: Paris: comparatur. 367. ejus Proavi dicuntur opificium calceorum Cadomi in Neuſtriâ exercuiſſe. 385

Ductus Salivales, quid efficiant? 187, 188

E.

Ebrietas Animam lædit. 780

Ἔκπτωσις quid ſignificat? 114

Embrio Humanus ejus ſors diſſidet tota à teſtaceo pullo. 559. intra pelliculam aquâ repletam viſus. 603. omnis Embryo mergit in limpidâ Lymphâ 464

Empirici, quis eos primùm damnaverit. 415

Eraſiſtratus, quo tempore vixit? 415

Ergaſtulum quid? 171

Exilium quid ſit? 320., unde ejus nomen? ibid, Voluntarium. ibid. neceſſarium. ibid. triplex quid ſit? ibid.

F.

Fœmina quædam *Menſtruis defecta* ſalutariter nigras Urinas excluſit. 766

Fallopiana Gloriatio bimembris refutatur. 467

Faſces quid denotent? 360

Febris definitio 4. Unde nomen habet? ibid. Variarum febrium effectus. 9. in iis Calor innatus male affectus. 4. earum diviſio 6. putridæ concluduntur in continuis & intermittentibus. ibid. in omnibus ejusmodi Febribus V. S. & purgatio 14. continuæ unde origo? 6. ſunt periculoſæ. 10. periodicæ ſortiuntur varia nomina. 7. ſingulæ autem ab efferveſcentiâ calidâ pendent.

dent. ibid. quænam *Compoſitæ* nuncupantur? 8. rigore, frigore & horrore internoſcuntur. 9. intermittentes non ſemper benigniſſimæ ſunt. 11. quomodo curandæ. 12.

Focus febrilis, in quibus viſceribus ſe habere poſſit? 8

Fœtura numeroſa non eſt refundenda in multitudinem ſinuum Uteri. 606

Fœtus (*Humanus*) excludit urinam *Ourethra* in *Amnion* 41. mutationes quas ſubit in Utero. 89. ejus figuratio, motus, & partus æquabilitate ſeſe conſequuntur. ibid. variis naſcitur temporibus 91, 92, quoties movetur? 105. Maſculus citius movetur atque formatur quam Fœmellus. 107. fœtum impedire naſci ac natum interficere æquale crimen eſt. 110. fit natalis, cum lac incipit utile eſſe. 119. urina à *fœtu in Allantoida* relegatur. 530. fœtus umbilicum ſibi circumplicat, nunquam rectè extendit. 531. in aquis libratus, capite quam cruribus gravior. 532. circulatio ſanguinis fœtus cum ſanguine materno. 565. quomodo urina in fœtu à maſſâ ſanguineâ ſecernatur? 571, periculum fœtui impenderet grave, ſi in Utero ſicco hoſpitaretur. 573., ejus maturitatis ratio. 576, 577. unde aliquem moleſtiæ ſenſum maternæ menti imprimat? 580, quomodo naturaliter pellitur in dias Luminis Auras? 581. fœtus humani ortus & nutritio cum origine & nutritione pulli comparatur. 608. generatio fœtus. 613. ejus ortus nec ſpermati Maris aut Fœmina in coitu projecto adſcribitur. 432. illi non opus eſſe tribus tuniculis, ne, ante ſtatum pariendi tempus, excidat Utero ut, vult *Salamantius* 466. proruptis jam Matris aquis, non ſemper deturbatur, 481. an ejus urina arctiſſimè in Veſicâ coërceatur? 503, ſæpiuscule urinam, nativitatis puncto profundit. 529

Fœtus (*Septimeſtris*) minus vitalis quam Octimeſtris, 101. an ejus vitalitas ceſſet Octavo, Nonoque menſe reſurgat? 102, quo in caſu perimi debet? 106

Fœtus (*Octimeſtris*) nunquam ſuperſtes ex opinione quorundam, 86, 119., eſt vitalis non modo in Ægypto, ſed & ubicunque. 92. argumenta pro hac re. 93, 98, 121. lites Veterum de eâ 94. adverſariorum Hypotheſes. 102. rationes ob quas *Hippocrates* Octimeſtres fœtus impugnaverit? 116, 117. Fœtus Octimeſtris minus vivax Nonimeſtri 119, magis Septimeſtri 101. per accidentiam lethalis eſſe poteſt. 120., ſponte naſciturus ſemper vitalis eſt. 121

Funera vel præfica. quæ. 167

G.

Galeæ seu *Vittæ* coloris discrimen portendere puellulis felicitatem aut infelicitatem. 514. quædam nugigerulæ de illis Galeis & Vittis. ibid. & 515

Galenus Romæ mira locutus est, atque miracula fecit, 417. quando vixit? ibid.

Galliarum extensio. 355

Gemmæ tunicam umbilicorenus circumplicare infantem, 512

Glaucoma Veterum, quid? 192

Gloriosæ Memoriæ vocabulum non reperitur apud Latinos Auctores. 356

H.

Herophilus primum Empiricos damnavit. 415. ejus laus ibid.

Hippocrates denegat Regi Artaxerxi suam operam 412. primus, Vitæ primordia, ex observatione incrementorum pulli in Ovis Gallinaceis, scrutatus est, 615. 616. ejus lata scientia. 666, 667. ejus magnanimitas in recusando gazas Artaxerxis 667, 668

Hordei destillatio. 804

Hornius (*Joh.*) 167. (*Petrus*) 168. (*Jacobus*) ibid.

Humores eorum singulorum abundantia quid efficiat? 33 Triumviralis unde ortus? 287

Hypochondriaca affectio. ejus definitio 35. unde prognata? 36. ejus symptomata 36, 37. inflammationem accendit 39. ægros diuturnitate fatigat 40. ejus curatio per Chalybem. ibid.

I.

Indoctis nihil est iniquius. 285

Inflammatio, quasi *Syrius* ardens, venas & arterias exsiccat. 89

Joviani Mortis historia. 219, 220

Julius Cæsar quando Natus? 415

Jupiter ejus Opera Secundum Paganos. 64

L.

Lac gignitur in Mammis, quando fœtus perfectus est. 118

Leida (*urbs*) Tyrannicâ soluta obsidione. 167

Lien, tumidus factus, Visceribus damnum multiplex infert 753. suæ arteriæ validorum percussuum ratio 756. cavos folles habet. 758. ejus murmur vocatur morbus flatulentus 759. quod ægroti Lienosi non firmo possint insistere talo. 760. Lienis acidum, quantorum malorum causa? 762, 763. Lienosi cur aliquando insomnes & Cephalalgici? 764. unde tales ægrori decolores fiant? 765. unde *Fæx* & *Amurca*, quâ splenicos scatere videmus? 766. illa fæx pro causâ rumoris Lienis habetur. ibid. Lien quandoque volumine

mine ſuo Hepar ſuperat. 767, 768. tenuibus fibrillis Diaphragmati adnectitur 768. quandoque enormi ponderis eſt. 768. 769. ejus variæ figuræ unde? 770. Scirrhoſus Lien mole minor 771. quomodo hoc viſcus occaleſcat & lapideſcat? 772. Lienoſorum & ſublienoſorum ſalubria. 775. Lienoſus ſimpliciter Hæmorrhagiâ liberatus. 777. An aqua Lienoſis conveniat? 778. quænam Diæta illis proficua? 781. Ambulatio vehemens *ſtatim à paſtu* eis, *cane pejus & angue* vitanda. 782. quænam Pharmaca Lienoſis utilia? ibid. Lienis ſitus, ubi? 720. ille ſitus ſæpe mutatur ibid, 721. naturaliter unicus eſt. 721. à quibuſdam duplex obſervatus eſt? 722. Lienes tres enumerat *Fallopius* ibid. Liene carentes cum *volatilium quibusdam* vel cum *Inſectis* comparandi, ibid. Lienis Magnitudo 722, 723. ejus figura 723. ejus color variatur ratione *animalium* & *ætatum* ibid. in calidis nigricat, in frigidis albicat. ibid. 724. illud viſcus in quibuſdam Beſtiis vagatur. 724. unde Lien ſuum ſanguinem accipiat? 725. ejus venæ ramum ſplenicum conſtituunt. 726. habet nervos numeroſos. 727. illi nervi comites arteriarum indivulſi, ibid. Lienis *textum* rarum eſt & molle ſecundum *Hippocratem*, *Celſum*, &c. 728. non Parenchyma ſed veluti reticulum eſt, inde Gallicum nomen *La Rate*. ibid. totus fibroſus dicitur ibid. illud viſcus *uſus ſui gratia* plane litigioſum eſt. 729. nullius uſus eſſe *Democritus*, *Eraſiſtratus* & *Ruffus* fabulantur. ibid. quinam ejus uſus genuinus dicitur? 734 obſtructio Lienis poteſt fieri abſque tumeſcentiâ ejus. 738. ejus vitium quandoque congenitum eſt ibid. lienoſi morbi cauſæ præcedentes. 740, 741. ejusdem progreſſus 741. Symptomata 742. & ſeq. Lienoſis conveniunt *Anodyna* atque *Hypnotica* 784. Sanguinis fluxus è nare ſiniſtrâ illis ægrotantibus ſalutaris. 785

Lingua deſcribitur cum ejus muſculis & glandulis 186. & ſeq. nemo eam refrænare potis eſt. 189

Ludovicus, quod varii Galliæ Reges illud nomen habuerint. 378, 379

Lues inguinaria, quo tempore orta? 265

M.

Marci Tullii judicium de optimo dicendi genere. 343

Marcoris Idea in nucibus juglandibus. 277

Mares nunquam generant in ſe. 440

Maximus Cæſar. 383

Meconium & *Papaverculum* unde nomen? 570. protinus rejici debet. ibid.

Medici accuſantur impietatis & Atheiſmi. 60. calumniæ in eos refutantur. ibid. & ſeq. eorum

pietas. 61. quid Medici Athei de natura ſentiant? 63. veri Deum purâ mente colere debent. 64. Deum agnoſcunt & timent. ibid, 65, 72. eorum pietatis argumenta 66. & ſeq. eorundem crimen non in artis contumeliam vertendum. 71. *Lucas* medicæ pietatis exemplar. ibid. Medici cum naucleris comparantur. 168. eorum ſectæ variæ 320. diſtinguitur à quolibet Patrefamilias, qui ſibi ſuisque aliquid Medicinæ exhibet. 320, 321. unde olim Romæ carnifices vocabantur. 322. R. P. Rom: medicos exulaſſe falſiſſimum eſt. 324, 382, 405, 408. 418. ſed è contrario præmiis donaſſe & in honore habuiſſe 324, 328. dicuntur plures interficere imperitiâ, quam pereunt gulâ. 339. Pancreatici & Glandulosiacalumniatore quodam vocati. 341. Medicaſtrorum Romanorum deſcriptio 325. Medicorum Regis Chriſtianiſſimi numerus 355. Gallis Medicis, apud ſenatum, dicere cauſam integrum eſt. 400. injuriam eſſe dicitur quod Medicis ſexcentos annos Româ interdictum fuerit. 397, 401, 403. 405, 418. *Romam revocati* ſunt 404. in hac urbe numeroſiſſimi floruerunt Medici ſæculis Catonianis. 406. eorum exilium è Romarecentiores & vetuſtiſſimi Hiſtorici ſilent. 406. quid *Plinius* de ea re? 407. & ſeq. quid *Plautus* atque *Terentius* de Medicis Romanis dicunt? 409. à *Catone* dicuntur inter ſe juraſſe, Barbaros omnes necare Medicina. 412. eos non *Catonis* auctoritate in exilium depulſos fuiſſe. 414. illud exilium pro ficto & commentitio habetur. ibid. Medicorum ordini immunitatem &c. adeptus eſt *Antonius Muſa* 416. quo tempore Medici Græci Romæ veniebant? 419. Medicos complures Romæ exſtitiſſe ineunte quarto ſæculo, demonſtratur. 420. Græcos ſemper honorifice conſervavit Populus Romanus. 423. & ſeq. quomodo corpus Humanum à Medicis contemplandum & attrectandum 719. Medicorum primævorum ſedulitas & attentio. 795. & ſeq.

Medicina in quo excellit præ omnibus diſciplinis? 65. & ſeq. in eâ arte bis peccare non licitum eſt. 289. illius gloria. 318, 319. fuit ignorata in ſolo Romano. 321. *Archagathus* eam artem primus Romam attulit. ibid. quo tempore, ibid, 324. ope conſilioque *Catonis Cenſoris* damnata. 327. an Roma artem Medicam ſexcentos annos caruerit? 334. Medicinam expertam damnavit Populus Romanus 418. præſtantiſſimum Dei munus Medicina. 670

Medulla Spinalis numeroſis funiculis denſata eſt. 178

Melancholicorum Phantaſia, quomo-

modo variis ſpectris deluditur? 38
Membranæ earum cauſa efficiens vel materialis 455 & ſeq. unde fiant? 458
Microcoſmus ejus laudanda temperies & intemperies. 3
Minium, inſcitia nominis, in medicamenta pro cinnabari indicâ additum. 323.
Momus, dicitur Deorum Cenſor. 370
Morbilli eorum deſcriptio. 646. cauſa. 647. in illis ſanguinis ferviditas major dicitur quam in Variolis. 648. unde? ibid. ibid. in quo à Variolis differant? 659
Morboſi multi, quia pauci temperantes. 26
Mulieres, ſecundum naturam *uniparæ* 93, *Dionyſiacæ* aut *Strongylinæ* fauſtos fœtus *Octimeſtres* enituntur. ibid. gravidæ à coitu arcendæ 96, 97, more Turcarum 97. Græcæ mulieres octimeſtres pro mortuis habebant. 116. in geſtatione putandâ univerſe falluntur, ſecundum *Hippocratem* 117. Octavo geſtationis menſe præſertim ægrotant. 119. eodem menſe illis maximus labor, lethalesque Abortus, ſecundum *Plinium*, ibid. cur ſummis cautionibus ſibi proſpicere debeant mulieres gravidæ? 121. mulier conceptu & partu teram imitatur. 552. unde ſemen emittant? 470
Muſa (*Antonius*) Medicorum ordini immunitatem &c. adeptus eſt. 416
Muſculi, capite, ventre, & candâ donati. 176. complures ſunt bicipites, tricipites, atque bicornes ibid. extenſores 177. ſtylo-cerato-Hyoidei qui? ibid.
Mythologi, eorum documenta de ovo & venere. 593

N.

Naſus, ejus deſcriptio. 189. & ſeq. ejus figurâ concinnâ homo decoratur, & contra. 190
Natura coctionis effectrix. 13, illa vox vario ſumitur modo 63. *Deus* vocatur ibid. terminos habet multifarios. 115
Nervi ſpirituum animalium convectores 179. *Optici* unde oriantur? 196

O.

Obſtructiones ſunt frequentiores in hominibus, *fibris rigidis* & *adſtrictis* donati, & contra. 789.
Oculi eorum facultates 191. triplex humorum confluxus in illis concurrit. 192. eorum tunicæ ſeptem 194. unico eorum ictu homo de medio tollitur. ibid. oculi pupilla ſeſe dilatat atque conſtringit. 195. Iridis deſcriptio. ibid. pupilla fit latior fibrillis contractis, Iris vero ſtrictior. ibid. Tunicæ araneæ ſubtilitas. 196
Orcus à Chriſtianis non admittitur. 377
Oſſa No. 284. in hominis compage reperiuntur. 175. eorum

& incruſtationum cartilaginoſarum deſcriptio. 176
Ovum Embryonicum dicitur formari è conglobatis in utero ſeminibus. 435. ovulorum in fœminis analogia cum reliquis ovis. 444. fœmineum ovum verum ſemen eſt. 445. ovum completum tota indole diffidet ab incompleto. 446. ovum *Gallinaceum*. ejus vitellum & albumen cedit in alimentum Pulli, ubi fœcundatur 446, 447. an ovulo fœmineo pellicula denſa tribuenda ſit? 446. ubinam fœcundatio ovulorum fiat? 447. quid in ovis Fœminarum conſiderandum? 554. ſunt ab initio conformationis liquore turgidula. 594. *Ovum* loco Fœtus humani excluſum. 598. eorum numerus in ovario ſemper dubius. 622. eorum bina, fœmineo partu excluſa, gallinaceis ovis tam ſimilia, quam ovum ovo. 628. idem ovulum nunquam binos vel ternos Embryones concludere poteſt. ibid.

P.

Pancreas tabificus. 278. in Pancreate ne vel mica ſalis reperitur. 281. ejus Lymphæ in fiſtulam inteſtinalem inſtillandæ ratio. 567
Paroxyſmus febrilis, unde major vel minor. 8
Partus Humanus ejus tempora hominibus ſunt confuſa. 88. in brutis animantibus unicum habet tempus ibid. partus humani varietatis cauſa 95, an acceleretur vel moretur frequenti & petulanti coitu. ibid. Octimeſtris maturus eſt. 98, 119, quomodo partus fit? 100
Petri Navis fluctuat, ſed nunquam mergitur. 371
Philoteus Lienoſos vocat *Liene tumentes*. 738. ejus ſententia refutatur exemplis. ibid.
Placenta Fœtus unde oriatur? 553, ejus deſcriptio. 560. conſtat acinulis 553, 559. quo verſus ſuam ſanguinem diſtribuat? 563. quo tempore ex utero pellitur? 578
Præcordia ubi locata? 35
Prolifica vis quid? 440
Protheas & *Cratinus* inter Lurcones numerantur. 27
Pulmones eorum deſcriptio. 180, 181
Purgatio ejus effectus in febribus. 12. in omnibus putridis adhibenda. 14
Putredinis definitio. 6
Pythagorei brevibus confutantur. 108

R.

Raphani Ruſticani deſtillatio. 803
Religionis ergo octodecim Belgarum Millia juſſu Ducis Albæ carnificum manibus necata ſunt. 390
Roma (*urbs*) ſcientia Mathematica ibi ſemper prohibita. 336. Philoſophi, Rhetoreſque inde

de ſæpius expulſi. ibid. nec tamen eorum exilium illis dedecori fuit. 337. dicitur ſexcentos ſtetiſſe annos, antequam Medicos tecto & hoſpitio excepit. 398
Romani, omnes artes primis ſæculis neglexerunt. 326

S.

Salium Volatilium deſtillatio. 803. 804
Sanguis dicitur fermentari in eruptione Variolarum & Morbillorum 646. ejus ferviditas in morbillis major quam in variolis ſtatuitur. 648. unde? ibid. ejus efferveſcentiæ in Variolatis indicia. 651. ſanguinis coagulum ſero gravius eſt. 681
Sanguis (*Menſtruus.*) ejus operatio cum utroque ſemine. 443
Scabini fruſtra vocantur præmiorum diribitores. 372
Secundinæ quando in partu expelluntur. 578
Selenitides (*Fœminæ*) perhibentur ova parere, ex quibus excluduntur Fœtus. 593
Semen Maſculinum eſt Embryonis principium activum 556. *Fœmineum* vero paſſivum ibid. omnium ſeminum natura ovis proxima 603. ſemen genitale utero receptum, & calore fotum in ovi formam abit. 609. ſemen Maris dicitur ſuo afflatu duntaxat uterum fœcundare; 432. illud Mulieris non in uteri cavitatem ſed in ſolidam ejus ſubſtantiam derivatur. 434. humanum ſemen dicitur duplicem ſubſtantiam continere. 436. unde ejus bullitio, in utero? ibid. Plaſtica virtus ſemini maſculo unice adſcribitur. 438. ut & forma animata ibid. comparatio ſeminis virilis & ſanguinis fœminei cum coagulo & lacte. 442. ſemen omne longe maturum eſt antequam in utero ingeratur. 462
Sequeſtri quinam ſunt? 373
Sinus quid in animalibus ſignificet? 590
Solenne dicitur non *Solemne*. 362
Sperma ejus ſpiritus ſunt igneæ naturæ conſortes. 96. aut temporius provenit aut tardius ſoboleſcit. 98
Superbiloquentia quid? 348

T.

Teſticuli Mulierum Virilibus multo minores. 440
Theæ deſtillatio. 803
Thermæ (*Sulphureæ & Nitroſæ*) caute adhibendæ in arthritide. 29
Tituli ditionum melius præ præpoſitionem *a* vel *ab* quam per *de* efferuntur. 356
Titus, quomodo extinctus. 222
Trachea (*Arteria*) deſcribitur cum ſuis orbiculis 181. ejus caput *Larynga* vocatur. ibid.
Tritici Deſtillatio. 804
Tropæum an illa vox cum litera H., ut *Trophæum* ſcribenda ſit 359, quid proprie ſit. 361

Tunicæ fœtum involventes eorum numerus & conſtructio 465. an geminata fœtibus affixa ſponte ſuâ profiliat 513. an horâ partus non ſcindatur, ſed fœtus ipſâ involutus ex utero ingrediatur. ibid

Turenia ditio *Vice Comitatus* non *Principatus* titulo inſignitur. 356, 357. Turenæ nomen unde 357. Turrianorum familiam Reges, nec non Imperatrices ac Reginas ſuppeditaſſe memoratur. ibid.

V.

Variolæ earum deſcriptio 646. cauſa 647. ſæpius abſque febre obſervantur. 649. an Priſcis ignotæ fuerint? 645. 650. 651. earum ſymptomata. 651. indicia ſanguinis ferventis in hoc morbo. ibid. origines Variolarum variæ ibid. 653. eorum papulas noſtri Majores vocitarunt ebullitiones & ejectamenta. 654. ſexagenarios Variolis obſeſſos obſervarunt auctores. 652. Variolarum variæ ſpecies. 654. earum faniem in pectus & abdomen ſtillatam obſervarunt *Doringius* & alii. 655. fovearum & cicatricum majorum poſt Variolas relictarum ratio 656. hiſtoria Iuvenis Variolarum *capiſtro* à Venere coercitus. ibid. Variolarum virus quid efficiat? 657, 658. illud Virus ferinum dicitur. 658 differentia inter variolas & morbillos. 659. variolatorum ſigna ſalubria ibid, 660. Variolarum peſſima ſpecies. ibid. 661. quomodo curandæ ibid. & ſeq. an arte maturandæ ſint? 665. cicatricum auferendarum methodus. ibid.

Vaſa Brevia quæ? 726. unice ſanguinem revehunt in Lienis venam ibid. ea exiſtere aliqui negant. ibid.

Venæ ſanguinem in cavam revehunt. 178

Venæ ſectio quid efficiat in febribus? 12, 13. convenit in omnibus putridis. 14. prodeſt in apoplexia. 32

Veneficos atque *Scortatores* exoſos eſſe Jehovæ. 673

Ventriculus dicitur ſalivoſâ Lymphâ turgidulus. 568. illa, Lympha deorſum excludenda demonſtratur. ibid.

Venus alimoniam allicit & Fœtum nutrit. 96

Veſiculæ ſeminales Maſculæ favis apum ſimiles. 793. *Fœmineæ* Hydatidum inſtar. ibid.

Viperæ mares mentulâ geminatâ ſeſe ſuis cum fœminis copulant. 590

Viſcera. Eorum ſtructuræ explicatio longiſſimam deſiderat orationem. 180

Viſcontina Familia. unde Gentilitium nomen deſumpſerit? 357

Vitæ ingreſſus unicus, exitus mille-

lenus. 213. demonſtratur per virorum quorundam ſortem. 213, 214
Vivipara (*Bruta*) non in ovo è teſtibus in uterum pulſo figurantur. 592
Umbilicus ejus funiculi magnitudo in fœtu incerta. 532. ejus dimenſio varia deſcribitur apud auctores 532, 533. quinam effectus ejus nodis adſcribantur? 534, 535, quænam vaticinia ex illis nodis prolata. 536. an brevior aut longior reſectus umbilicus brevem vel longam fœtui mentulam concedat? 537. incrementum dat fœtui, ut radices plantis. 538
Urachus ejus mala definitio. 525. an è fundo veſicæ prodeuns urinam ex fœtu attrahat? 528
Uterus. Ejus Tunicæ ſeminibus utriſque imbibuntur. 434. ei vis inſita adſcribitur. 439. conceptio uteri eſt actio propria, qua ſemina junguntur, 440, vocatur animal, generationis avidum. 629

FINIS.

UNIVERSITY OF ILLINOIS-URBANA
610D810 C001
OPUSCULA MEDICA$HAGAE COMITUM
3 0112 010233457